image
not
available







BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
32 H
28

~~C. 9 a. h.~~
C. 59. e

TRACTATVS DE IVDICIO VNIVERSALI.


AVCTORE

CAROLO DE BAVCIO

SACERDOTE CAPVANO.

In quo agitur

De Iudicio Vniuersali, ac De Iudiciaria Potestate Christi, & an conueniat Sanctis iudicare.
De Signis præcedentibus Iudicium.
De Antichristo.
De Enoc, & Elia.
De fine Mundi post peractum Iudicium.
De productione primorum Parentum, ac de eorum scientia, necnon De statu innocentiæ.
De Custodia Angelorum, ac De eorum missione.
De Purgatorio, Limbo, Sanctorum Patrum, Limbo Puerorum, Inferno Damnatorum, ac De Paradiso, &
De Operibus Sex Dierum.


Conventus
BIBLIOTECA



M.° de Scala

NEAPOLI, Typis Secundini Roncalioli. 1640.
Superiorum permissu.
Expensis Petri Agnelli Porrini.

TRACTATVS
DE IVDICIO
VNIVERSALI

AVCTORE

CAROLO DE RAVCIO
SACERDOTE CAPVANO.

In quo agitur

De Iudicio Vniuersali, ac T... Iudiciaria Potestate Christi & an conuenit sanctis iudicare.
De signis praecedentibus Iudicium.
De Antichristo.
De Enoch & Elia.
De fine Mundi post peractum Iudicium.
De productione primorum Parentum, ac de eorum scientia, necnon De statu innocentiae.
De Custodia Angelorum; ac De eorum officiis.
De Purgatorio, Limbo Sanctorum Patrum, Limbo Puerorum, Inferno Damnatorum, ac De Paradiso, ac
De Operibus sex Dierum.




NEAPOLI, Typis Secundini Roncagliolo [illegible]
Superiorum permissu.
Expensis Petri Angeli Parrini.

Eminentiſsimo, ac Reuerendiſs. Domino

FRANCISCO BVONCOMPAGNO

Archiepiſcopo Neapol. S. R. E. Cardinali eximio.

CAROLVS DE BAVCIO SACERDOS.



AM tertium ad te venio Eminentiſs. Princeps, & ne vacuus accedam apporto hoc munuſculum, nempè Tractatum de Iudicio Vniuerſali, ſimul cum alijs materijs vtilibus ad profectũ ſpirituale; & quia propriũ Princi-

pis eſt iudicium ferre, idcirco alij cõſecrare non potui, niſi tibi magno Principi, qui huic populo prę-eſt. Nec longè quærenda eſt ratio cur id faciam, quandoquidem, vt quotidie creſcũt tua in me beneficia, ſic mea obſequia viciſsim creſcere conſentaneum eſt. Denique tuo ampliſsimo nomini conſecrare volui, vt ab inuidorum morſibus, & latrantium linguis præſeruarem; ac proinde tu primus omnium in mentem mihi veniſti, quem pręcipue, & acerrimum defenſorem tua humanitate delegi, quippè qui ita generis nobilitate, & animi ſplendes, vt qui in eis te ſuperet, aut adęquare

va-

valeat minimè videam? Accipe ergo Eminentiſsime Princeps hoc munuſculum in perpetuum ſignũ meæ in te obſeruantiæ, nullo vetuſtatis ſigno decolorãdum; cęterum viue, & vale ob ſalutem ſpiritualem huius Populi, & Orbis in poſterum.

valeat minimè videam. accipe
ergo Eminentissime Princeps hoc
munusculum in perpetuum signũ
meæ in te obseruantiæ, nullo ve-
tustatis signo decolorãdum; erga-
rem viue, & vale ob salutem spi-
ritualem huius Populi, & Orbis
in posterum.


Ad Lectorem.



Reauit Deus hominē, vt operaretur, cùm otium ſit origo omnis mali, & quia expedit homini, vt benè viuat reſpicere finem rerum, proinde cenſui fore operepretium, vt in lucem prodiret hic Tractatus de Iudicio Vniuerſali, ac de Antechriſto, ac Finè Vniuerſi Orbis, vt quis media cōſideratione rerum temporalium, ac earū caducitate animo tendat

ad

ad ſpiritualia, ad quem finẽ, fuit à Deo creatus, dabo operam explicare difficultates occurrentes in hac materia, maiori breuitate, quam potero, ſolum remanet, vt tu benigne Lector non te tędeat, labor in legendo.




TRACT.

DE IVDICIO VNIVERSALI

Diſputatio Prima.

Quæſtio prima, an ſit de fide fore iudicium Vniuerſale.



Eſpondetur de fide eſſe fore iudicium vniuerſale, vt patet ex varijs locis diuinæ Scripturæ,& Primo Daniel c. 12. Multi de ijs qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt,alij in vitam æternam, & alij in opprobium. Secundo Iſai.cap.20. viuent mortui tui,interfecti mei reſurgent, expergeſcimini,& laudate qui habitatis in puluere, & idem Iſai. c. 66.

videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra, quasi herba germinabũt, & cognoscetur manus Dñi seruis eius, & indignabitur inimicis suis, & c.45. mihi curuabitur omne genus. Tertio patet ex Apoc. c.20. vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in cõspectu Throni, & iudicati sunt mortui. Quarto ex Ioan. c.5. venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent, qui bona egerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij; Quinto patet ex Paul. 2. ad Cor. 5. omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propia corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Sexto patet ex Matth. c.12. Regina Sabba resurget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam. Septimo patet ex eodem Paulo 1. ad Cor. 15. in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, canit enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. dicit D. Gregor. cit. à D. Th. in 4. d.43. q.1. art.2. q. 2. tubam sonare, nihil aliud esse, quàm mundo, vt iudicem Filium demonstrare.

Gregor. D. Th.

Confirmatur, primo, ex authoritate Hieronym. in regula Monach. c. 30. vbi dicit, quando erit iudicium, hæc vox audietur, surgite mortui, & venite ad iudicium. Secundo patet ex Theophil. cit. à Suarez tom. 2. 3. p. disp. 50. scit. 4. ex sequentibus verbis, apparate vos omnes, Iudex enim præsto est. Tertio patet ex Chry-

Hieron.

Theophil. Suarez.

Chrysost. homil. de Ascensione Domini tom. 3. de consumat. mundi, vbi ait, sonabit tuba, & excitabit dormientes, & omnes in ictu oculi resurgent, & astabunt super faciem terræ expectantes iusti, atq; terribilis Iudicis aduentũ. Quarto patet ex August. lib. 2. de Ciuit. c. 30. vbi dicit, Christum venturum esse iudicaturũ. *Chrysost.* *August.*

Ex his.

COlligitur asserere quod iudicium vniuersale non futurum sit, esse manifestam hæresim, vt putarunt Borboriani, Gnostici, Floriani, Manichei, & Procliuiatæ, vt refert Gryfaldus in tract. de decisionibus fidei Catholicæ verbo iudicium fol. mihi 362.

Quæstio secunda, in quo loco fiet iudicium vniuersale.

REspondetur iudicium vniuersale futurum esse in Valle Iosaphat, vt patet ex Iohel. c. 3. congregabo omnes gentes, & ducam eos in Vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis; qui locus Vallis Iosaphat iacet inter Hierosolymam, & Montem Oliueti, ita ait D. Thom. in 4. dist. 48. q. 1. art. 4. q. 4. & quolibet 10. art. 2. & opusc. 60. cap. vlt. & est communis sententia Theologorum, ita DD. interpetrantur hunc locum, & oppositum, tenere nempè quod non futurum sit iudicium vniuersale in Valle Iosaphat, sed alibi, est erroneum vt bene ait Grysald. l. cit. fol. mihi 363. proposit. 5. an sit

Christus descensurus vsq; ad Vallem Iosaphat dicemus quæst. 6.

Quæstio tertia, à quo congregabuntur creaturæ in Valle Iosaphat?

Antequam respondeam.

SVpponendum est primo de fide esse homines post mortem resurecturos esse, & est vnus articulorum qui in Symbolo continetur, nempè carnis resurectionem, & patet ex diuersis locis sacræ Scripturæ, & præcipue ex Paul. 1. ad Cor. 15. Si Christus prædicatur quod resurexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurectio mortuorum non est? & Iob 19. dicitur, scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & idem Paulus 2. ad Cor. 4. dicit, scientes, quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, & D. Gregor. 14. moral. cap. 27. 28. dicit habemus spem resurectionis nostræ, considerata gloria capitis nostri.

D. Greg.

Supponendum est secundo, omnes homines verè, ac propiè resurrecturos, & consequenter prius esse morituros, Nam propia resurrectio est à morte tāquam à termino à quo; est cōmunis Theologorum sententia, & præcipuè docet D. Th. p. 2. q. 81. art. 3. ad 1. & clarè colligitur ex varijs locis Diuinæ scripturæ, vt patet 1. ex Paul.

Paul. ad Rom. 5. Sicut per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertransijt; Secundo ex eodem Paul. 1. ad Cor. 15. omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. Tertio ex Genes. 3. dicitur terra es, & in terram ibis. Quarto ex Paul. ad Heb. 9. Statutũ est hominibus semel mori post hoc autẽ iudicium. Quinto Dauid dixit Psal. 88. Quis est homo, qui viuit, & non videbit mortem? Sexto Ioan. 5. omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei, & procedent, qui bona agerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij B. Virgo, & omnes qui cum Christo resurexerunt, non iterum resurgent in die iudicij, ita Suarez l. cit. sed sect. 2. itaq; his exceptis, omnes homines prius morientur, & deinde resurgent, etiam si inuenientur, viui prope diem iudicij vt probabilius tenet Suarez l. cit. cum D. Th. 1. 2. q. 81. art. 3. ad 1. alij vero Theologi dicunt quod non morientur, sed ibunt obuiam Christo Domino. Præterea dicunt Theologi apud Suarez l. cit. omnes resurecturos esse in ætate 33. anniorum etiam si pueri, vel sexes mortui sunt, & resurgent perfecti etiam si claudi, vel cæci decesserunt; vt colligitur ex Paul. ad Ephes. 4. donec occurramus in virum perfectũ in mẽsuram ætati plenitudinis Christi, & vnusquisq; resurget in suo sexu. Septimo habentur ex Symbolum D. Actanasij hæc verba.

Suarez. *Suarez.* *D. Tho.* *Actanas.*

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere cum corporibus suis; & reddituri sunt de factis propijs rationem, & qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui verò mala, in ignem æternum. Vnde rectè concludit Suarez tom. 2.3.p. disp.50.sect. 3. de fide esse etiam damnatos homines esse excitandos in generali resurrectione.

Suarez.

Sed dices, an sint resurecturi infantes qui obierunt sine baptismo; vel cum baptismo; & quid dicendum de infantibus non baptizatis, qui non dum nati, mortui sunt in vtero matris.

Iustinus. RESpondetur ex Iustino Martyre q. 13. ad gentes, infantes qui sine baptismo, vel cum baptismo mortui sunt, esse resurecturos, quãdo erit iudicium idem affirmat Suarez tom.2.3. p. disp.50.sect.3. qui dicit, hoc non esse ita certum in diuina Scriptura, sicut dictum est de adultis.

Suarez.

Quoad infantes qui in vtero matris mortui sunt. D. August.22. de Ciuit. c. 13. non affirmat, neque negat, an sint resurecturi, quamuis propendeat in partem affirmatiuam scilicet; quod sint resurrecturi.

August.

Suarez. Sed Suarez l.cit. docet, omnes infantes, etiã illi qui mortui sunt in vtero matris fore resuscitandos; tum quia sunt veri homines; dum fuerunt informati anima rationali, tum quia spectat ad diuinam prouidentiam hos etiam infan-

fantes premio; vel pęna afficere, iuxta eorum captum. Fundamentum in scriptura est illud D.P.2.ad Cor.5. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi &c.

His positis ad quaestionem.

RESpondetur creaturas rationales fore congregandas in Valle Iosaphat à Deo principaliter, sed tamquam ex causa proxima fore congregandas à Christo Domino, medio Angelorum ministerio; nam communiter Theologi Deo, & Christo Domino tribuunt resurectionem mortuorum, propter verba ipsius Christi vt patet ex Ioan.c. 5. venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, scilicet Filij Dei, & Paul. ad Thess.c. 4. dicit; ipse Dominus in iussu, & voce Archangeli, & in tuba Dei descendit de cęlo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi; sed resurectio mortuorum fit propter iudicium faciendum vt supra dictum est in Valle Iosaphat. ergo à Deo, & Christo Domino Angelorum ministerio congregabuntur creaturae rationales in Valle Iosaphat.

Sed petes primò, an tota haec actio, & congregatio cinerum fiet à solo Archangelo, qui vocem emittet virtute, & efficacia illius vocis, an verò fiet ministerio plurium Angelorum.

RESpondetur congregationem cinerum in ordine ad resuscitãdos homines fieri quidem Imperio Christi, ministerio tamen pluriũ Angelorum qui propia naturali virtute poterunt hoc ministerium exequi, ita docent Theologi, teste Suarez tom. 2.3. p. disp.50. sect. 4. & patet etiam ex Matth. 24. mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis. Vnde Chrysost. homil. 8. in 1. ad Thess. dicit ad sonitum tubæ Angelos hùc, atque illùc discursuros, vt colligant cineres: hæc sunt verba Chrysost. Archangelum autem putamus eum esse, qui præsit, & incumbat alijs in orbem missis, atq; hoc illis inclamet, paratos faciet omnes: adest enim Iudex, idem ferè dicunt Oecume, & alij Græci.

Suarez. Chrysost. Oecum.

An verò soli Angeli boni, vel etiam mali huic operi sint ministraturi, est incertum, ait Suarez l. cit. dicit præterea Suarez l. cit. non esse incredibile iustorum cineres congregandos esse à Sanctis Angelis eorum Custodibus, damnatorum autem à demonibus, qui eos vicerunt.

Suarez.

Sed idem Suarez l.cit.subiuncit veresimilius autem est, sicut omnium resurectio à Christo fiet, ita in hanc materiæ præparationem per propios ministros, ac seruos esse faciendam, quia licet multi resurgentium praui sint, tamen omnium resurectio est bona, & propia Christi actio.

Suarez.

Petes


Petes secundo, quomodo, & qua virtute hoc opus sit ab Angelis efficiendum.

RESpondetur ex Anselm. sup. c. 1. ad Thess. c. 4. efficiendum esse hoc ministerium Angelorum per sonitum vnius tubæ; aut efficaciam vocis; sed per virtutem naturalem Angeli, vt docet Suarez tom. 2. 3. p. disp. 50. sect. 4. quia hęc congregatio cinerum fit per motum localem, quæ ab Angelo fieri potest. *Anselm.* *Suarez.*

Petes tertio, quomodo Angeli cognoscent cineres, seu materiam vniuscuiusq. corporis.

REspondetur ex Suarez l. cit. Angelos cognoscere, vel naturali scientia, vel si opus sit, diuina reuelatione, vt cognoscant, quænam sit materia congreganda ad vniuscuiusque formationem.

Præterea verisimile est Custodes Angelos, vt dictum est supra, collecturos hos cineres, quorum curam habuerunt, facile est, vt possit cognoscere vniuscuiusque eorum cineres, seu materiam.



Petes Quarto, an Organizatio suscitandorum corporum futura sit Ministerio Angelorum, & quid dicendum de animæ vnione.

Suarez. RESpondetur primo ex Suarez l. cit. organizationem suscitandorum corporum non fieri ministerio Angelorum, quorum actio in solo motu locali terminatur; sed fieri virtute,& efficacia Christi; quia Angelus non potest vi,& efficacitate naturali materiam alterare, aut ad formam substantialem disponere.

Suarez. Respondetur secundo ex communi Theologorum sententia teste eodem Suarez l. cit. solũ Christum Dominum effecturum nostram resurrectionem, quoad corporis dispositionem,& animæ substantialem vnionem; & proprietates omnes, ac perfectiones inde consequentes, vt colligitur etiam ex verbis Christi Ioan. 5.sicut Pater suscitat mortuos,& viuificat,sic, & filius, Aug. quos vult viuificat. Quæ verba August. tract. 2.de generali resurect. intelligit. Hæc autem resurectio, non solum tribuitur Christo respectu bonorum, sed etiam respectu malorum hominum, quia restitutio naturalis vitæ est de se maximum bonum naturæ.Patet etiam ex Ioan. 5. audiet vocem Filj Dei,& procedent,qui bona egerunt in resurectionem vitæ, qui autem mala, in resurectionem iudicij.

Petes

Petes Quinto, an vox Tubæ sensibilis fuerit quando ea media fiet resurrectio mortuorum, & deinde iudicium.

Respondetur ex D. Th. Lect. 5. sup. Ioan. c. 5. vocem illam tubæ, esse sensibile signum Filij Dei, ad quam vocem omnes suscitabuntur, vt colligitur ex varijs locis Sacræ Scripturæ, & primo Sophon. 1. iuxta est dies Domini, dies tubæ, & clangoris; secundo Psal. 49. Deus manifestè veniet; Deus noster, & non silebit. tertio 1. ad Thessal. 4. in iussu Dei; & voce Archangeli. *D. Th.*

Vnde probabiliter colligit Sotus in 4. dist. 43. q. 9. art. 4. hanc vocem futuram esse quasi articulatam, vt sit capax propriæ significationis ex impositione, & rationali modo. Et Hieronym. in Regul. Monach. c. 30. refert vocem illam futuram esse hanc, Surgite mortui, & venite ad iudicium. *Soto* *Hieron.*

Petes Sexto. Qualis futura sit tuba.

Respondetur ex Suarez l. cit. hoc esse incertum, nam D. Th. ab ipso cit. interdum indicat ipsammet vocem appellari tubam propter similitudinem, vel in sono, & strepitu, vel in vsu, & munere. Nam in lege veteri vsus tubarum esse solebat, vel ad conuocandos, ac excitandos homines ad bellum, vel ad solemnitates, *Suarez* *D. Th.*

vel

Anſel. vel ad mouẽdum Caſtra, ita etiã indicat Anſel. ſup. 1.ad Theſſ.4.

Non eſt etiam improbabile, quod indicat idem Anſelmus in Elucidario Agelum in aſsũpto corpore aereo vſurum etiam inſtrumento corporeo, in modum tubæ, ex eodem aere confecto.

Petes Septimo; an prius facienda ſit reſurrectio mortuorum in terra facienda, quam Chriſtus Dominus è Cælo ad terram iudicaturus deſcendat ita ſaltem, vt priuſquam ad locum iudicij perueniat, iã ibi ſint omnes homines ſucitati, & congregati.

RESpondetur hoc non poteſt apertè ex Scriptura probari: tamen eſt veriſimile, quia non decet, vt Iudex expectet homines iudicandos, ſed magis congruum eſt, vt ipſi congregentur prius, præſtolantes Iudicis aduentum. Poteſt colligi aliquo modo ex Paulo dicente iuſtos ſuſcitatos per aera Chriſto venienti obuiam proceſſuros ergò iam omnes erunt ſuſcitati prius, quam Chriſtus perueniat ad locum iudicij. Significatur etiam in illis verbis media nocte clamor factus eſt, ecce Spõſus venit exite obuiam ei, & hoc ſentiunt apertè Chryſoſt. Hom.8.in 1.ad Theſſ. 4.& Oecume.Theophil. ac Theodor. in 1.ad Theſſal. 4. & indicat Anſelm. ibi, & idem Chryſoſt.Tom.3.de conſum. mundi ait, ſonabit tuba, & excitabit dormientes,

Chryſ. Oecum. Theod. Anſel.

tes, & omnes in ictu oculi resurgent, & astabũt super faciem terræ expectantes iusti, atq; terribilis Iudicis aduentum.

Petes Octauo, an hæc vox sit formanda proximè, & immediatè ex ore, & lingua ipsius Christi.

RESpondetur negatiue, quia nõ decet Christum Dominum per se ipsum talem vocẽ edere, q̃a potius ad Ministrũ, & præconẽ, quàm ad Iudicem spectat. Vnde concluditur hãc vocem proferendam esse imperio Christi, ministerio tamen alicuius Angeli, vt colligitur ex illis verbis Pauli quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendit de Cælo, ita Suarez l. cit. *Suarez*

Quæstio Quarta, an Vniuersalis resurectio futura sit tota, simul eodem anno, ac die, & momento, & an ille dies futurus sit dies iudicij.

RESpondetur vniuersalem resurectionem futuram esse totam simul eodem die, ac eodem momento, tam respectu bonorum, quàm respectu malorum hominum, & eodem die fore vniuersale iudicium, vt patet ex varijs locis diuinæ Scripturæ, & primo ex Ioan. 11. scio quia resurget in resurectione in nouissimo die. Per diem nouissimum omnes exponunt diem iudi-

cij secundo patet ex Paul. 1.ad Cor.15.omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, & infra subdit in momento in ictu oculi, in nouissima tuba, canet enim tuba,& mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, tertio patet ex Daniel. 12. in tempore illo euigilabunt alij in vitam æternam, & alij in opprobium,

D.Th. Idem affirmant Theologi, & præsertim D. Tho. in 4.dist.43.q.1.art.3.q.3.ad 3.vbi sic dicit, sicut effectus Sacramenti fit in vltimo instanti prolationis formæ: ita generalem resurectionem futuram esse in vltimo instanti,in quo consumabitur vox, seu sonus tubæ.

Suarez. Quod vero eodem die, quo erit resurectio,erit etiam iudicium, præter authoritatem Diuinæ Scripturæ, docet etiã Suarex Tom.2.3. p.disp. 50.sect.8. & disp.53.sect.4.dicit nulla ergo,aut breuissima intercedit mora inter Iudicis aduentum, & inchoationem iudicij.

Quæstio Quinta, an dies iudicij futurus sit nocturno, vel tempore diurno.

August. Ambros. Lactant. RESpondetur ex Augustino lib.83.q.57.Ambrosio lib.8.in Lucam lactantio lib.7.cap. 19.futuram esse resurectionem tẽpore nocturno, & consequenter eodem tempore iudicium futurum esse, & potest colligi ex Matth. 25. & Luc. 17. media nocte clamor factus est: ecce Sponsus venit.

Alij

Alij verò DD. communiter docent resurectionem vniuersalem futuram esse hora matutina, quo tempore Christus resurexit, & consequenter eodem tempore futurum esse iudicium, quia probatum est supra, resurectionem futuram esse eodem tempore cum iudicio, ita expresse docet Suarez Tom. 2. 3. p. disp. 53. sect. 4. & D. Thom. Bonauentura, Richardus, Durandus, Paludanus, Capreolus, Antoninus, & Anselmus cit. à Suarez Tom. 2. 3. p. disp. 50. Sect. 12. *Suarez D. Th. Bonauen. Ricard. Durand. Palud. Capreol. Antonin. Ansel.*

Quæstio Sexta, an Christus sit descensurus vsque ad Vallem Iosaphat, quando iudicium futurum sit.

Respondetur ex communi Theologorum sententia teste Suarez Tom. 2. 3. p. disp. 53 sect. 3. Christum Dominum discensurum esse vsque ad locum aeris, qui est super ipsam Vallem Terræ Iosaphat, & ibi in Throno maiestatis sedebit, vt omnes expositores docent 1. ad Thessal. 4. decet. n. ipsum Iudicem esse in Eminentiori loco, & á terra eleuatum, tum propter dignitatem, & maiestatem, ac corporis gloriosi agilitatem, tum etiam, vt ab omnibus videri facilè, audirique possit. *Suarez*

Rursus omnes Sancti, tam Angeli, quam homines erunt etiam à terra eleuati, vt Paul. significat cit. à Suarez l. cit. quia ab instanti resurectionis eorum corpora erunt gloriosa, neq; egebunt *Suarez*

bunt loco terræ, cui innitantur: & alioquin nõ decet, vt vel per illud breue tempus damnatis hominibus permixti sint: sed honoratior locus, & Iudici vicinior illis debetur, erunt ergo in regione aeris vicina, & superiori Valle Iosaphat.

Denique soli reprobi iacebunt, vel stabunt super terram in ipsa Valle Iosaphat.

Sed non est intelligendum, solum ipsam Vallem replendam esse corporibus: sed etiam montes, seu alia loca finitima, quæ ad capienda omnia damnatorum corpora necessaria fuerint, nõ enim oportet fingere illa corpora penetratiuè futura esse in minori loco, quem natura rei postulet, quia nullum est fundamentum, neq; necessitas huius miraculi, vt docet Suarez Tom. 2. 3. p. disp. 53. sect. 3. Neque obstat quod extra Vallem Terræ Iosaphat congregentur, contra Scripturam supracitatam, quia à parte totum dominatur, vt dicit Suarez l. cit.

Suarez.

Quæstio Septima, quando futurum sit iudicium.

RESpondetur hoc non esse reuelatum ex diuina Scriptura, nempè quando futurum sit iudicium, vt patet ex Matth. 24. & Marc. 13. de die illa nemo scit, vnde Act. 1. interrogatus Christus de illo tempore. Respondit non est vestrum noscere tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, & malathia 3. Ecce venit

nit dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius?

Quidam tradiderunt mundum duraturum sex mille annis, & consequenter in fine eorum futurum esse iudicium. Hic error tribui solet millenarijs, & docet expresse Lactantius lib.7. diuinarum instit.c.14. & 24. & docet præterea post sex mille annos expletos, futuros esse mille alios annos felicitatis Sanctorum in terra, & eiusdem sententiæ est Iustinus Martyr q.71. ad gentes, & Iren.lib.5.c.hæres c.28.& alij.Sed prædicti autores carent auctoritate diuinę Scripturæ, immo ex ea, vt dictum est, non colligitur nisi incertitudo temporis, quando futurum erit iudicium. *Lactant.* *Iustinus.* *Iren.*

Sed Petes, an animæ Christi sit nota dies illa iudicij.

RAtio dubitandi, est quia Marc. 13. dicitur de die, autem illo, vel hora, nemo scit, neque Angeli in Cælo, neque Filius, nisi Pater.

Respondetur ex communi expositione Patrum, & præsertim August.1.de Trinit.c.12.& 1.Genes.ad litter.c.22.negasse Christum se scire diem iudicij, quia sub secreto illud sciebat, & non ad dicendum alijs, non quia illum diem ignorat, cum sciat, dicit vero Suarez Tom.2.3.p.disp 53.sect. 3. fortasse à B.Virgine agnoscitur dies iudicij. *August.* *Suarez.*

Quæstio Octaua, vtrum omnes homines iniqui sint in generali iudicio iudicandi; ratio dubitandi est, quia dicit Ioan. 3. qui non credit iam iudicatus est, & Psal. 1. non resurgant impij in iudicio.

RESpondent communiter Theologi in 4. dist. 47. homines iniquos non esse iudicādos iudicio discussionis, sed esse iudicandos iudicio condemnationis, iuxta illud Marc. vlt. Qui non crediderit condemnabitur, & 1. ad Cor. 5. Eos, qui foris sunt, Deus iudicabit.

Ratio est, quia infideles, & fideles peccatores, qui in peccato mortali mortui sunt per se est manifesta, ac nota eorum condemnatio, nō sic de alijs fidelibus, qui in gratia obierunt, hoc intelligitur secundum nostrum modum concipiendi, quia Christo sunt omnia nota, & non indiget discussione ad ferendum iustum iudicium, tum quia Christus est Deus, & homo, vt Deus habet scientiam infinitam, & vt homo habet scientiam infusam, & consequenter omnia merita, & immerita cuiuscumq; statim cognoscit sine discussione, ergo intelligenda est discussio respectu nostri, & bonorum operum, simul cum alijs factis ab eodem homine in seipsis consideratis.

Petes Primo, vtrum paruuli, qui ſine gratia mortui ſunt iudicandi ſint.

SVppono ex communi Theologorum ſententia triplex poſſe eſſe iudicium, vnum appellatur iuditium diſcuſſionis, aliud condẽnationis, & aliud approbationis, ſeu laudationis.

His poſitis.

REſpondetur ex Bonauent.in 4.diſt,47. art. 1.q.3. &. ibi Sot.q1.art.3.ad 2. hos paruulos nõ eſſe iudicandos iudicio diſcuſſionis, ſed condemnationis, vel approbationis, ſi iuſtificati fuerint; hæc ſententia poteſt fundari in varijs locis Diuinæ ſcripturæ, & primo Apocal. 20, Vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in coſpectu Throni, & poſtea dicitnr de omnibus eſſe latum indicium. Secundo, patet ex verbis Paul.2.ad Cor.5. Omnes nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; prout geſſit, nam his verbis, prout geſſit; comprehenduntur non tantum opera, ſed ſimpliciter omnia media, per quæ homines ſaluari poſſunt, vel damnari, & ita comprehenduntur actiones, & receptiones Sacramentorum, & omiſſiones, ſeu carentiæ,& ita comprehenduntur tam paruuli, quam adulti, vt docet Suarez tom.2,3.p.diſp. 57.ſect.6. & patet etiam ex D. Auguſt. lib.5. hypognoſt.vbi docet hos paruulos eſſe ad ſiniſtram conſtituendos.

Bonau.

Soto

Petes Secundo, vtrum omes Sancti homines iudicandi sint.

RAtio dubitandi est. Primo, ex verbis Ioan. 3. Qui credit in eum non iudicatur. Secundo, potest specialiter dubitari de aliquibus Sanctis, qui corpore, & animo cum Christo iã regnant. Nam in ijs sicut est consummatum premium; ita videtur consummatum iudiciũ, ergo non oportet, vt amplius iudicentur. Tertio, esse potest speciale dubium, de aliquibus insignioribus Sanctis, vt v.g. de Beata Virgine Ioanne Baptista, & similibus præsertim de ijs, qui cum Christo futuri sunt Iudices: quia non videtur expediens, vt qui iudicat, iudicetur.

Resdondetur primo ex communi Theologorum sententia, nemine discrepãte, teste Suarez, *Suarez* Tom. 2. 3. p. disp. 57. sect. 7. cunctos homines iustos esse iudicandos, quoad prolationem sententiæ, seu iudicium approbationis, seu laudationis.

Respondetur secundo merita omnium iustorum propter quæ gloriam consequentur, esse in generali iudicio promulganda, vt oẽs docent sine controuersia, & patet primo ex Matth. 25. esuriui enim, & dedisti mihi manducare: sitiui, & dedisti mihi bibere, hospes eram, & collegistis me, nudus eram, & cooperuistis me, infirmus, & visitastis me, in carcere eram, & venistis ad me, secundo patet ex Apoc. c. 20. iudicati

sunt


ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum.

Sed dices an peccata iuſtorum in iudicio ſint reuelanda.

RESpondent aliqui Theologi, peccata iuſtorum, nempe illorũ, qui in gratia obierunt, non eſſe reuelanda in die iudicij, ita ſentit Magiſter in 4.diſt.43. Viguerius c.21.§. 3. verſic. 8.& Somnius trac.de extremo iudicio c.6.fundamentum ſumitur ex aliquibus locis Scripturæ, in quibus peccata ſemel remiſſa tegi, occultari, deleri, & obliuioni tradi dicuntur, cui promiſſioni repugnare videtur, quod poſtea in vniuerſo hominum conſpectu proferuntur, vt patere videtur ex primo Pſalm. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, ſecundo patet ex 1. Petr. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum, tertio Iſai. 43.& 50. ſum qui operio iniquitates tuas, & c. 63. obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ Priores, & abſconditæ ſunt ab oculis noſtris, quarto patet ex Ezechiel 18. ſi impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor. *Magiſt.* *Viguer.* *Somnius.*

Sed

RESpondet D.Thom.in 4.diſt.43.art.vlt. cõmuniter receptus omnia peccata iuſtorum tàm mortalia, quàm venialia eſſe in iudicio manifeſtanda; patet primo ex Eccleſiaſt. vlt. cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro *D.Th.*


BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

omni creato, siue bonum, siue malum sit. secnndo patet ex Matth. 12. dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij, tertio patet ex Paul. 2. ad Cor. 5. referet vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Neque memoria peccatorum efficit dolorem, aut tristitiam jn beatis, neque eorum manifestatio pudorem, aut tristititiã infert, quia non sunt capaces harum passionum, quod apertis exemplis conuinci potest. Quis enim dubitet cognoscere Petrum, vel Magdalenam quotidie in Ecsilesia sua peccata publicè prædicari, de quo non solum pudore, & dolore non afficiuntur, sed etiam vehementer gaudent, quia in maiorem Dei gloriam cedit.

Ad primam Rationem dubitandi.

Ireneo RESpondetur ex Ireneo lib. 5. c. 27. qui credit in me non iudicatur, idest non separatur à Deo: qui autem non credit, iam iudicatus est, idest separauit semetipsum à Deo voluntaria sententia.

Ad secundam.

REspondetur etiam illos Sanctos, qui corpore & animo iam sunt Beati fore iudicandos, quia licet priuatim iudicati sint, oportet eorum causam ad publicum tribunal deferri. Nam etiã tempore iudicij omnes Sancti erunt iam corpore, & animo gloriosi, & nihilominus iudicabuntur.

Ad

Ad tertiam rationem dubitandi.

RESpondetur non esse inconueniens, quod assessores Christi ab ipso iudicentur, & cũ ipso inferiores dijudicent; quamuis à Gregor. 12. dicantur non iudicandi, quia eorum causa breuiter transigenda est; potius per modum approbationis, & laudis, quam discussionis, & examinationis. *Gregor.*

De Christo autem Domino non desunt, qui dicant, etiam ipsum fore iudicandum, Anselmus cit. Suarez tom. 2. 3. p. disp. 57. sect. 7. sẽtit vniuersas Christi actiones, & vitam esse in iudicio omnibus manifestandam, quia per hanc vitæ Christi manifestationem constabit euidẽtius infinita Dei misericordia, & iustitia erga genus humanum, ad ipsius gloriam, & bonorũ consolationem, & confusionem malorum. Hac ergo ratione quodammodo dici potest Christus seipsum dijudicaturus, quod tamen potius methaphoricè, quam propiè dictũ est. *Anselm.* *Suarez.*

Petes tertiò, vtrum Angeli, tàm boni, quam mali, iudicandi sint; ratio dubitandi est, quia Christus non est redemptor Angelorum: ergo, nec futurus erit Iudex.

RESpondetur primò, omnes Angelos tàm bonos, quàm malos compariturος in iudicio, quia ad gloriam Christi spectat, vt eo die illi curuetur omne genus, vt dicitur ad Rom. 14. quoniam tàm boni, quàm mali Angeli ad

ſalutem, vel damnationem hominum aliquid cooperati ſunt, & aliquod miniſterium exhibent circa premium, vel penam eorum, idcirco oportet, vt huic generali iudicio omnes aſſiſtant Chriſto, vt vniuerſorum Domino ſubijciantur, & hinc fit, effectum huius iudicij ſaltem indirectè rediundaturum ad Angelos: Gaudebunt enim boni de conſortio Sanctorum hominum, & de fructu ſui miniſterij, & ſimiliter accreſcet malis aliqua confuſio; & accidentaria triſtitia ex condemnatione prauorum hominum. Nam ipſi etiam detrudentur in infernum, & de malis quorum cauſa extiterunt; nouo aliquo modo punientur, ſaltem per nouam quamdam ignominiam, & publicam infamiam, & in hoc conueniunt omnes Theologi teſte Suarez tom. 2.3.p. diſp. 57. ſect.8.

Suarez, *Bonauen.* *Richard.* *Suarez,*

Reſpondetur ſecundo, ex Bonauent. in 4. diſt. 47. art. 1. q. 4. Richard. art. 1. q. 6. & Suarez l. cit. probabilius eſſe omnes Angelos eſſe iudicandos, quoad premium, & ſupplicium eſſentiale, iudicio ſaltem approbationis, & condemnationis, vt colligitur ex Paul. 1. ad Cor. 6. Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus: quod de iudicio vniuerſali exponunt Chryſoſt. Theodor. Ambroſ. Anſelm. & alij apud Suarez l. cit. idem affirmat Clemens Rom. lib. 7. conſtit. c. 33. vbi dicit, venturum Chriſtum in Throno Regni ſui ad condemnandum deceptorem mundi diabolum, & ad tribuendum vnicuiq; pro actionibus ſuis.

Chryſoſt. *Theodor.* *Ambroſ.* *Anſelm.* *Suarez.*

Con-

Confirmatur ratione, quia ad honorem, & gloriam Christi pertinet, vt sicut est caput, & Rex Angelorum, sit etiam supremus Iudex. Pertinet quoq; ad honorem Sanctorum Angelorum, vt eorum merita, & coronæ, vt in conspectu, tum hominum, tum Angelorum laudem, & honorem accipiant; & licet Christus non sit Redemptor Angelorum, est tamen Saluator, & iustificator, ideoque debet esse Iudex etiam quoad premium essentiale.

Sed dices Angelis fuisse collatam gratiam intuitu meritorum præuisorum Christi, ergo Christus est etiam Redemptor Angelorum.

Respondetur ex Augustin. in Enchirid. c. 61. & Bernard. serm. in fer. 4. hebdom: Sanct. Christum propiè loquendo non esse mortuum pro Angelis; & consequenter non eos redemisse, & colligi etiam potest ex Paul. 2 ad Cor. 5: si vnus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt. Sed Angeli non sunt mortui, ergo nec pro illis Christus mortuus est; & licet Angelis fuerit collata gratia, tamen non fuit eis collata ex præuisione meriti fundati in morte Christi, sed fundati absolutè in charitate, & bonis operibus Christi hominis; & quamuis omnis actio facta à Christo fuisset digna omni premio; & consequenter etiam mors Christi fuisset digna gratia collata Angelis *August.* *Bernar.*

gelis

gelis tamen, mors Christi non fuit ordinatà, & assumpta propter Angelos; vt patet ex Symbolo, qui propter nos homines,& propter nostram salutem descendit de celis.Etinfra,Crucifixus etiam pro nobis &c. Potest ergo Christus verè dici sanctificator, iustificator, & glorificator Angelorum,non verè propiè Redemptor,vt rectè docet Suarez tom.1.3.p.disp. 42. sect. 2. in fine.

Suarez.

Meruit verò Christus Angelis gratiam, & gloriam, quæ illis data fuerat propter merita Christi prçuisa,vt docet D. Th.exponens illud Ioan.1. de plenitudine eius omnes accepimus, & meruit etiam Christus Sanctis Angelis omnia dona gratiæ, nempè electionem, prædestinationem, vocationem; omnia auxilia excitantia adiuuantia, sufficientia, & efficacia, ac deniq; omne meritum, & augmentum gratiæ, & gloriæ, vt bene tradit Suarez tom.1. 3. par. disp. 42. sect. 1. sed vt supra dictum est huiusmodi meritum non fuit fundatum in morte Christi; sed in alijs operibus Christi.

D. Tho.

Suarez.

Quæstio nona, quòmodo sint omnium causæ, & opera in iudicio manifestanda

Antequam respondeam.

SVppono primo, hoc iudicium futurum esse sensibile, quoad mutuam præsentiam iudicis, & hominum iudicandorum. Itaq; non solum Christus conspiciet, & conspicietur à San-

Sanctis hominibus, sed etiam à malis, & iniquis: quod videtur de fide certum, aic Suarez, tom. 2. 3. p. disp. 47. sect.9. ex illo Matth.24. sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vsque ad Occidentem, ita erit aduentus filij hominis; ex quo colligunt Patres, Christum venturum manifestè, vt ab omnibus videatur, & c. 25. idem Matth. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, & c. 25. idem Mattheus. dicit congregabuntur ante eum omnes gentes. Suarez.

Suppono secundo, ex August. 1. de Trinit. c. 13. & Isidor. lib. 1. de summ. bon. c. 30. Christum non fore ostendendam Gloriam diuinitatis reprobis, sed tantum Sanctis, sed fore ostendendam reprobis gloriam externam, maiestatem, & claritatem corporis eius, vt cōmuniter docent Theologi, & præcipuè Magister sent. in 4. dist. 48. & est sententia D. August. sup. Ps. 85. Respice in me, & miserere mei. August. Isidor. Magist. August.

Nec gloria Corporis Christi afferret consolationem damnatis, sed afferret eis terrorem, atq; confusionem videndo sensibilem gloriam Christi Domini, quia non conspicient illam claritatem, vt eius pulchritudine fruantur, sed vt in illa, tamquam in signo videant, & Christi gloriam, & Maiestatem, & quid ipsi amiserint, ita Suarez tom. 2.3.p. disp.57. sect.9. Suarez.

Suppono tertio, in die iudicij vniuersalis, manifestanda esse opera iudicandorum, tàm bona, quàm mala, quod spectat ad cognitionem causæ de qua ferendum est iudicium, vt

supra

ſupra probatum eſt.

His poſitis.

Suarez. REſpondetur ex communi Theologorum ſententia, teſte Suarez tom.2.3.p.diſp. 57. ſect. 9. column.3.& 4. peccata, & bona opera hominum in die iudicij vniuerſalis in publicum eſſe proferenda, & ſententiam, ac rationem eius omnibus manifeſtandam eſſe, quia non haberet illud iudicium perfectam rationem generalis iudicij, ſi omnium cauſæ non eſſent in publicum proferendæ.

August. Huiuſmodi cauſæ manifeſtationem non eſſe totam vocibus ſenſibilibus exprimendam, ſed eſſe etiam manifeſtandam per mentalem manifeſtationem, eſſet enim res valde moroſa, & non neceſſaria ſi explicarentur cauſæ per ſenſibilem vocem, vt optimè Auguſt.docet lib.20. de Ciuit.c. 14. & clariùs c.16.

Suarez. Ait Suarez l.cit.non eſſe improbabile aliqua peccata hominum eſſe voce ſenſibili redarguenda, & ſimiliter aliqua bona laudanda.

Richard. Hinc Richardus diſt. 47. art.1. q. 3. credit hanc vocalem manifeſtationem eſſe futuram de operibus miſericordiæ, & de peccatis ei oppoſitis, propter ea quæ de forma iudicij Matth. 25. narrantur. Venite benedicti Patris mei, poſſidete vobis Regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: hoſpes eram, & collegiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me.

Tunc

Tunc respondebunt ei iusti, dicentes. Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus te, sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum: aut in carcere, & venimus ad te? & Respondens Rex dicet illis: amen dico vobis, quamdiù fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet, & his qui à sinistris erunt, discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum; hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me.

Tunc respondebunt ei, & ipsi, dicentes, Domine quando te vidimus esurientem, aut sitiẽtem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi.

Tunc respondebit illis dicens: amen dico vobis: quamdiù non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis, & ibunt hi in suppliciũ æternum: iusti autem in vitam æternam. Hæc D. Matth. l. cit.

Præterea dicitur etiam, credibile esse non futuram eiusmodi manifestationẽ iudicij vnico instanti, quia non possent homines, præcipuè reprobi tàm multa simul distinctè, & perfectè cognoscere, sine ingenti miraculo non necessario, nec oportet, vt tam celebris actio

vno

Suarez. vno temporis instāti transfigatur, vt docet Suarez tom.2.3.p.disp.57.sect.9.

Sed Petes, an excusatio iniquorum, & demissio bonorum. quæ Matth.25.dicitur, iusti autem ibunt in vitam æternam futura sit sensibilis, vel tantum mentalis.

Sotus. RESpondetur ex Soto in 4.dist.47.q.2.art.4 fore mentalem, vt colligitur ex Paul. ad Rom.2.Thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, & infra ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendētium in die cum iudicabit Deus occulta hominum, & Sapient.4.dicitur dirumpet illos inflatos sine voce.

Quæstio Decima, quomodo sit proferenda sententia, & iudicium absoluendum, quæstio est, an omnes mali vnica generali sententia iudicādi sint, & similiter omnes boni, an vero de singulis propiæ sententiæ proferendæ sint.

RAtio dubitandi est, quia non omnes sunt eadem pæna afficiendi, aut remunerandi eodem premio, sed vnusquisque pro suorum meri-

meritorum qualitate.

Respondetur de singulis propias sententias proferendas esse, iuxta merita, & immerita vnusquisque, vt apertè docet Gregorius Nyssenus, supra illud scripturæ, quod vni ex ijs minimis fecistis, mihi fecistis. Hæc sunt formalia verba Nysseni. *Gregor. Nyssen.*

Adhuc versor circa spectaculum terribilis aduentus regis, quem describit nobis Euangelium: etiam nunc animus, terrore eorum, quæ dicta sunt defixus pauore, atque formidine torpet, veluti cernens quodammodo tum ipsum Cælorum Regem in solio Glorioso terribiliter Præsidentem, tum infinitas illas Angelorũ legiones, Regem vndique circumdantes, atque ipsum magnum, ac terribilem Regem, ex inenarrabili gloria ad humanam naturam despicientem, & omne genus hominum, qui ex quo homines nati sunt vsque ad illam terribilem apparitionem inuenientur, ad sese cogentem, & pro merito, ac dignitate ante actæ vitę, vnicuiq; sententiam accomodantem. Hæc Nyssen. *Nyssen.*

Verisimile autem est, postquam de singulis in specie iudicatum fuerit, ad consumandum, & dissoluendum iudicium proferendas esse illas duas generales sententias, quarum vna reprobis, altera electis communis est. Scilicet venite benedicti Patris mei possidete Regnum à constitutione mundi, & ite maledicti in ignem æternum, &c. Matth. 25.

Sed Petes primo, an pueri, qui descesserunt cum solo peccato originali compræhendantur in illis verbis prolatis à Christo Domino ite maledicti in ignem æternum.

RESpondetur negatiuè nempè huiusmodi pueros non pati pænam ignis, vt docet D. Th. communiter receptus in addit. 3. p. q. 67. art. 6. ad 3. sed tantum pati pænam damni nimirum priuationem visionis Dei, & licet pæna damni sit maxima pænarum damnatorum, tamen in pueris, qui obierunt solum cum peccato originali non est ita vehemens, ac existentiū in inferno, quia cognoscunt se non sua, sed primi parentis culpa cælesti gloria priuari, & sic initior est, immo leuissima, secundum Sotum in 4. dist. 45. q. 1. art. 2.

D. Th. *Sotus.*

At secundum D. Th. in lib. 2. sent. dist. 33. art. 4. huiusmodi pueros non affligi, quia non vident Deum, quia sciunt numquam in sua potestate fuisse bonum consequi, quo priuantur; sicut rusticus non affligitur de hoc quod non est Rex, affligeretur autem si esse potuisset.

D. Tho.

Fulgentius in lib. de fide c. 27. putat eos puniri pęna ignis, & idem videtur sentire D. August. de verbis Dñi serm. 14. sed Greg. de Valentia tom. 2. d. 6. q. 17. p. 4. ad auctoritatem D. Aug. & Fulg.

Fulget. *August.* *Greg. de Valent.* *August.*

Re-

Respondet per ignem hos Doctores intelligi pęnam damni, & probat dicto eiusdem Augustini lib. 3. de libero arbitrio cap. 23. vbi habetur, per ignem posse intelligi quamlibet pęnam. August.

Sed quæres, quid faciant paruuli in limbo?

RΕspondetur speculari naturalia, & licet anima humana sit tamquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, nihilominus Deus qui non deficit in necessarijs, & qui animam creauit intellectualis naturæ, in separatione ipsius à corpore infundit omnes species rerum naturalium, vnde nullus Philosophus vmquam tanta cognouit de naturalibus, & de Deo, sicut anima paruuli separata propter quod dici potest quodammodo, & ipsi felices naturaliter, ex quo D. Hilarius super Ecclesiast. cap. 6. infert paruulornm vitam esse feliciorem, & delectabiliorem vita in hoc mundo. D. Hilar.

Immò quidam dicunt, teste S. Faust. de indulgentij lib. 5. de quatuor receptaculis q. 19. quod post diem iudicij, vt detur spatium corporibus damnatorum, in superficie terræ habitabunt dicti pueri qui decesserunt solum cum originali peccato, & hac sensibili luce perfruentur Deumq; vt auctorem naturæ cognoscent, amabunt, & laudabuut, quod non est improbabile, dicit S. Faust. l. cit. S. Faust. S. Faust.

Petes secundo, an sententia proferenda sit in die iudicij voce sensibili, vel tantum mentali.

Respondetur veresimile esse priuatas, ac singulares sententias mentaliter esse ferendas, quia valde morosum esset cum omnibus loqui voce sensibili, & diuturnum tempus requireretur, verum hoc intelligendum est, vt eiusmodi sententiæ non tantum ab eis ad quos pertinebunt, sed ab omnibus, qui præsentiæ Iudicis aderunt, cognoscantur ita sentiunt Patres

Suarez. cit. à Suarez tom. 2. 3. p. disp. 57. sect. 10. in fine.

At verò sententiæ illæ generales, vt credi potest voce sensibili proferrentur, nempè, venite benedicti Patris mei & c. & ite maledicti

Anselm. & c. vt sensit Anselmus in elucid. & Abulens.

Abulens. in Matth. c. 25. q. 333. quia cum iudicium sit sensibile, & à iudice humano, & visibili decet, vt etiam sententia proferatur aliquo modo sensibili: ergo saltem proferetur hoc modo, quoad generales sententias.

Petes tertio, quanto tempore duraturum sit iudicium.

August. Respondetur hoc esse incertur, docet August. lib. 20. de Ciuit. c. 1. nam licet communiter appelletur dies iudicij: non tamen ibi dies sumitur propiè pro naturali die, sed pro

toto

goro tempore, quo fiet iudicium.

Est autem verisimile, nec duraturum esse per instans, nec magna temporis mora, quia non erit Christo necessaria ad conuincendas singulorum conscientias, & sententiam proferendam, vt colligitur ex Malachia 3. ero testis velox maledicis, adulteris & c. vt perpendit D. August. 20. de Ciuit. c. 26. & alij Scholastici Lactantius dixit duraturum diem iudicij mille annis, quod est falsum, ait D. Th. opusc. 2. cap. 244. de iudiciaria potestate Christi. *August.* *D. Tho.*

Quæstio prima, vtrum iudiciaria potestas sit attribuenda Christo, vt Deo; ratio dubitandi est, quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa scilicet sunt communia Patri, Filio, ac Spiritui Sancto, sed iudicare est opus ad extra, ergo videtur non esse propium Filij; ex alia verò parte, videtur quod iudicare sit propium Filij, vt dicitur Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio.

Antequam respondeam.

SVppono, ad recte iudicandum requiri sapientiam; secundum quam formatur iudicium; Vnde dicetur Ecclesiast. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum, quia ipsa ratio iudicij est lex sapientiæ, vel veritatis, secundum quam iudicatur.

His positis.

D. Tho. Respondetur ex D. Th. 3.p.q.59.art.1. iudiciariam potestatem attribui filio Dei, quia filius est sapientia genita, & veritas à Patre procedens, & ipsum perfectè representans, sed iudicium rectum supponit sapientia; sapiētia verò cū sit opus intellectus, tribuitur filio, qui procedit à Patre per opus intellectus, ergo iudiciaria potestas per appropiationem, magis tribuitur Filio, quàm Patri, & Spiritui Sancto.

Dico per appropiationem iudiciariam potestatem attribui Filio, quia cum sit opus ad extra, tribuitur etiam alijs Personis Sanctissimæ Trinitatis ad auctoritatem Ioan.c.5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.

D. Tho. Respondetur ex D. Th. l. cit. hæc verba intelligi de filio in quantum est Deus, quia est sapientia Patris, ideo potestas iudicandi illi specialiter attribuitur; idem affirmat Chrysost. ibi homil. 38. Hilar. lib. 7. de Trinit. Athanas. serm. 4. contra Arrian. Tertull. lib. contra Praxeam c. 16. & Ambrosius lib. 2. de fide c. 4. omne, inquit, iudicium dedit Filio, dedit vtiq. generando, non largiendo.

Chrysost. Hilarius Athan. Tertull. Ambros.

Cyrillus Alexan. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioan. c. 240. dicit Filium accipere potestatem iudicandi à Patre ratione humanitatis, idem affirmat Augustin. lib. de Trinit. & tract. 21. in Ioann. quia licet illud iudicium etiam sit à Patre, & à Spiritu Sancto, vt à prima, & principali causa habente

August.

bente primariam auctoritatem iudicandi, cuius vices gerit Christus, vt homo: tamen non erit à Patre, vt à Persona immediatè ferente iudicium, hoc autem modo iudicabit filius tamquam propia persona in qua subsistit illa humanitas, per quam iudicium fit, vt clarius in sequenti quæstione explicabitur.

Quæstio secunda, vtrum iudiciaria potestas conueniat Christo, secundum quod est homo.

Respondetur ex D. Thoma 3.p.q.59.art.2. quod quamuis apud Deum remaneat primeua auctoritas iudicandi hominibus, tamen committitur à Deo iudiciaria potestas Christo, vt homo est, quia Christus etiam in natura humana est caput totius Ecclesiæ, & sub pedibus eius omnia subijecit, vnde ad eum pertinet, etiam secundum naturam humanam habere iudiciariam potestatem, vt clarè colligitur ex Ioan. 5. potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est: & idem affirmat D, August. tract. 19. in Ioan. tom. 9. *D. Th.* *August.*

Competit autem Christo vt homo est, ait D. Th. l. cit. potestas iudiciaria propter tria. Primo quidem, propter conuenientiam, & affinitatem ipsius ad homines. Sicut enim Deus, per causas medias, tamquam propinquiores effectibus, operatur; ita iudicat per hominem Christum homines, vt sit suauius iudi- *D. Th.*

cium hominibus. Vnde dicit Apoſt. ad Hebr. 4. non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia pro ſimilitudine, abſq; peccato: adeamus ergo cum fiducia ad Thronum gratiæ eius.

August. Secundo, quia in finali iudicio, vt ait Auguſt. tract. 23. in Ioan. tom. 9. erit reſurectio corporum mortuorum, quæ ſuſcitat Deus per Filium hominis; ſicut per eundem Chriſtum ſuſcitat animas in quantum eſt Filius Dei. Tertio quia, vt idem Auguſt. dicit lib. de verbis

August. Domini c. 31. tom. 4. tectum erat, vt iudicandi viderent Iudicem.

Quæſtio tertia, vtrum Chriſtus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam poteſtatem.

D.Th. Reſpondetur ex D. Th. 3. p. q. 59. art. 3. ex meritis Chriſtum adeptum eſſe iudiciariam poteſtatem iuxta illud Apoc. 3. ego vici, & ſedi in Throno Patris mei. In Throno autem intelligitur iudiciaria poteſtas ſecundum illud Pſal. 9. ſediſti ſuper Thronum qui iudicas iuſtitiam, nec obſtat quod iudiciaria poteſtas conueniat Chriſto homini, & propter Diuinam Perſonam, & propter dignitatem capitis, & propter plenitudinem gratiæ habitualis, quia vnum, & idem deberi poteſt alicui ex di-

D.Th. uerſis cauſis, vt recte docet D. Th. l. cit.

Quæ-

Quæstio quarta, vtrum Christo conueniat iudiciaria potestas, quantum ad omnes res humanas.

RESpondetur affirmatiuè ex D. Th.3. p. q. 59. art. 4. vt patet ex diuersis locis sacræ Scripturæ. Primò patet ex Ioan.5. Pater omne iudicium dedit Filio. Secundò ex Paul. ad Rom. 14. in hoc Christus mortuus est; & resurexit, vt viuorum, & mortuorum dominetur. Tertio ex Daniel 7. dicitur quod dedit ei potestatem, & honorem, & Regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. *D.Th.*

Hoc autem intelligit D. Thom.loc.cit. non solum de Christo, quatenus est Deus, sed etiã, de Christo, quatenus est homo. *D.Tho.*

Quæstio quinta, vtrum iudiciaria potestas Christi se extendat ad Angelos secundum quod est homo.

RESpondetur ex D. Thom. 3. p. q.59.art.6. affirmatiuè, vt patet ex varijs locis sacræ Scripturæ; & primo ex Paul.1.ad Cor.6. an nescitis quoniam Angelos iudicabimus. Præterea per humilitatem passionis humana natura in Christo meruit exaltari supra Angelos, vt dicitur ex Paul.2.ad Philip. vt in nomine Iesu omne genuflectatur, Cælestium, terrestrium, & infernorum; & ideo Christus habet iudicia- *D.Tho.*

riam potestatem, etiam supra omnes Angelos, & bonos, & malos; in cuius figura dicitur Apoc. 7. quod omnes Angeli stabant in circuitu throni.

Quæstio sexta, an Christus exerceat iudicium particulare in morte cuiuslibet homini.

RESpondetur affirmatiuè, & est veritas Catholica singulos homines iudicari statim in morte sua; quia de fide est iustos, qui nihil habent purgandum, statim recipere premium æternæ beatitudinis, iuxta illud 2. ad Cor. 5. scimus, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam æternam in Cælis.

Et Ecclesiast. 11. dicitur facilè est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique iuxta vias suas, & in fine hominis denudatio operum illius. Addi etiam potest illud ad Hebr. 9. Statutum est hominibus semel mori: post hoc autem iudicium, & quamuis hæc verba exponi possint de vniuersali iudicio, tamen optimè etiam de singulorum hominum morte propioque, ac particulare iudicio intelliguntur, vt *Ambros.* apertè exponit Ambrosius ibi dicens, statutum est hominibus semel mori, & post mortem iudicabitur vnusquisq; iuxta merita sua, & lati *Tertull.* docet Tertull. lib. de anim. c. vlt. & August. *August.* 20. de Ciuit. lib. 2. de anima, & eius origine, c.

4. illud

4. illud inquit, rectissime, & valde salubriter creditur iudicari animas, cùm de corporibus exierunt, antequam veniant ad illud iudicium, quo eas oportet iam redditis corporibus iudicari; & infra, quia aduersus Euangelium tanta obstinatione mentis obsurduit, vt in illo paupere, qui post mortem oblatus est in sinum Abrea,& in illo diuite, cuius infernus cruciatus exponitur, ista non audiat, vel audita non credat? & Chrysost. homil.37. in Matth. dicit postquam diem tuum obijeris, iudicium, & pœna consequetur. *Chrysost.*

Ex his.

COlligitur, quod post mortem, vnusquisq; cognoscet suum statum damnationis scilicet, vel salutis, vt patet ex testimonijs adductos; & auctoritate diuinæ Scripturæ, quod satis clarum est de ijs qui damnantur, vel statim ad Paradisum euolant,cum ex effectu experiantur eorum euentum.

Sed dubitari potest, an animæ, quæ sunt in Purgatorio sint certæ de sua salute.

REspondetur esse certas de sua salute, nepè animas purgatorij,definiuit Leo X. contra ar.38.lutheri,& docet D.Th.& Sot.cit.à Suar. in 3.p.tom.4.disp.47.sect.3.n.5.Sotus dicit esse Catholicam doctrinã nimirum animas Purgatorij habere certitudinẽ de earum salute.Caiet. tom.1.opuscul.tract.23. q.2. solum dixit esse com- *Suarez. D. Tho. Soto. Soto Caiet.*

Caiet. communem opinionem rationem affert Caietan. quia animæ separatæ a corpore vident in sua substantia habitum gratiæ,& habitum charitatis in voluntate: ergo vident se secundum præsentem statum non esse damnatas. Sed aduersatur Suarez, quia dicit ipse, neque Angelus, nedum anima separata, potest per sua naturalia videre mysteria gratiæ: quantumuis ergo videant suam substantiam, & naturales potentias, & habitus, nihilominus non poterit intueri qualitates supernaturales in se existentes sine speciebus propijs illarum,quas oportuit esse per se infusas, & supernaturalis ordinis:vnde etiam erit necessarium lumen illis speciebus accomodatum: non possumus autem cum fundamento dicere, hoc lumen, & species infundi animabus in Purgatorio: pertinet enim ad statum beatitudinis,& sunt quasi proprietates cōsequentes essentialem beatitudinem.

Suarez. Sed dicit idem Suarez l. cit. animas illas ex principijs fidei, quæ in hac vita habuerunt, & retinent, & ex effectibus, quos in se experiuntur, euidenter colligere se non esse in statu dānationis. Qui discursus fieri pōt varijs modis. Primo, quia certo credimus animas damnatas non diligere Deum, nec detestari peccata,imo nihil boni operari: illæ autem animæ euidēter experiuntur diligere Deum, & detestari peccata, & nihil mali actu velle: ergo euidenter vident se non esse damnatas.

Deinde certa fide credimus animas decedē-

tes in peccato mortali in eodem puncto, & momẽto mortis damnari iuxta illud Luc. 16. mortuus eſt diues, & damnatus eſt in inferno: ergo è conuerſo certò etiam eſt, animam, quæ non ſtatim in morte damnatur, non decedere in peccato mortali, & quæ in peccato mortali nõ eſt, eſſe in gratia.

Rurſus certum eſt, animas, quæ decedunt in peccato mortali; ſtatim in puncto mortis cognoſcere ſe eſſe damnatas iuxta illud Iob. 21. ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt, ſed animæ Purgatorij non cognoſcũt ſe eſſe damnatas, aliàs falſum agnoſcerent, ergo ex hoc euidenter concludunt ſe non eſſe damnatas.

Sed dices ſaltem eſſe incertum animabus, quæ cum Baptiſmo obierunt, & non fuerunt docti, ſed etiam valde ignari, quandoquidem ſupradictæ illationes conuincentes intellectũ ad præbendum aſſenſum, ad cognoſcendum eorum ſtatum, non ab omnibus cognoſcuntur, ergo ſaltem dictis perſonis idiotis non erit notus eorum ſtatus poſt mortem, quando exiſtentes erunt in Purgatorio.

RESpondetur ex Suarez tom. 4. 3. p. disp. 47 ſect. 3. num. 7. illuminari à ſuis Angelis Cuſtodibus, circa certitudinem ſalutis æternę. *Suarez.*

Præterea poſt mortem cuiuſlibet, ſtatim quis audiet ſententiam damnationis, vel ſalutis ergo

go ſtatim agnoſcet certitudinem ſui ſtatus, vt patet ad Hebr.9. ſtatutum eſt hominibus ſemel mori. Poſt hoc autem iudicium. Vnde Ambr. ſuper hunc locum, dicit poſt mortem iudicabitur vnuſquiſq; iuxta merita ſua, & Chryſoſt. Homil.37. in Matth. dicit poſtquam diem tuũ obijeris, iudicium, & pæna conſequetur, ergo poſt mortem cuiuſlibet perſonę ſtatim agnoſcet ſuum ſtatũ certũ ſcilicet ſalutis, vel dãnationis.

Ambroſ. *Chryſoſt.*

Sed petes, quo tempore preferatur ſententia vltima in hoc iudicio particulari.

Suarez. RESpondetur ex Suarez tom.2.3.p.diſp. 52. ſect.2.certum eſſe non proferri ſententiam ante inſtans mortis, quia nondum eſt completa hominis malitia, vel meritum, neque eſt denegatum tempus ad agendam pænitentiam vſque ad mortem, ſed proferri poſt inſtans mortis .ſ. per vltimum ſui non eſſe.

Neque obſtant, quod apud graues Auctores leguntur aliquæ reuelationes, iudicantes proferri ſententiam ante inſtans mortis, vt refert Greg.lib.4.Dialog.c.38.de quodam Monacho qui paulo ante mortem ſententiam damnationis audierit, & ſimilia de alijs refert Bed.lib.5 hiſt.Anglic.c.14.& 15.nam explicandæ ſunt, vt permiſerit Deus aliquando propter peccata aliquorum hominum, ita eo tempore affligi, & terrori à Demonibus, vt in deſperationem deueniant, quamuis re vera ex parte Dei ſenten-

D. Greg. *Beda.*

tia nondum ſit pro eo tempore data.

Sed dices, in eo puncto ſi anima ſit iuſta, & pura ſit beata. & ſic de cæteris ſtatibus: ergo neceſſe eſt, vt ante illud inſtans mortis iudicetur.

RESpondetur ex Soto in 4. diſt. 45. artic. 3. concluſ. 2. eodem momento, quo anima corpus exiuit, eodem loco iudicari: nam illas, quæ vel inferno, vel Purgatorio, vel puerorum Limbo ſunt adigendæ, non eſt putandum in Cælum ad tribunal Chriſti prius aduolare, vt ſententiam audiant, ſed ex corporibus rectè in ſua quæque receptacula mittuntur: cum ergo miſſio illa ſit iudicij, ſententiæque executio, & ſententia debeat executionem antecedere, tamē quā cauſa effectum iuxta illud Matth. 25. quia dediſtis mihi manducare ite benedicti, & quia non dediſtis ite maledicti, conſequitur, vt eodē protinus loco, quo quæuis anima à corpore expiratur, iudicetur. Idem indicat D. Bonau. in 4. diſt. 20. in p.p. *Sotus.*

Sed petes, quomodo fiet huiuſmodi iudicium, voce ſenſibili, an mentali.

RESpondetur in Soto l. cit. mentaliter fieri huiuſmodi iudicium, & reuelatur cuique animæ virtute Chriſti, aut per Angelum Cuſtodem, aut certè per infuſionem ſpecierum, aut co- *Soto*

cognitionis, quo ſtatu quibuſque meritis decedat, adiecta ſententia, quàm inde ſtatim anima exequi pergit.

Quæstio Septima, an Christus ſecundùm quod eſt homo exerceat iudiciū particulare animarum quando homines moriuntur, & ſi Christus ſecundū quod eſt homo exerceat dictum iudicium, à quo tēpore Christus cæpit vti hac iudiciaria poteſtate.

Ad Primum.

Suarez. REſpondetur ſic ex Suarez tom.2.3.p. diſp. 52. ſect. 2. quamuis non ſit tàm certum particulare hoc iudicium exerceri per Christi humanitatem, ſicut vniuerſale iudicium, quia non ſunt de hoc tàm expreſſæ ſcripturæ teſtimonia, cum illæ allatæ de vniuerſali iudicio videantur loqui; tamen probabilior, & magis pia ſententia eſt, etiam hoc iudicium pertinere ad poteſtatem iudiciariam Christi, & per humanitatem exerceri. Quod à fortiori patet ex iudicijs huius vitæ. Nam ſi illa per Christum ſiunt multo magis hoc, quod videtur magis propium iudicariæ poteſtatis.

Ad Secundum.

Suarez. REſpondetur ex Suarez tom.2.3.p.d.52. ſect. 2. in fine hanc poteſtatem iudiciariam non incæpiſſe ab Incarnatione, nec quando Christus vixit in vita mortali, iuxta illud Iohel 12.

Non

Non veni, vt Iudicem mundum, ſed vt ſaluificē mundum, & Ioan. 3. Non miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum.

Supereſt igitur, vt hac poteſtate vti cæperit Chriſtus, ex quo in ſtatu glorioſo conſtitutus eſt, quando ipſe dixit, data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra; immo dici poteſt ab inſtanti mortis, in quo noſtram redemptionem conſumauit, cæpiſſe in anima ſeparata exercere glorioſam poteſtatem iudicandi. Ad hanc .n. pertinere videtur liberatio Sanctarum animarum, & ſpoliatio inferni, & ſimiles actus, quos in inferno exercuit, vel ligando poteſtatem demonis, vel animas aliquas è Purgatorio liberando, vel certe iudicium etiam ferendo de ijs, quæ eo tempore è corporibus exierunt.

Quæſtio Octaua, quomodo animæ ibunt ad Cælum ad Purgatorium, Limbum, vel infernum, ex ſeipſis, an ductæ ab alijs.

RESpondetur ex Soto in 4. diſt. 45. q. 1. art. 3. vnamquamque animam à ſuo Angelo Cuſtode eleuari ad Cælum, & ſecundum meritum cuiuſque illic Angelos aduentare, & antequam ex hac vita diſcedunt Angelos ipſis adſiſtere, vt deferant eorum animas ad Sponſum Chriſtum. *Soto.*

Damnatos vero per aliquam poteſtatem detrudi in inferno, inſtar ſecularis iuſtitiæ, quæ per ſuos miniſtros reos trudit in carcere, quia

Iudi-

Iudici sunt inobedientes, ergo est necessaria aliqua potestas ad hoc, vt in inferno decrudantur.

Pueris vero, qui decedunt sine Baptismo ad Limbum deferri à demone tamquam executore diuinæ iustitiæ,

Animas, quæ in gratia decedunt, & nondum fuerũt mundæ deferri ad Purgatorium ab Angelo Custode, tum, vt Angelus animam viam ignorantem ducat, tum vt sua consolatione amicam confortet, vt ait Soto l. cit. dicit prætere a Soto l. cit. animas in Purgatorio ab Angelis non cruciari: quia non est Angelorum Cælestium officium eas, vt carnifices torquere, neque vero demones eas torquere existimantur, quia sunt filiæ Dei, eiusque Regni hæredes, & cohæredes Christi, sed flammam ab inferno exultantem eas animas compurgare, tenet Soto l. cit.

Soto.

Quæstio Nona, vtrum aliqui cum Christo sint, vt vna cum eo iudicent.

RESpondetur primo de fide esse Sanctos esse cum Christo sessuros esse, ac iudicaturos, vt exprẹsse docet scriptura, primo patet ex Matth. 19. amen dico vobis, quod vos, qui sequuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ sedebitis, & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, secundo patet ex Luc. 22. vos estis

qui

qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit Pater meus Regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel 3. patet ex Paul. 1. ad Cor. 6. an nescitis, quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt: & si in vobis iudicabitur mundus indigni estis, qui de minimis iudicetis, nescitis quoniam Angelos iudicabimus? qnanto magis secularia? quarto patet ex Sapient. 3. fulgebunt iusti, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent: iudicabunt nationes, & dominabuntur populis,

Sed petes primo, quomodo Sancti sint cum Christo iudicaturi?

Antequam respondeam.

SVpponendum est, munus iudicandi non attribui Sanctis cum ea propietate, qua Christo attribuitur, iudicare enim propiè dicit actũ iurisdictionis, & superioris potestatis hæc autẽ iurisdictio quoad vltimum iudicium animarum soli Christo communicata est, neque hoc conuenit vlli Sanctorum, nec etiam Beatæ Virgini, vt rectè docet Suarez tom. 2. 3. p. disp. 57. sect. 4. *Suarez.*

His positis.

REspondetur ex D. Th. in 4. distint. 47. q. vnica art. 2. quod iudicare est multipliciter, vno modo auctoritate, & sic tota Trinitas iudicabit. *D. Th.*

Specialiter vero filius, ſe omnibus viſibilem praeſentando in humana natura. Alio modo cõparatione, & ſic iudicabunt, non ſolum boni, ſed etiam mali, ex quorum comparatione alij damnabiles oſtendentur. Tertio modo approbatione, & ſic omnes Sancti iudicabunt, ſententiam Iudicis approbando. Quarto modo quadã priuilegiata auctoritate, & ſic iudicabũt perfecti, Chriſti conuerſationem ſpecialiter imitantes, quae quidem auctoritas in duobus conſiſtit. Primo in quadam honorabili conſeſſione, quia honorabiliorem locũ caeteris obtinebunt Chriſto magis propinqui. Secundo in quadam ſententiae promulgatione, non quaſi ex ſua auctoritate, ſed Chriſti, quod fiet dum cognitione diuinae iuſtitiae repleti alios cognoſcere facient, quid ex merito ſuorum operum debeatur, quae duo notantur cum dicitur. Sedebitis ſuper ſedes iudicantium. Richardus de S. Victore tract. de poteſt. iudiciaria, ait in duobus conſiſtere ſpecialem poteſtatem iudicandi in Sanctis de quibus dicitur ex Matth. 19. Vos, qui ſequuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuae, ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſael. Primo, quod ijs Sanctis, qui cum Chriſto iudicaturi ſunt, ſpecialiter conceditur, vt conſcientiarum occulta, & iudicia diuina, & retributionum qualitates maniſeſtè penetrent, & cognoſcant. Secundo, vt hanc ſuam cognit ionem poſſint alijs, qui iudican-

Richard. de S. Victor.

dicantur, intimare, ac pandere, quod intelligendum eſt, non eorum auctoritate, ſed Chriſti, vt ſupra dictum eſt. Addunt vero Abulenſis, Anſelm. & alij cit. à Suarez tom. 2. 3. p. diſp. 57. ſect. 4. etiam in exteriori habitu corporis futuros eſſe per modum ſedentium in ſedilibus aeris ſplendidiſſimis, vnumquiſque iuxta ſuum meritum, & dignitatem. *Abulenſ. Anſelm. Suarez.*

Petes ſecundo, quinam Sancti ſint conſequuturi hanc ſpecialem participationem iudiciariæ poteſtatis.

RESpondetur quidam dicunt, ſolis duodecim Apoſtolis promiſſam eſſe hanc dignitatem, ita ſentit Richardus de S. Vict. loc. cit. *Rich. de S. Victor.*

Sed hanc ſententiam reijcit D. Auguſt. 20. de Ciuit. Dei c. 5. & latius enarrat. in Pſal. 49. & 86. & Beda homilia in Natali S. Benedicti; alias Neq; Paulus, neq; Ioannes Baptiſta, neq; B. Virgo, eſſent iudices. Vnde prædicti Patres docent illo loco duodenarium numerum poſitum eſſe pro indefinito, vel, vt ait Abulenſens; quamuis ibi Chriſtus ſpecialiter loquutus ſit cum duodecim Apoſtolis, & ideo duodecim tantum ſedes expreſſerit: tamen virtute idem promiſit omnibus, qui Apoſtolicam vitam imitantur. Alij denique dicunt hoc priuilegium eſſe promiſſum omnibus, qui voluntariam paupertatem profitentur; ita D. Thom. *Beda. Abulenſ. D. Tho.*

Paludan. *Sotus.* *D. Bern.* opuſc.19.c.6.Paludan. Sotus,& alij cit.à Suarez tom.2.3.p.diſput.57. ſect. 4, idem affirmat D. Bernard.ſerm.8.in Pſal.Qui habitat.& alio ſerm.in Euangelio. Ecce nos relinquimus omnia.

Fundantur ij Patres in verbis Chriſti. Cum enim Petrus interrogaſſet, Ecce nos relinquimus omnia,& ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Chriſtus reſpondit. Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos &c.

Vnde ad hanc ſententiam accomodatur illud Iob 3. non ſaluat impios,& iudicium pauperibus tribuit.

Quæ ſententia eſt valde probabilis: ſed non eſt ita intelligenda,vt ſola profeſſio voluntariæ paupertatis ſufficiat ad hanc prerogatiuam obtinendam, ita vt omnes, qui paupertatem profitentur in hac vita,& in alia, beatitudinem conſequuntur, etiam ſi reuera imperfecti fuerint, & in beatitudine infimum gradum obtineant, cum Apoſtolis iudicaturi ſint, ſed concurrere debet perfecta imitatio Chriſti ſimul cum profeſſione paupertatis, vt colligitur ex Matth.19.vos, qui reliquiſtis omnia,& ſequuti eſtis me &c.

Ratio eſt, quia voluntaria paupertas per ſe ſumpta licèt laudabilis ſit, tamen per ſe minimum gradum attingit in via perfectionis, eſt autem optima diſpoſitio ad magnam perfectionem acquirendam.

Ratio

Ratio verò congruentiæ cur docuit priuilegium hoc concedi paupertatis professoribus est, quia decet humiles exaltari, ait Sotus, & alij, & qui temporalia contemnunt sunt recte dispositi ad iudicandum, & res diuinas contemplandas, iuxta illud, spiritualis omnia iudicat. *Sotus.*

Addit Abulens. ex multorum sententia cit. à Suarez l. cit. præter professionem paupertatis, & professionem in alijs virtutibus requiri, vt iustitiam alios docuerint, ita vt doctrina sit veluti complementum meriti huius dignitatis, nam Christus dixit, qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum. *Abulen.* *Suarez.*

Petes tertio, vtrum omnes homines sint iudicandi à professoribus paupertatis?

RESpondetur negatiuè, sed tantum homines ex tribus Israel, vt patet ex Matth. 19. sedebitis iudicantes duodecim tribus Israel. Idem affirmat Hieronym. super hunc locum D. Matth. & clarius Chrysost. homil. 65. in Matth. *Hieron.* *Chrysost.*

Hæc sunt formalia verba Chrysost. Quid est, inquit, iudicantes duodecim tribus Israel? nihil aliud quam condemnantes: Non enim in solio iudiciali sedebunt: sed quemadmodum Reginam Austri, & Niniuites condemnaturos generationem illam asseruit: simili quodammodo discipuli non gentes, non vniuersum orbem, sed tribus Israel condemnabunt.

Petes quarto, vtrum Angeli iudicabunt.

Suarez. D.Tho. RESpondetur ex D.Thom. cit.à Suarez tom. 2. 3.p.disp. 57. sect.4. Angelos non iudicaturos esse concedendo, & participando aliquo modo sententiam Iudicis, sed tantum consensiendo, & approbando sententiam Iudicis, tum quia assessores Iudicis debent esse eiusdé naturæ cum Iudice, & cum ijs qui iudicandi sunt, tum quia Deus statuit, vt hoc iudicium fieret per humanam Christi naturam, vt homines sensibiles haberent Iudicem visibilem, ac sensibilem, vt communiter affirmant Theologi.

Sed obijcies homines iudicabunt Angelos, vt patet ex Paul. 1. ad Cor. 6. Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? & tamen non sunt eiusdem naturæ, ergo Angeli debent etiam iudicare homines, quamuis non sint eiusdem naturæ.

RESpondetur si loquitur de Christo, in eo esse specialem rationem propter dignitatem personæ ratione cuius Christus etiam, vt homo est caput, & Dominus Angelorum. Si verò est sermo de alijs hominibus non est necesse, vt homines iudicent Angelos consedendo, & participando iudiciariam actionem erga

illos,

illos, ſed ſatis eſt, iudicent illos Angelos conſentiendo, & approbando ſententiam Iudicis.

Quæſtio decima, qua gloria, Maieſtate deſcenſurus ſit Chriſtus ad Iudicium: quæſtio eſt de exteriori gloria apparatu, & externis ſignis maieſtatis.

Antequam reſpondeam.

SVpponendum eſt non eſſe ſermonem de gloria intrinſeca ipſius Chriſti deſcendentis, certum eſt enim hanc gloriam non futurum maiorem, vel minorem eo die in animo, vel corpore Chriſti, quàm nunc ſit. Qualis enim aſcendit, & qualis ad dexteram Patris ſedet, talis eo die deſcendet, iuxta illud Actor.1. hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in Cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in Cælum, vt ratio eſt, quia ſicut beatitudo animi eſſentialis eſt immutabilis: ita etiam claritas, & aliæ dotes gloriæ, quæ corpori communicantur, immutabiles ſunt. Veniet igitur Chriſtus cum eadem gloria animi, & corporis, quam in Cælo habet.

His poſitis.

REſpondetur quod in primis veniet in nubibus cæli cum virtute multa, vt patet ex Matth. 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus Cæli cum virtute multa, & Maieſtate. Nam ad oſtendendam claritatem Chriſti diuina virtute congregabuntur ex aere craſ-

crassiori, vel ex vaporibus, aut alijs exhalationibus terrae, nubes ita dispositae, vt ex fulgore, & claritate corporis Christi admirabilis quidam aspectus in eis fiat, qui Sanctos mirum in modum delectabit, reprobos verò perterrebit.

Soto. Ait verò Sotus in 4. d.47.q. 2.art.1.has nubes non esse congregandas per causas naturales, cùm iam tunc motus Caelorum non sit futurus.

Sed quidquid sit an sit tunc futurus motus caelorum, nam certissimum est has nubes non esse per causas naturales formandas, quia nec finis earum pertinet ad ordinem naturae; nec facile fingi poterunt naturales causae, quae illas possint afficere in tali quantitate dispositione, & figura, qualis ad repraesentandum Christi gloriam necessaria sit.

Fient ergo Imperio Christi, & fortasse Angelorum ministerio, vt satis mihi est probabile.

Secundo veniet in virtute multa; vnde videtur significare, venturum ipsum exhibentem multa signa omnipotentiae, supremique dominij, qualia erunt Angelicae tubae, & praesertim illa, qua excitabuntur, & conuocabuntur homines ad iudicium.

Praeterea terremotus, tonitrua, & similia erunt signa maiestatis, & virtutis iuxta illud 1. Reg.2. Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in Caelis tonabit, Dominus iudicabit fines terrae.

Ter-

Tertio, quod venient omnes Angeli eius cũ eo, nullus enim Angelorum deerit; qui non comitetur Christum, eique assistat, vel ministret in iudicio, vt notat Hippol. Anselm. & alij cit. à Suarez l. cit. & colligitur ex Daniel. 7 millia millium ministrabant ei; & decies millies centena millia assistebant ei. Quibus verbis significata est tot Angelorum multitudo; quæ innumerabilis est; vt Dionysius exponit c. 14. de Cæleſt. Hierarch. & eodem modo exponit Hieronym. illud Zachar. & veniet Dominus meus, omnesque Sancti cum eo; & de eadem re sic scribit Iudas in sua Epistola Catholica. Ecce venit Dominus in Sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt. *Hippol. Anſel. Suarez. Hieroni. Dionyſ.*

Quarto, sessurum Christum in throno maiestatis suæ, de quo Ioann. in Apoc. 2. sic inquit, & vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum; & postea subdit, mortuorum resurrectioné, & iudicium de eis factum; & Ps. 9. sedisti super thronum; qui iudicas æquitaté.

Nec est improbabile ait Suarez tom. 2. 3. p. disp. 57. sect. 3. Christum descensurum in eodẽ throno, & esse deuehendum in eo humeris Angelicis, & fortasse à thronis in assumptis corporibus, non quod ipse vehiculo indigeat, sed ad significationem supremi honoris, & maiestatis. *Suarez*

Sed

Sed petes primo, vtrum Angeli venturi sint cum Christo in assumptis corporibus, an vero solum in substantia.

Suarez. RESpondetur ex Suarez l. cit. de hac re nihil reperi scriptum, sed probabile esse Angelos venturos in assumptis corporibus lucidissimis, & pulcherrimis, quia cum hic aduentus Christi sit sensibilis, & cum gloria, & apparatu externo, ac sensibili, congruum est, vt omnes Christi Comites, & Ministri assumunt sensibilia corpora, vt splendor, & maiestas huius aduentus etiam sensibilibus oculis conspici possit.

Petes secundo, vtrum signum Crucis præcessurum sit iudicium tamquam propium eius vexillum.

RESpondetur affirmatiuè, vt patet ex verbis illis Christi Domini Matth. 24. tunc parebit signum filij hominis in Cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus Cæli.

Hoc enim signum nullum aliud esse futurũ, quam Crucem Christi, vt omnes Patres docẽt & præcipuè Chrysost. Homil. de Cruce, & latrone, cuius sententiam refert, & probat Leo Magnus Epist. 97. ad Leonem Augustum; idem docet Auctor imperfecti in Matth. Homil. 49. Hilarius lib. 3. de Trinit. & August. serm. 130.

Chrysost. Leo M. August. Hylarius

de

de tempore, ac denique Ecclesia canit hoc signum Crucis erit in Cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit.

Apparebit hoc signum, scilicet crux, ait August. vt agnoscant consilium iniquitatis suæ, qui Dominum maiestatis crucifixerunt, nam Paul. ait ad Hebr. 6. omnes qui mortaliter peccant, iterum, quod in se est, Christum crucifigunt, & ideo apparebit etiam hoc signum ad arguẽdos, & confundendos omnes peccatores, vt patet ex verbis Matth. 24. & tunc plagent omnes tribus terræ, videntes, ait idem August. accusatorem suum, idest ipsam crucem. *August.*

Apparebit denique hoc signum ad consolationem, & gaudium iustorum videntes enim signum, quo sunt redempti, summa consolatione, & gaudio afficientur, quia vt Cyprianus dixit serm. de natiuit. non timetur mortis periculum, vbi tantæ reuerentiæ conspicitur signum. *Cyprian.*

Petes tertio, quæ, & qualis futura sit illa Crux.

RESpondetur primo aliquos DD. teste Suarez tom. 2. 3. p. disp. 57. sect. 2. existimare crucem illam è qua Christus pependit, fore in die iudicij reformandam collectis, atque inter sese compactis particulis omnibus, quę per vniuersum mundum dispersæ sunt, in Cælisque leuandam, & coram Christo ad iudicium venienta deferendam. Ita sensit Vualduens. tom. *Suarez.*

3. de

Vuald. 3.de Sacramentalib. tit. 20.c.158. & existimat *Chrysost.* esse sententiam Chrysost. Homil. de cruce, & latrone, vbi sic ait, crucem solam non reliquit in terra, sed secum eam leuauit ad Cælum, & ideo cum ipsa veniet, cum ipsa secundam gloriosam suam præsentiam faciet. Et hoc iudicauit Sybilla lib.6. in fine his carminibus.

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit
Nec te terra capit, sed Cæli tecta videbit.
Cum renouata Dei facies ignita micabit.

Alij vero DD.teste Suarez l.cit.vt Anselm. & Antonin. dicunt non ipsum lignium crucis, sed solum signum ex aere formatum esse appariturum, quia crux lignea Christi nimis est exigua, vt possit, & ab omnibus videri, & tam ingentem splendorem emittere, omnesque fines terræ vltra solis claritatem illustrare, vt Sanctus *S. Ephr.* Ephrem dixit, & ideo inquit Hippol. Martyr de *S. Hipp.* consumat. mundi, orietur ab oriente ad occidẽtem vsque signum crucis superantis splendorẽ solis, denuntians aduentum, & apparitionem Iudicis.

Petes quarto, quando sit Crux apparitura.

Respondetur quidam dixerunt, crucem apparituram multis diebus ante aduentum Iudicis, scilicet paulo post mortem Antichristi, quando Sol obscurabitur, & Luna non dabit *Clemens.* lumen suum, vnde Clemens Papa lib. 7. constit. c. 3. hunc ordinem ponit. Iesus interficiet

im-

impium spiritu oris sui, tunc apparebit signum Filij Hominis, deinde sonus tubæ excitabitur per Archangelum, interea mortui ad vitam redibunt, ac tunc veniet Dominus.

Alij probabilius credunt, crucem non apparituram, vsque ad ipsum diem iudicij, quando Iudex incipiet apparere, ita sensit Anselm. in Elucidar. vbi Christi aduentum ad iudicium ita describit. *Anselm.*

Sicut Imperator ingressurus Ciuitatem, corona eius, & alia insignia præferuntur, per que aduentus eius cognoscitur; ita Christus in ea forma, qua ascendit cum ordinibus omnibus Angelorum ad iudicium veniens, Angeli crucem eius præibunt,

Petes Quinto, à quo deferenda sit Cruce.

RESpondetur esse deferandam ab Angelis ante conspectum Christi descendentis, ita Ephrem, Cyrill. Ierosol. Chrysost. August. & Iulianus Pomer. cit. à Suarez tom. 2.3.p.disp. 57.sect.2. *Ephrem. Cyrillus. Chrysost.*

Dicunt præterea Patres, quod crux permansura sit in aere visibilis, quamdiu iudicium durauerit.



Petes

Peter Sesto, an simul cum Cruce ostendenda sint, & deferenda alia passionis insignia.

D.Th. RESpondetur ex D. Thom. opusc. 2. c. 244. quod veniente Domino ad iudicium, signũ crucis, & alia passionis indicia demonstrabuntur.

Viguer. Refert Viguerius c.21.552.versic.6.quorundam sententiam dicentium, omnia signa passionis esse deferenda ab Angelis præeuntibus Christum.



DE

DE SIGNIS PRAECEDENTIBVS IVDICIVM.

Quæstio prima, quæ signa præcedent aduentum Christi ad iudicium.

RESpondetur, quod D. Hieronym. in annalibus Iudeorum reperit scripta quindecim signa præcedere iudiciũ, vt citat D. Thom. in 4. sent. dist. 48. q. 1. art. 4. & per extensum reffert huiumodi signa. *Hieron.*

Primo dicit, quod primo die maria omnia exaltabuntur quindecim cubitis super montes. Secundo, omnia æquora prosternentur in profundum, itaut vix videri poterunt. Tertio redigentur in antiquum statum. Quarto beluæ omnes, & aliæ, quæ mouentur in aquis congregabuntur, & leuabuntur super pelagus more contentionis inuicem mugientes. Quinto omnia volabilia Cæli congregabuntur in campis inuicem plorantes, non gustantes, neq; bibentes. Sexto flumina ignea surgent ab occasu Solis contra faciem firmamenti vsque ad ortum corruentia. Septimo omnia sydera errantia, & fixa

fixa spargent ex se igneas comas, sicut cometę. Octauo erit magnus terremotus, & omnia animalia prosternentur. Nono omnes lapides tàm magni, quam parui diuidentur in quatuor partes vnaquaque aliam collidente. Decimo omnes planctæ sanguineum fluent rorem. Vndecimo, omnes montes,& colles, & edificia in puluerem redigentur. Duodecimo omnia animalia venient ad campos de siluis, & montibus rugientia,& nihil gustantia. Decimotertio omnia sepulchra ab ortu solis vsque ad occasum patebunt cadaueribus ad resurgendum. Decimoquarto, omnes homines de habitaculis suis recedent non intelligentes, neque loquentes, sed discurrentes. Quintodecimo, omnes morientur, & resurgent cum mortijs ante defunctis.

D.Tho. Ait D.Th.l. cit. supradicta signa parum esse verisimilia, nec à D. Hieronymo sunt approbata, sed tantum relata, prout vidit ipse Hieronymus scripta in annalibus Iudeorum. Hieron.

Signa vero, quæ in scriptura indicantur, quædam sunt valde generalia, & communia, quæ ferè quamdiù Ecclesia Christi durat diuersis temporibus accidunt, quamquam veluti per antonomasiam illi tempori, quod proximè iudicium antecedet, attribuantur. Huiusmodi sunt multa ex ijs, quæ Matth. 24. narrantur, vt illud: multi venient in nomine meo dicentes: ego sum Christus, & multos seducent. Audituri estis prelia, & opiniones preliorum, consur-

get

get gens in gentem, & Regnum in Regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terremotus, & alias eiusdem generis sunt illa, quæ narrat Paulus 1. ad Tim. 4. Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidē à fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, & 2. ad Tim. 3. in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amātes, cupidi, elati, blasphemi, &c.

Hęc igitur signa, quia communia sunt, & per se satis clara, nulla explicatione indigent.

Alia ergo sunt propia diei iudicij signa, quæ ad duo reuocari possunt. Quædam quæ antecedunt iudicium, & initium eius idest aduentum Iudicis, & conuocationem iudicandorum, quæ fiet Angelica tuba personante: alia quæ comitabuntur ipsum iudicium, quorum signorum initium intelligi potest futurum in prædicto sono tubæ homines ad iudicium conuocantis. De his posterioribus signis sermo erit, de quibus Christus dixit Matth. 24. Cum videritis hæc fieri, scitote, quia propè est in ianuis, ac proinde.

Petes Primo, vtrum ante iudicium prædicandum sit Euangelium in vniuerso Orbe; sitq; hoc signum iudicij appropinquantis.

RESpondetur primo, de fide esse ante diem iudicij prædicandum esse Euangelium in

crassiori, vel ex vaporibus, aut alijs exhalationibus terræ, nubes ita dispositæ, vt ex fulgore, & claritate corporis Christi admirabilis quidam aspectus in eis fiat, qui Sanctos mirum in modum delectabit, reprobos verò perterrebit.

Sotus. Ait verò Sotus in 4. d.47.q.2.art.1.has nubes non esse congregandas per causas naturales, cùm iam tunc motus Cælorum non sit futurus.

Sed quidquid sit an sit tunc futurus motus cælorum, nam certissimum est has nubes non esse per causas naturales formandas, quia nec finis earum pertinet ad ordinem naturæ; nec facile fingi poterunt naturales causæ, quæ illas possint afficere in tali quantitate dispositione, & figura, qualis ad repræsentandum Christi gloriam necessaria sit.

Fient ergo Imperio Christi, & fortasse Angelorum ministerio, vt satis mihi est probabile.

Secundo veniet in virtute multa; vnde videtur significare, venturum ipsum exhibentem multa signa omnipotentiæ, supremique dominij, qualia erunt Angelicæ tubæ, & præsertim illa, qua excitabuntur, & conuocabuntur homines ad iudicium.

Præterea terremotus, tonitrua, & similia erunt signa maiestatis, & virtutis iuxta illud 1. Reg.2. Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in Cælis tonabit, Dominus iudicabit fines terræ.

Ter-

Tertio, quod venient omnes Angeli eius cũ eo, nullus enim Angelorum deerit, qui non comitetur Christum, eique assistat, vel ministret in iudicio, vt notat Hippol. Anselm. & alij cit. à Suarez l. cit. & colligitur ex Daniel. 7 millia millium ministrabant ei; & decies millies centena millia assistebant ei. Quibus verbis significata est tot Angelorum multitudo, quæ innumerabilis est, vt Dionysius exponit c. 14. de Cælest. Hierarch. & eodem modo exponit Hieronym. illud Zachar. & veniet Dominus meus, omnesque Sancti cum eo, & de eadem re sic scribit Iudas in sua Epistola Catholica. Ecce venit Dominus in Sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt. *Hippol.* *Ansel.* *Suarez.* *Hieron.* *Dionys.*

Quarto, sessurum Christum in throno maiestatis suæ, de quo Ioann. in Apoc. 2. sic inquit, & vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum; & postea subdit, mortuorum resurrectioné, & iudicium de eis factum, & Ps. 9. sedisti super thronum, qui iudicas æquitaté.

Nec est improbabile ait Suarez tom. 2. 3. p. disp. 57. sect. 3. Christum descensurum in eodé throno, & esse deuehendum in eo humeris Angelicis, & fortasse à thronis in assumptis corporibus, non quod ipse vehiculo indigeat, sed ad significationem supremi honoris, & maiestatis. *Suarez.*

Sed petes primo, vtrum Angeli venturi sint cum Christo in assumptis corporibus, an vero solum in substantia.

Suarez RESpondetur ex Suarez l. cit. de hac re nihil reperi scriptum, sed probabile esse Angelos venturos in assumptis corporibus lucidissimis, & pulcherrimis, quia cum hic aduentus Christi sit sensibilis, & cum gloria, & apparatu externo, ac sensibili, congruum est, vt omnes Christi Comites, & Ministri assumunt sensibilia corpora, vt splendor, & maiestas huius aduentus etiam sensibilibus oculis conspici possit.

Petes secundo, vtrum signum Crucis præcessurum sit iudicium tamquam propium eius vexillum.

RESpondetur affirmatiuè, vt patet ex verbis illis Christi Domini Matth.24. tunc parebit signum filij hominis in Cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus Cæli.

Hoc enim signum nullum aliud esse futurũ, Chrysost. quam Crucem Christi, vt omnes Patres docét Leo M. & præcipuè Chrysost. Homil. de Cruce, & la- August. trone, cuius sententiam refert, & probat Leo Hylarius Magnus Epist.97. ad Leonem Augustum; idem docet Auctor imperfecti in Matth. Homil. 49. Hilarius lib.3. de Trinit. & August. serm. 130.

de

de tempore, ac denique Eccleſia canit hoc ſignum Crucis erit in Cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit.

Apparebit hoc ſignum, ſcilicet crux, ait Auguſt. vt agnoſcant conſilium iniquitatis ſuæ, qui Dominum maieſtatis crucifixerunt, nam Paul. ait ad Hebr. 6. omnes qui mortaliter peccant, iterum, quod in ſe eſt, Chriſtum crucifigunt, & ideo apparebit etiam hoc ſignum ad arguẽdos, & confundendos omnes peccatores, vt patet ex verbis Matth. 24. & tunc plagent omnes tribus terræ, videntes, ait idem Auguſt. accuſatorem ſuum, ideſt ipſam crucem. *Auguſt.*

Apparebit denique hoc ſignum ad conſolationem, & gaudium iuſtorum videntes enim ſignum, quo ſunt redempti, ſumma conſolatione, & gaudio afficientur, quia vt Cyprianus dixit ſerm. de natiuit. non timetur mortis periculum, vbi tantæ reuerentiæ conſpicitur ſignum. *Cyprian.*

Petes tertio, quæ, & qualis futura ſit illa Crux.

Reſpondetur primo aliquos DD. teſte Suarez tom. 2. 3. p. diſp. 57. ſect. 2. exiſtimare crucem illam è qua Chriſtus pependit, fore in die iudicij reformandam collectis, atque inter ſeſe compactis particulis omnibus, quę per vniuerſum mundum diſperſæ ſunt, in Cæliſque leuandam, & coram Chriſto ad iudicium venienté deferendam. Ita ſenſit Vualdenſ. tom. *Suarez.*

3. de

Vuald. 3. de Sacramentalib. tit. 20. c. 158. & existimat *Chrysost.* esse sententiam Chrysost. Homil. de cruce, & latrone, vbi sic ait, crucem solam non reliquit in terra, sed secum eam leuauit ad Cælum, & ideo cum ipsa veniet, cum ipsa secundam gloriosam suam præsentiam faciet. Et hoc iudicauit Sybilla lib. 6. in fine his carminibus.

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit
Nec te terra capit, sed Cæli tecta videbit.
Cum renouata Dei facies ignita micabit.

Alij vero DD. teste Suarez l. cit. vt Anselm. & Antonin. dicunt non ipsum lignium crucis, sed solum signum ex aere formatum esse appariturum, quia crux lignea Christi nimis est exigua, vt possit, & ab omnibus videri, & tam ingentem splendorem emittere, omnesque fines *S. Ephr.* terræ vltra solis claritatem illustrare, vt Sanctus *S. Hipp.* Ephrem dixit, & ideo inquit Hippol. Martyr de consumat. mundi, orietur ab oriente ad occidẽtem vsque signum crucis superantis splendorẽ solis, denuntians aduentum, & apparitionem Iudicis.

Petes quarto, quando sit Crux apparitura.

RESpoudetur quidam dixerunt, crucem apparituram multis diebus ante aduentum Iudicis, scilicet paulo post mortem Antichristi, quando Sol obscurabitur, & Luna non dabit *Clemens.* lumen suum, vnde Clemens Papa lib. 7. constit. c. 3. hunc ordinem ponit. Iesus interficiet

impium spiritu oris sui, tunc apparebit signum Filij Hominis, deinde sonus tubæ excitabitur per Archangelum, interea mortui ad vitam redibunt, ac tunc veniet Dominus.


Alij probabilius credunt, crucem non apparituram, vsque ad ipsum diem iudicij, quando Iudex incipiet apparere, ita sensit Anselm. in Elucidar. vbi Christi aduentum ad iudicium ita describit. *Anselm.*

Sicut Imperator ingressurus Ciuitatem, corona eius, & alia insignia præferuntur, per quę aduentus eius cognoscitur: ita Christus in ea forma, quæ ascendit cum ordinibus omnibus Angelorum ad iudicium veniens, Angeli crucem eius præibunt.

Petes Quinto, à quo deferenda sit Cruce.

Respondetur esse deferandam ab Angelis ante conspectum Christi descendentis, ita Ephrem, Cyrill. Ierosol. Chrysost. August. & Iulianus Pomer. cit. à Suarez tom. 2.3.p.disp. 57.sect.2. *Ephrem. Cyrillus. Chrysost.*

Dicunt præterea Patres, quod crux permansura sit in aere visibilis, quamdiu iudicium durauerit.



Petes

Peter Sesto, an simul cum Cruce ostendenda sint, & deferenda alia passionis insignia.

D.Th. RESpondetur ex D. Thom. opusc. 2. c. 244. quod veniente Domino ad iudicium, signũ crucis, & alia passionis indicia demonstrabuntur.

Viguer. Refert Viguerius c.21.552. versic.6. quorundam sententiam dicentium, omnia signa passionis esse deferenda ab Angelis præuntibus Christum.



D E

DE SIGNIS PRAECEDENTIBVS IVDICIVM.

Quæstio prima, quæ signa præcedent aduentum Christi ad iudicium.

RESpondetur, quod D. Hieronym. in annalibus Iudeorum reperit scripta quindecim signa præcedere iudiciũ, vt citat D. Thom. in 4. sent. dist. 48. q. 1. art. 4. & per extensum refert huiumodi signa. *Hieron.*

Primo dicit, quod primo die maria omnia exaltabuntur quindecim cubitis super montes. Secundo, omnia æquora prosternentur in profundum, itaut vix videri poterunt. Tertio redigentur in antiquum statum. Quarto beluæ omnes, & aliæ, quæ mouentur in aquis congregabuntur, & leuabuntur super pelagus more contentionis inuicem mugientes. Quinto omnia volabilia Cæli congregabuntur in campis inuicem plorantes, non gustantes, neq; bibentes. Sexto flumina ignea surgent ab occasu Solis contra faciem firmamenti vsque ad ortum corruentia. Septimo omnia sydera errantia, &

fixa

fixa ſpargent ex ſe igneas comas, ſicut cometę. Octauo erit magnus terremotus, & omnia animalia proſternentur. Nono omnes lapides tàm magni, quam parui diuidentur in quatuor partes vnaquaque aliam collidente. Decimo omnes plantæ ſanguineum fluent rorem. Vndecimo, omnes montes,& colles, & ędificia in puluerem redigentur. Duodecimo omnia animalia venient ad campos de ſiluis, & montibus rugientia,& nihil guſtantia. Decimotertio omnia ſepulchra ab ortu ſolis vſque ad occaſum patebunt cadaueribus ad reſurgendum. Decimoquarto, omnes homines de habitaculis ſuis recedent non intelligentes, neque loquentes, ſed diſcurrentes. Quintodecimo, omnes morientur, & reſurgent cum mortijs ante defunctis.

D. Tho. Ait D. Th. l. cit. ſupradicta ſigna parum eſſe veriſimilia, nec à D. Hieronymo ſunt approbata, ſed tantum relata, prout vidit ipſe Hieronymus ſcripta in annalibus Iudeorum. *Hieron.*

Signa vero, quæ in ſcriptura indicantur, quædam ſunt valde generalia, & communia, quæ ferè quamdiù Eccleſia Chriſti durat diuerſis temporibus accidunt, quamquam veluti per antonomaſiam illi tempori, quod proximè iudicium antecedet, attribuantur. Huiuſmodi ſunt multa ex ijs, quæ Matth. 24. narrantur, vt illud: multi venient in nomine meo dicentes: ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. Audituri eſtis prelia, & opiniones preliorum, conſurget

get gens in gentem, & Regnum in Regnum, & erunt peſtilentiæ, & fames, & terremotus, & alias eiuſdem generis ſunt illa, quæ narrat Paulus 1. ad Tim. 4. Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidē à fide attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, & 2. ad Tim. 3. in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amātes, cupidi, elati, blaſphemi, &c.

Hęc igitur ſigna, quia communia ſunt, & per ſe ſatis clara, nulla explicatione indigent.

Alia ergo ſunt propia diei iudicij ſigna, quæ ad duo reuocari poſſunt. Quædam quæ antecedunt iudicium, & initium eius ideſt aduentum Iudicis, & conuocationem iudicandorum, quæ fiet Angelica tuba perſonante: alia quæ comitabuntur ipſum iudicium, quorum ſignorum initium intelligi poteſt futurum in prædicto ſono tubæ homines ad iudicium conuocantis. De his poſterioribus ſignis ſermo erit, de quibus Chriſtus dixit Matth. 24. Cum videritis hæc fieri, ſcitote, quia propè eſt in ianuis, ac proinde.

Petes Primo, vtrum ante iudicium prædicandum ſit Euangelium in vniuerſo Orbe: ſitq; hoc ſignum iudicij appropinquantis.

RESpondetur primo, de fide eſſe ante diem iudicij prædicandum eſſe Euangelium in

vniuerſo Orbe,vt patet ex Matth.24.prædicabitur hoc Euangelium Regni in vniuerſo Orbe in teſtimonium omnibus gentibus ; & tunc veniet conſumatio.

Reſpondetur ſecundo, in omnibus Prouincijs, & locis, in quibus homines habitant prædicandum eſſe Euangelium, antequam Christus ad iudicium veniat. Ita D. Auguſt. epiſt. 78. & 80.ad Helychium,& lib.2.de ſerm. Domin.& prius docuit Origin.tract.28.in Matth.

Auguſt.

Origin.

Sed obÿcies Euangelium fuiſſe prædicatum in vniuerſo orbe, ergo non erit amplius præcandum ante diem Iudicÿ, vt patet ex Paul. ad Rom.10, quo vſurpat verba Pſal. 18. in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, & ad Coloſs. 1. Quod peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo Mundo eſt, & fructificat, ergo prædicatio Euangelÿ ante diem Iudicÿ iam eſt facta, & non eſt ſignum peculiare diei Iudicÿ.

Ambroſ. *D.Th.* *Cornel.*

Reſpondetur primo,ex Ambroſio, & D.Th. cit. à Cornelio à Lapide epiſt.ad Rom.c.x. quod ad omnes gentes olim peruenerit fama Euangelij, ſed non prædicatio, nec fundatio Eccleſiarum, & ita intelligunt verba Pſal. 18. in omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. & conſequenter non eſt hucuſque prædicatum Euangelium in vniuerſo orbe.

Alij

Alij DD. explicant: in omnem terram, scilicet Romanis subiectam, & nobis, nostroque orbi cognitam, exiuit sonus, & prædicatio Euangelij.

Eidem ferè sensit Aug. epist. 8. ad Hesych. Anselm. & Origen. & alij cit. à Cornelio à Lapide l. cit. idque patet ex India maximè Occidentali, & quotidianis in ea Hispanorum nauigationibus, quibus hoc seculo nouæ gentes plurimæ, & maxime hactenus incognitæ, repertæ sunt, quæ nihil de Christo, & Euangelio audierunt. *August. Anselm. Origen. Cornel. à Lapide.*

Petes secundo, an non solum prædicandum sit Euangelium in vniuerso Orbe, sed etiam ab omnibus sit recipiendum.

RESpondetur quod licet vbiq; sit fundanda, & propaganda Ecclesia, non tamen omnes in vniuersũ homines esse credituros, hoc enim nec necessarium est, neq; vllo testimonio probabili affirmari potest, neq; est consentaneum humano ingenio, ac libertati, nec experientiæ, nec modo diuinæ prædestinationis, quæ ita videtur res hominum disposuisse, ordinasse, ac permisisse, vt semper sint inter eos boni, & mali, fideles, ac infideles. Quocirca licet per hanc vniuersalem prædicationem ex omnibus nationibus aliqui sint conuertendi, non tamen necesse est, vt omnes homines cuiusuis nationis conuertantur, vt recte notauit Franc. Ribera *Franc. Ribera.*

Lyran. mich. 4. citans Lyran. & Adrian. Fineum lib.
Adrian. 7. c. 5.

Confirmatur, nam ſcriptura Sacra non dicit credetur hoc Euangelium in vniuerſo orbe,ſed predicabitur dicit ſcriptura.

Conuerſio verò Iudeorum erit prope iudicium faciendum, vt patet ex Iohel. 3. ecce in diebus illis, & in tempore illo cum conuertero captiuitatem Iuda, & Ieruſalem, congregabo omnes gentes,& deducā eas in valle Ioſaphat. Vbi aperte dicitur poſt Iudeorum conuerſionem ſtatim futurum eſſe iudicium. Erit ergo Iudeorum conuerſio proximè ante iudicium eo tempore,quo acrius Antichriſtus Eccleſiam Dei perſequetur.

Suarez. Ait Suarez tom.2.3.p. diſp. 56. ſect. 1. per prædicationem Eliæ conuertendos eſſe Iudeos, ſed non cunctos Iudeos; ſed ſolum eos qui ad æternam vitam fuerint preordinati, iuxta illud Daniel 12. in tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro, ſed credendum eſt, ait Suarez l.cit.maio-
Suarez. ri ex parte tùm fore Iudeos conuertendos, vt notauit Oecumen ad Rom. 11. & idem ſignificat Theoph. ibidem.

Nec eſt neceſſarium, vt per hanc vniuerſalem Euangelij prædicationem efficiatur,vt aliquo tempore ante iudicium vniuerſus mundus, totus ſimul in Chriſtum credat,& Catholicam amplectatur religionem.

Nam Chriſti prædictio in qua ſignum hoc po-

potissimum fundatur, satis verificatur, si paulatim, & successiuè Euangelium in vniuerso mundo prædicetur, quamuis fortasse, cum ad vnam partem orbis peruenerit, alia quæ illud audierat, & susceperat, vel per hæresim, vel per paganismum, aut aliud apostasiæ genus ab illo discedat.

Quamobrem non videtur necessarium, vt propter hoc signum futuri iudicij dicamus, antequam Christus ad iudicandum veniat, in tota Asia, vel Africa iterum esse prædicandum Euangelium, atq; omnes illas gentes prius esse ad fidem conuertendas, quia hoc non est reuelatum.

Neque obstant verba Ioann. 10. erit vnum ouile, & vnus Pastor, nam hęc verba significant fore aliquando, vt vniuersus orbis, & omnes homines sint intra Ecclesiam, itaut nullus sit infidelis, sicq; constituant vnum ouile sub vno pastore Christo, & Vicario eius. Nam Christus solum prædixit futuram gentium conuersionem, & ex gentilibus, & iudeis constituendum esse vnum ouile, atque vnam Ecclesiam vniuersalem, & Catholicam; vt ait Suarez l. cit. & prius Iansenius super Ioan. 10. Suarez

Petes tertio, quo tempore, & ordine hæc vnisalis prædicatio futura sit.

RESpondetur ex Suarez l. cit. nihil certi dici posse. Sed tria dici posse, vnum est, hanc Suarez

prædicationem ab initio Ecclesiæ esse inchoatam, & quotidie, ac magis perfici, vt experientia docet. Alterum est, hanc vniuersalem prædicationem extensiuè, consumadam esse in toto orbe ante persecutionem antichristi, eiusq; aduentum, vt docet August. & alij cit. à Suarez l. cit. Tertium est, post impletam hanc vniuersalem prædicationem Euangelij, non multo post futurum antechristi aduentum, & vltimam Ecclesiæ persecutionem, ac mundi consumationem; hoc colligitur ex Matth. 24. & tunc veniet consumatio.

August.
Suarez.

Quæstio secunda, vtrum ante iudicium, & proximè ante aduentum Antechristi Romana Ciuitas euertenda, Romanumque Imperium omnino extinguendum sit.

Lactant. Respõdetur primo, ex veteri traditione Patrum antiquorum teste Lactant. lib. 7. c. 25. Romanum Imperium ferè, vsq; ad diem iudicij esse duraturum, & prope illius tempora esse prorsus extinguendum, simul cum ipso orbe; idem affirmat Tertullian. in apolog. c. 32.

Tertull.
Suarez.

Deniq; Hieronym. cit. à Suarez tom. 2. 3. p. disp. 57. sect. 2. fatetur hanc esse sententiam omnium scriptorum Ecclesiasticorum, & verisimile est, hanc traditionem ab Apostolis manasse.

Habet fundamentum in scriptura supradi-

cta sententia in illis verbis Paul. 2.ad Thessal. c. 2. nisi venerit discessio primum &c. quam discessionem, explicant Ambrosius Primarius, & Sedulius cit. à Cornelio à Lapide super hûc locum, non aliud significare, nisi quod gentes discedent, & deficient à Romano Imperio. *Ambros. Primar. Sedulius*

Respondetur secundo, omnino non esse extinguendum Romanum Imperium, priusquam Antechristus veniat; hoc colligunt nulli Patres ex illo 2.ad Thessalon.2.nô retinetis,quod cum adhuc essem apud vos, hec dicebam vobis, & nunc quid detineat, scitis, vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis tantum, vt qui tenet, nunc teneat donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus: sed hoc non est certum.

Respondetur tertio, incertum esse, an euersio Romanæ Vrbis inter signa appropinquâtis iudicij numeranda sit, vt rectè probat Suarez loc. cit. *Suarez.*

Respondetur quarto, hoc signum euersionis Romani Imperij,verisimile esse prius esse vniuersalem Euangelij prædicationem consumandam, quàm Romanum Imperium ad summam inclinationem,extentionemue perueniat. Quia hæc duratio imperij in sua dignitate, & potestate valde necessaria est,vt illud signum Euangelicæ prædicationis per totum orbem commodè impleri queat. Hoc verò impleto credibile est Ecclesiam passuram maiores temporales afflictiones bellorum,ac seditionum,regno-

rumque mutationes, atque ita paulatim extinctum iri Imperium Romanum, vel ab antichristo, vel paulo ante eius aduentum; ita Suarez loc. cit.

Suarez.

Quæstio tertia, quæ sint futura signa in terra ante diem Iudicij.

Respondetur ex Matth. 24. multas futuras esse calamitates, nempè pestes, fames, terremotus, prælia, Regnorum diuisiones, ac mutationes, & similia, & fortasse ait Suarez l.cit. sed sect.3. postquam vniuersalis Euangelij prædicatio consumata sit, ingrauescent hæc quotidie magis, magisq; quasi inclinante iam mundo, & proximè ad occasum vergentem, & tunc tandem, vel omnino, vel pænè destructo Romano Imperio, veniet Antichristus, qui vniuersale orbis imperium occupabit, & grauissimè persequetur Ecclesiam, vt describit Lactantius lib.7.c. 16.

Suarez.

Pro Ecclesia vero Elias, & Henoch dimicabunt, donec ab antichristo trucidentur, & ipse imperio Christi interficietur.

Quæstio quarta, quæ sint futura signa in Cælis ante diem Judicij post mortem Antichristi.

Respondetur ex Matth. c. 24. tria futura esse signa in Cælis ante diem Iudicij. Primum,

mum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Secundum, stellæ cadent de Cælo. Tertium virtutes Cælorum commouebuntur; in quibus verbis nulla est inter expositores controuersia, quin sermo sit de signis Iudicij.

Sed

Petes primo, quo tempore intelliguntur futura hæc signa, an scilicet ante vniuersalem mortem hominum, & generalem resurrectionem, an vero post illam.

RESpondetur ex Hieronym. Chrysost. & Eusebio cit. à Suarez l. cit. supradicta signa nempè quod sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum &c. futura esse post resurrectionem generalem in ipso aduentu Domini, quæ sententia videtur textui Euangelico consentaneã. Nam immediatè post illa verba subdit Christus. Et tunc apparebit signum filij hominis in Cælo: sed hoc signum non apparebit, nisi post resurrectionem ipso Domino iam veniente. *Hieron. Chrysost. Euseb. Suarez.*


August. verò epistol. 80. ad Hesychium sensit hæc signa futura esse in Ecclesia, durante ipsa persecutione Antechristi. Vnde consequẽter interpetratur verba illa Christi, post tribulationem illorum, non intelligi post finitam persecutionem, sed post inchoatam, seu durante, & iam ex parte facta persecutione. *August.*

Suarez deniq; dicit tom. 2. 3. p. disp. 56. sect. 3. signa in sole, luna, & stellis supra numerata *Suarez.*

futu-

futura esse ante generalem resurectionem.

Suarez. Fundatur Suarez in verbis sacræ Scripturæ Luc. c. 21. erunt signa in sole, luna, & stellis, & in terris præssura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi, nam sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum &c. quia hæc signa futura sunt hominibus causa angustiæ, & anxietatis, vt patet ex alijs verbis scripturę; prę timore, & expectatione eorum, quæ superuenient vniuerso orbi. Ergo oportet, vt fiant viuentibus adhuc hominibus ante generalem resurectionem. Nam post resurectionem nulla erunt necessaria signa ad terrendum, neq; habebit locum dubia expectatio futurorum. Nec refert quod apud Matth. c. 24. hæc signa simul cum alijs coniugantur, quia non oportet, vt quæ simul narrantur simul etiam fiant. Præsertim cum prius Matth. dicat venturum Christum cum virtute, & maiestate, & postea subijuncit, & mittet Angelos suos cum tuba, &c. cum tamen hoc non sit futurum post aduentum Christi; sed antea ex ordine ergo narrationis non potest colligi ordo executionis: sed ex alijs locis, & ex coniecturis sūpta ex rebus ipsis colligendus est.



Sed

Sed obycies Paul. 1. ad Thes. 5. ait sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus: si autem præcessura essent hæc signa, quæ homines redderent certos, diem Domini iam esse in ianuis, non ingrueret, vt fur illis in pace, & tranquillitate existentibus veniret.

Respondet Suarez loc. cit. id verum esse respectu bonorum, fideliumque iustorum: incredulis autem, & iniquis posse nihilominus esse inexpectatum, ac repentinum. *Suarez.*

Ambrosius verò dicit hæc non esse intelligenda de aduentu Domini præcisè, quoad diem iudicij, & descensum eius de Cœlo: sed prout includit hæc signa stupenda, quæ erunt veluti proximi nuntij aduenientis iam Christi, & propiè incipient ab interitu Antichristi. Tūc enim subito incipiet repentinus interitus peccatorum, de quo loquitur Paulus, & narratur à Ioann. Apoc. c. 11. *Ambros.*

Quæstio Quinta, an supradicta signa, nempè quod Sol oscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, &c. an futura sint sensibilia.

Respondetur fore sensibilia, vt docet Lucas c. 21. quibus visis homines arescent præ timore, & expectatioue finis.

Sed

Sed petes primo, quid significet Sol oscurabitur, & lumen non dabit lumen suum.

Respondent aliqui DD. hanc oscuritatem Solis, & Lunæ futurum esse per propiam Ecclipsim scilicet per interpositionem ipsorum astrorum inter se. Suarez videtur tenere, quod Sol, & Luna obscuranda sunt, non quia omnino priuabuntur suo lumine, sed illuminatione. Quod fieri poterit, vel Deo suspendente concursum, vel per interpositionem alicuius densissimæ nubis, vt ait Sotus in 4.dist.46. quæsit. 2. art.2.

Sotus.

De Luna verò, quoniam dicitur Ioel.2.quod conuertetur in sanguinem, & Apoc. 6.explicatur, quod Luna tota facta est sicut sanguis, verisimile est hoc signum esse efficiendum per interpositionem nubis ita dispositæ, vt per impressionem Lunæ videatur tota sanguinea, ad significandam diuini iudicij seueritatem, & propter alias significationes, quas rectè explicat Antonin.4.p.tit.14. c.11. §.2.

Anton.

Petes Secundo, quid significet, quod Stellæ cadent de Cælo.

Iansen.

Respondetur ex Iansenio super Luc. c. 21. Stellas lapsuras è Cælo significare Stellas lumen suum retracturas, & sic videntur cecidesse è Cælo, nec amplius in eo esse. Ita etiam sentiunt Hieronym.& Beda in Matth.

Hieron. Beda.

Adde-

Addere vero poſſumus, caſura tunc flumina ſplendidiſſima, & ingentia, & cometas ſimilis magnitudinis, ſplendoriſque, & ideo apparebunt quaſi ſtellæ cadentes de Cælo, & hoc confirmat illam Iohel 2. dabo prodigia in Cælo, & in terra, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

Petes Tertio, quid ſignificet virtutes Cælorum commouebuntur.

Reſpondetur ex Ianſenio ſup. Luc.c. 21. & Suarez l.cit. per virtutes Cælorum intelligi ipſa aſtra, quæ ab Hebræis virtutes Cœlorum dicuntur, quia in eis reſidet virtus influendi in terram; eæ autem virtutes commouebuntur, & ad influendum applicabuntur, vel certè quia, vel ob defectum luminis, vel ob diuerſum motum, vel ob varios, atque inuſitatos aſpectus, & coniunctiones, influentiam ſuam mutabunt, ex quo fiet, vt varij etiam, & inuſitati motus in terra, mariq; reſultent. *Ianſen.*

Alij intelligunt, vt per virtutes Cælorum intelligantur Angeli motores Cælorum, qui ideo commouendi ſunt, quia mutabunt ordinem, & modum mouendi Cælos, & de hac etiā commotione poſſet intelligi, quod Petrus ſcribit 2. Epiſt.c.3. aduenient autem dies Domini ſicut fur, in quo Cæli magno impetu tranſient.

Petes

Petes Quarto, quid significent illa verba Ioannis Apol. c. 6. & Cælum recessit, sicut liber inuolutus, & Isai. 34 tabescet omnis militia Cælorum, & complicabuntur, sicut liber Cæli.

Iustinus Euseb. RESpondetur ex Iustino Martyre, & Eusebio cit. à Suarez l. cit. supradictas auctoritates diuinæ Scripturæ referri ad tempus post completum iudicium vniuersale; nam Cælum recedere, & complicari, erit, vel dissolui, vel certè erit cessare à suo vsu, & ministerio, quia amplius non mouebuntur, neque influent, sicut enim vsi sumus libro aliquo, cum complicamus, & in loco suo reponimus, ita dicitur cōplicandum Cœlum, quando vsus, ac ministerium eius prorsus cessabit, vt exponit Adamus in Esaiam.

Hieron. Cyrill. Militiam Cæli tabescere, nihil aliud est, quā Stellas lumen suum amictere, sicut declarant Hieronymus, Cyrillus, & alij.

Quod si quis velit supradicta verba referre ad signa præcedentia iudicium non est aliud Cælum recedere, & inuolui nisi non apparere lucidum, sed tenebris obscuratum, nec prestare veterem vsum, ac ministerium.

Petes

Petes Quinto, vtrum ante diem iudicij praeibit ignis.

RESpondetur ex communi DD. sententia teste Suarez tom. 2. 3. p. disp. 57. sect. 1. ignem verum, atque sensibilem futurum in die iudicij, & esse praeiturum diem iudicij, atque aduentum Iudicis, vt patet etiam ex varijs locis diuinae scripturae, & primo dicitur Psal. 96. ignis ante ipsum praecedet. Secundo Isai. 66. quia ecce Dominus in igne veniet, Tertio Iohel 2. ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma. Quarto Daniel 7. Thronus eius flammę ignis rotae eius ignis accensus, fluuius igneus, rapidusque egrediebatur à facie eius, quinto patet ex Paul. 1. ad Cor. 3. dies Domini declarauit, quia in igne reuelabitur. *Suarez*

Petes Sexto, propter quem finem; & ad quem effectum venturus est ille ignis.

REspondetur multos Theologos asserere illum ignem futurum esse, vt breui tempore interficiat homines, qui viui reperiuntur in die iudicij, partim, vt purget iustorum maculas, si aliquae in eis inueniantur, iuxta quam sententiam, ignis hic non tantum antecedet venientem Iudicem; sed etiam mortem, & resurrectionem hominum, ita Bonauentura, & Augustin. cit. à Suarez l. cit. *Bonau.* *August.*

Alij

Alij Theologi dicunt hunc ignem requiri, vt purgetur, ac purificetur mundus ante Iudicis aduentum, vel etiam ante hominum resurrectionem, ita D.Thom.in 4.dist.47.q. 2.art.3. Magister sentent. Durandus, Paludanus Maior, Richard. & Soto.cit.à Suarez l.cit.

D. Tho. M. Senti Durand. Paludan. Maior. Riccard. Soto.

Alij dicunt finem huius ignis esse ad probandos, vel purgandos homines iam resuscitatos, & bonos à malos discernendos, ita Lactantius lib.7.c.11.

Lactant.

Alij denique dicunt venturum esse ignem ante faciem Iudicis venientis ad generale iudicium, vt statim terreat damnatos, eosque punire incipiat, sicut enim corpora Beatorum statim, ac resurgent, incipient frui dotibus gloriosis, attolique ad Cęlestia cum Christo: ita è contrario damnati statim incipient pęnam sensus etiam in corporibus experiri, & ab igne detineri, & cruciari, & ideo necesse est, vt ante Iudicem ignis adueniat, qui saltem eum locum occupet, in quo erunt corpora damnatorum, ita Suarez l. cit. & dicit esse probabile cum sit consentaneum scripturis, vt patet primo ex Psal.49.Deus manifestè veniet Deus noster nō silebit, ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tēpestas valida, secundo ex Paul. 2.ad Thess. 1. in reuelatione Domini Iesu de Cælo cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui nouerunt eum. Ex quo loco, ait idem Suarez hunc ignem esse futurum, & ad quem finem, nimirum ad terrorem,

rem, & vindictam malorum; non vero ad iustos interficiendos, vel purgandos.

Adde sic quoque optimè intelligi illa verba Ecclesiæ. Qui venturus est iudicare seculum per ignem.

Petes Septimo, an post completum diem iudicij futurus sit ignis Purgatorij saltem quoad finem purgandi.

Respondetur ex Anton. cit. à Suarez non esse futurum ignem Purgatorij post iudicium quoad finem purgandi, idem dicit August. lib. 21. de Ciuit. Dei c. 16. sic ait, Purgatorias pænas nullus futuras opinetur, nisi ante illud vltimum, & tremendum iudicium. Nam tunc omnes apparebunt coram Christo Iudice, & Beati quidem ibunt in vitam æternam, impij autem in supplicium æternum, nec erit locus alius vlteriori purgationi. *Anton.* *August.*

Qui vero morietur versus finẽ mũdi patietur intensiuè in illo paruo spatio quãtũ passus esset v.g. in mille annis, si ita eius culpę meruissent.

Petes Octauo finito iudicio quomodo damnati descensuri sint ad infernum; ratio dubitandi est quia corpora damnatorum carent dote subtilitatis, & consequenter non possunt corpus penetrare.

Respondetur ex Suarez tom. 2. 3. p. disp. 58. sect. 1. probabiliter ad vocem, & imperium Christi aperiẽdum esse magnum hiatum terrę, vt corpora damnatorum descendant. *Suarez.*

TRACTATVS DE ANTICHRISTO.

Quæstio Prima, quid sit Antichristus.

Damasc. RESpondetur, Antichristi nomen significare hominem Christo contrarium, vt notauit Damas. 4. de fide c.27. dicens: veniet non pro Christo, sed aduersus Christum, qua etiam de causa Antichristus dicitur, *Hieron.* Hieronym. Epist. 151. ad Algas. q.11. dicit ipse est vniuersorum perditio, qui aduersatur Christo, & ideo vocatur Antichristus.

Quæstio Secunda, quod fundamentum in scriptura habetur, quod futurus est Antichristus.

RESpondetur adesse testimonium Ioann. 1. Can. c.2. vt patet ex sequentibus verbis filioli, nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt, & infra quis est mendax nisi is, qui negat, quoniam Iesus est Christus, hic est Antichristus, qui negat Patrem, & Filium.

Que-

Quæstio Tertia, an Antichristus futurus sit verus homo.

ALij dixerunt Antichristum fore determinatam personam, non tamen hominem, sed ipsum Demonem, vel fortasse demoniorum Principem apparentem in forma humana, non vera, sed phantastica, ita sensit Hippolit. lib. de consum. mundi. Alij dixcrunt futurum esse demonem simul tamen verum hominem scilicet incarnatum demonem in vera humanitate. *Hippol.*

His non obstantibus.

REspondetur primo Antichristum futurum esse verum hominem, & dicit Suarez tom. 2. 3. p. disp. 54. sect. 1. hoc esse de fide, & probat hoc ex varijs locis Diuinæ Scripturæ, primo ex 2. ad Thessal. 2. Nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, vbi ex sententia omnium sermo est de Antichristo, qui homo à Paulo appellatur: non posset autem simpliciter vocari, nisi esset verus homo. Ponderat pro hac veritate Hieron. vbi verba Daniel. 7. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in corno isto, & os loquens ingentia, vbi est sermo de Antichristo, qui dicitur futurus homo, oculos, & os habens. *Suarez.* *Hieron.*

Confirmatur ex verbis Christi Ioan. 5. ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo illum accipietis.

Vbi ille voces, alius, & illum, euidenter aliũ hominem denotant: est autem ibi sermo de Antichristo, vt exponunt Ireneus lib. 5. c. 25. & Hilar. lib. 9. de Trinit. & lib. de vnitate Patris, & filij, & Ambros. lib. de Spiritu sancto c. 14. & Theodor. lib. diuinorum decretorum c. de Antichristo, & alij.

Ireneus. Hilarius Ambros. Theodor.

Quæstio Quarta, vtrum Antichristus iam venerit; ratio dubitandi est, quia Ioan. 1. Canon. c. 4. dicitur hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & nunc iam in mundo est.

Respondetur ex sententia omnium Patrum Antichristum nondum venisse, seu regnasse; ratio est quia statim post interitum Antichristi, futurus est Christi aduentus, diesq; iudicij, vt omnes Patres docent ex Paul. 2. ad Thessol. 2. dicente: Nisi venerit dicessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, & infra, & tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui enm.

Vnde multi colligũt, ipsomet aduentu Christi esse Antichristum interficiendum.

Sed secundus aduentus Christi, vt supra probauimus non dum aduenit ergo.

Præterea Christus Dominus Matth. 24. post prædictam Antichristi persequutionem, subdit pro-

proxima signa iudicij, & aduentus sui, statim inquit post tribulationem illorum dierum sol oscurabitur, &c. & infra tunc apparebit signũ filij hominis in Cælum, & videbunt filium hominis venientem in nubibus Cæli.

Vnde ex his probatur Antichristum non dum Regnare cæpisse: immo nec natum esse, quia ex signis, & rebus reuelatis, quæ debent præcedere diem iudicij, ferè euidenter constare potest, longiori tempore distare iudicium, quam Antichristus victurus sit, vel naturaliter viuere possit, quia probatum est supra, signa iudicij non dum venisse.

Sed dicet quantum temporis intercedet inter mortem Antichristi, & iudicium, seu aduentum Christi.

RESpondetur multos colligere ex Daniel c. 12. tempus illud futurũ quadragintaquinque dierum, quos Deus concedet hominibus ad agendam pænitentiam post mortem Antichristi. Nam postquam Daniel dixerat persecutionem Antichristi duraturam mille ducentis nonaginta diebus, subdit Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque, vbi adduntur prædicti dies propter dictam causam, vt notant Hieronym. Theodoret. & alij teste Suarez tom. 2. 3. p. disp. 54. sect. 2. *Hieron.* *Theodor.* *Suarez.*

Ad rationem dubitandi suprà positam:

RESpondetur, quod Ioannes c.4. dicit hic est Antichristus, quoniam venit, & nunc iam in mundo est, dicit propter certitudinem, & ideò dicit in tēpore præsenti, vt ait Hugo, & Caiet. super hunc locum 2. Ioann. c. 4. vnde secundum dictos Auctores ponitur res futura per tempus præsens.

Hugo. Caiet.

Syriacè legitur ly quoniam venit, quem audistis venturum.

Quæstio quinta, Antichristus vnde venturus, seu vbi sit nasciturus; & ex quo genere, & quibus parentibus?

RESpondetur quidam dicunt Antichristum nasciturum Babilone, vt aiunt August. Hieronymus, & Anselm. cit. à Suarez l. cit. Lactantius verò lib.7.c.17. dicit Antichristum oriundum esse ex Syria.

August. Hieron. Suarez.

Rursus affirmant generandum esse ex fornicatione, Damasc. & Anselm. docent generandum esse ex Iudeis parentibus, & multi affirmant futurum ex Tribu Dan, ità interpetrantes prophetiam illam Genes. 49. fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, ex Dan audiuimus fremitū equorum; & propter hanc causam existimant Ioannem in Apoc. c.7. omisisse tribum Dan, in odium nimirum Antichristi; ità Ireneus

Damasc. Anselm.

neus Damasc. Beda, Rupert. & Anselm. in Apoc. c. 7. Theodoret. q. 109. in Genes. Ambros. lib. de benedict. Patriarch. c. 7. August. lib. quæstion. in Exod. q. 22. & alij quos refert Lipponianus in Catena super Genes. *Ireneus. Damasc. Beda. Rupert. Anselm.*

Hæc omnia incerta sunt; cùm neq; ex scripturis; neque ex alia diuina reuelatione nobis tradita sufficienter colligantur; illud tamen inter omnia veresimillimum est; futurum scilicet Antichristum Iudæum, & origine, & professione, vt præter citatos Auctores affirmant Hier. Dan. 11. Ambros. 2. ad Thessal. 2. qui apertè dicit Antichristum futurum circumcisum; & Seuerus Sulpitius lib. 2. dialog. ait, illum imperaturum, vt omnes circumcidantur. *Theodor. Ambros. August. Lippom. Hieron. Ambros. Seuer. Sulpit.*

Cyrillus Hierosol. cat. 15. docet futurum Antichristum templi Hierosolymitani, vt ipse de progenie Dauid esse videatur, qui templum olim à Salomone extructum, ipse sit ædificaturus, vt nimirum pro Messia haberi; ac recipi possit. *Cyrillus Hierosol.*

An verò nasciturus sit ex impuro, atq; illegitimo thoro magis incertum est; facile tamen credi potest tam iniquum hominem, tamquam Christo contrarium turpissimam habituram originem, & sicut Christus de purissima Virgine conceptus est; ita illum ex impurissima fœmina fore generandum.

Ex his omnibus.

Conficí potest noua ratio ad ostendendum non dum Antichristum venisse, quia nul-

lus iudæus homo, quique à iudęis pro Messia susceptus sit, temporale regnum obtinuit, aut Hierosolymitanum templum instaurare potuit

Sed dices iam Antichristus fuit, quia hæc sequentia verba habentur ex Paul. 2. ad Thess. 2. dicente de Antichristo, mysterium iam operatur iniquitatis.

RESpondetur Paulum non loqui de persona Antichristi: sed de membris eius vt sunt hæretici, & tyranni, qui eodem spiritu aguntur, & iam tunc operabantur, quo ipsa persona Antichristi regetur. Et eodem modo ait Ioannes Antichristum iam venisse secundum eandem participationem, ratione cuius Antichristi vocatur omnes illi similes, seu quod idem est, dicitur venisse non in persona: sed in spiritu. Sicut Matth. 17. dicit Christus, venisse Eliam, quia Ioannes Baptista venerat in spiritu eius; ita exponunt super hæc loca Chrysost. Ambros. August. & alij Græci, Latiniq.

Chrysost. *Ambros.* *August.*

Quæstio sexta, quales futuri sint Antichristi mores.

Antequam respondeam.

SCiendum est primo non esse anticipandum Antichristo vsum rationis, quia illa anticipatio non potest fieri sine miraculo, quod nulla ratione

ratione est fingendum sine fundamento, & ad prauum finem.

Sciendum est secundo, Antichristo non esse denegandam custodiam Angeli, & gratiam sufficientem, & necessariam quantum est ex parte Dei, vt docet Suarez tom. 2.3.p.disp.54. sect. 3.ratio est, quia Antichristus malum, quod operabitur liberè, & non necessarium operabitur, alioquin non peccaret, & potest media gratia Dei pænitentiam agere de suis peccatis. *Suarez.*

His positis.

Respondetur Antichristum, postquam ad vsum rationis peruenerit à principio esse imbuendum omnibus iniquis moribus, ac prauis artibus, & à maleficis, & ariolis instruendum, & præsertim astutia demonis, de quo Cyrillus Hierosolym.c.15. ait inducet quemdam magum hominem veneficijs, & incantationibus, & malis artibus instructissimum, & inferius de moribus illius loquens dicit, talem futurum, vt omnes, qui ante illum improbi, & impij fuerint, excellat malitia, mentemq; habeat homicidiariam, perfractam, immisericordem, & variam; quæ omnia in diuinis litteris fundamentum habent, patet primo, ex 2.ad Thessal. 2. homo peccati, filius perditionis, ille iniquus, cuius est aduentus secundum operationem sathanæ, in omni seductione iniquitatis. & infra extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus. Secundo, patet ex *Cyrill. Hierol.*

Daniel

Alij Theologi dicunt hunc ignem requiri, vt purgetur, ac purificetur mundus ante Iudicis aduentum, vel etiam ante hominum resurrectionem, ita D.Thom.in 4.dist.47.q. 2.art.3. Magister sentent. Durandus, Paludanus Maior, Richard. & Soto.cit.à Suarez l.cit.

D. Tho.
M. Senti
Durand.
Paludan.
Maior.
Riccard.
Soto.

Alij dicunt finem huius ignis esse ad probandos, vel purgandos homines iam resuscitatos, & bonos à malos discernendos, ita Lactantius lib.7.c.11.

Lactant.

Alij denique dicunt venturum esse ignem ante faciem Iudicis venientis ad generale iudicium, vt statim terreat damnatos, eosque punire incipiat, sicut enim corpora Beatorum statim, ac resurgent, incipient frui dotibus gloriosis, attolique ad Cęlestia cum Christo: ita è contrario damnati statim incipient pęnam sensus etiam in corporibus experiri, & ab igne detineri, & cruciari, & ideo necesse est, vt ante Iudicem ignis adueniat, qui saltem eum locum occupet, in quo erunt corpora damnatorum, ita Suarez l. cit. & dicit esse probabile cum sit consentaneum scripturis, vt patet primo ex Psal.49. Deus manifestè veniet Deus noster nõ silebit, ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tẽpestas valida, secundo ex Paul. 2.ad Thess. 1. in reuelatione Domini Iesu de Cælo cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam ijs, qui nouerunt eum. Ex quo loco, ait idem Suarez hunc ignem esse futurum, & ad quem finem, nimirum ad terro-

rem,

rem, & vindictam malorum; non vero ad iustos interficiendos, vel purgandos.

Adde sic quoque optimè intelligi illa verba Ecclesiæ. Qui venturus est iudicare seculum per ignem.

Petes Septimo, an post completum diem iudicij futurus sit ignis Purgatorij saltem quoad finem purgandi.

RESpondetur ex Anton. cit. à Suarez non esse futurum ignem Purgatorij post iudicium quoad finem purgandi, idem dicit August. lib. 21. de Ciuit. Dei c. 16. sic ait, Purgatorias pænas nullus futuras opinetur, nisi ante illud vltimum, & tremendum iudicium. Nam tunc omnes apparebunt coram Christo Iudice, & Beati quidem ibunt in vitam æternam, impij autem in supplicium æternum, nec erit locus alius vlteriori purgationi. *Anton.* *August.*

Qui vero morietur versus finē mūdi patietur intensiuè in illo paruo spatio quātū passus esset v.g. in mille annis, si ita eius culpę meruissent.

Petes Octauo finito iudicio quomodo damnati descensuri sint ad infernum; ratio dubitandi est quia corpora damnatorum carent dote subtilitatis, & consequenter non possunt corpus penetrare.

REspondetur ex Suarez tom. 2. 3. p. disp. 58. sect. 1. probabiliter ad vocem, & imperium Christi aperiēdum esse magnum hiatum terrę, vt corpora damnatorum descendant. *Suarez.*

TRACTATVS DE ANTICHRISTO.

Quæstio Prima, quid sit Antichristus.

Damasc. RESpondetur, Antichristi nomen significare hominem Christo contrarium, vt notauit Damaſ. 4. de fide c.27.dicens: veniet non pro Christo, ſed aduerſus Chriſtum, qua etiam de cauſa Antichriſtus dicitur, Hieronym. Epiſt. 151.
Hieron. ad Algaſ.q.11. dicit ipſe eſt vniuerſorum perditio, qui aduerſatur Chriſto, & ideo vocatur Antichriſtus.

Quæstio Secunda, quod fundamentum in ſcriptura habetur, quod futurus eſt Antichriſtus.

REſpondetur adeſſe teſtimonium Ioann. 1. Can.c.2.vt patet ex ſequentibus verbis filioli, nouiſſima hora eſt, & ſicut audiſtis, quia Antichriſtus venit, nunc Antichriſti multi facti ſunt,& infra quis eſt mendax niſi is,qui negat, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem, & Filium.

Quæ-

Quæstio Tertia, an Antichristus futurus sit verus homo.

ALij dixerunt Antichristum fore determinatam personam, non tamen hominem, sed ipsum Demonem, vel fortasse demoniorum Principem apparentem in forma humana, non vera, sed phantastica, ità sensit Hippolit. lib. de consum. mundi. Alij dixerunt futurum esse demonem simul tamen verum hominem scilicet incarnatum demonem in vera humanitate. *Hippol.*

His non obstantibus.

REspondetur primo Antichristum futurum esse verum hominem, & dicit Suarez tom. 2. 3. p. disp. 54. sect. 1. hoc esse de fide, & probat hoc ex varijs locis Diuinæ Scripturæ, primo ex 2. ad Thessal. 2. Nisi venerit disceſsio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, vbi ex sententia omnium sermo est de Antichristo, qui homo à Paulo appellatur: non posset autem simpliciter vocari, nisi esset verus homo. Ponderat pro hac veritate Hieron. vbi verba Daniel. 7. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in corno isto, & os loquens ingentia, vbi est sermo de Antichristo, qui dicitur futurus homo, oculos, & os habens. *Suarez.* *Hieron.*

Confirmatur ex verbis Christi Ioan. 5. ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo illum accipietis.

Vbi ille voces, alius, & illum, euidenter aliū hominem denotant: est autem ibi sermo de Antichristo, vt exponunt Ireneus lib. 5. c. 25. & Hilar. lib. 9. de Trinit. & lib. de vnitate Patris, & filij, & Ambros. lib. de Spiritu sancto c. 14. & Theodor. lib. diuinorum decretorum c. de Antichristo, & alij.

Ireneus. Hilarius Ambros. Theodor.

Quaestio Quarta, vtrum Antichristus iam venerit; ratio dubitandi est, quia Ioan. 1. Canon. c. 4. dicitur hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & nunc iam in mundo est.

RESpondetur ex sententia omnium Patrum Antichristum nondum venisse, seu regnasse; ratio est quia statim post interitum Antichristi, futurus est Christi aduentus, diesq; iudicij, vt omnes Patres docent ex Paul. 2. ad Thessol. 2. dicente: Nisi venerit dicessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, & infra, & tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui enm.

Vnde multi colligūt, ipsomet aduentu Christi esse Antichristum interficiendum.

Sed secundus aduentus Christi, vt supra probauimus non dum aduenit ergo.

Praeterea Christus Dominus Matth. 24. post praedictam Antichristi persequutionem, subdit pro-

proxima signa iudicij, & aduentus sui, statim inquit post tribulationem illorum dierum sol oscurabitur, &c. & infra tunc apparebit signũ filij hominis in Cælum, & videbunt filium hominis venientem in nubibus Cæli.

Vnde ex his probatur Antichristum non dum Regnare cæpisse: immo nec natum esse, quia ex signis, & rebus reuelatis, quæ debent præcedere diem iudicij, ferè euidenter constare potest, longiori tempore distare iudicium, quam Antichristus victurus sit, vel naturaliter viuere possit, quia probatum est supra, signa iudicij non dum venisse.

Sed dices quantum temporis intercedet inter mortem Antichristi, & iudicium, seu aduentum Christi.

RESpondetur multos colligere ex Daniel c. 12. tempus illud futurũ quadragintaquinque dierum, quos Deus concedet hominibus ad agendam pænitentiam post mortem Antichristi. Nam postquam Daniel dixerat persecutionem Antichristi duraturam mille ducentis nonaginta diebus, subdit Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque, vbi adduntur prædicti dies propter dictam causam, vt notant Hieronym. *Hieron.* Theodoret.& alij teste Suarez tom.2.3.p.disp. *Theodor.* 54.sect.2. *Suarez.*

Ad rationem dubitandi suprà positam.

Respondetur, quod Ioannes c.4. dicit hic est Antichristus, quoniam venit, & nunc iam in mundo est, dicit propter certitudinem, & ideò dicit in tēpore præsenti, vt ait Hugo, & Caiet. super hunc locum 2. Ioann. c. 4. vnde secundum dictos Auctores ponitur res futura per tempus præsens.

Hugo. Caiet.

Syriacè legitur ly quoniam venit, quem audistis venturum.

Quæstio quinta, Antichristus vnde venturus, seu vbi sit nasciturus; & ex quo genere, & quibus parentibus?

Respondetur quidam dicunt Antichristum nasciturum Babilone, vt aiunt August. Hieronymus, & Anselm. cit. à Suarez l. cit. Lactantius verò lib.7.c.17. dicit Antichristum oriundum esse ex Syria.

August. Hieron. Suarez.

Rursus affirmant generandum esse ex fornicatione, Damasc. & Anselm. docent generandum esse ex Iudeis parentibus, & multi affirmant futurum ex Tribu Dan, ita interpetrantes prophetiam illam Genes. 49. fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, ex Dan audiuimus fremitū equorum; & propter hanc causam existimant Ioannem in Apoc. c.7. omisisse tribum Dan, in odium nimirum Antichristi; ita Irenæus

Damasc. Anselm.

neus Damasc. Beda, Rupert. & Anselm. in Apoc. c. 7. Theodoret. q. 109. in Genes. Ambros. lib. de benedict. Patriarch. c. 7. August. lib. quæstion. in Exod. q. 22. & alij quos refert Lippomanus in Catena super Genes. *Ireneus. Damasc. Beda. Rupert. Anselm. Theodor. Ambros. August. Lippom.*

Hæc omnia incerta sunt; cum neq; ex scripturis; neque ex alia diuina reuelatione nobis tradita sufficienter colligantur; illud tamen inter omnia veresimillimum est; futurum scilicet Antichristum Iudæum, & origine; & professione, vt præter citatos Auctores affirmant Hier. Dan. 11. Ambros. 2. ad Thessal. 2. qui aperte dicit Antichristum futurum circumcisum, & Seuerus Sulpitius lib. 2. dialog. ait, illum imperaturum, vt omnes circumcidantur. *Hieron. Ambros. Seuer. Sulpit.*

Cyrillus Hierosol. cat. 15. docet futurum Antichristum templi Hierosolymitani, vt ipse de progenie Dauid esse videatur, qui templum olim à Salomone extructum, ipse sit ædificaturus, vt nimirum pro Messia haberi; ac recipi possit. *Cyrillus Hierosol.*

An verò nasciturus sit ex impuro, atq; illegitimo thoro magis incertum est; facile tamen credi potest tam iniquum hominem, tamquam Christo contrarium turpissimam habituram originem, & sicut Christus de purissima Virgine conceptus est; ita illum ex impurissima fœmina fore generandum.

Ex his omnibus.

Confici potest noua ratio ad ostendendum non dum Antichristum venisse, quia nul-

lus iudæus homo, quique à iudęis pro Messia susceptus sit, temporale regnum obtinuit, aut Hierosolymitanum templum instaurare potuit

Sed dices iam Antichristus fuit, quia hæc sequentia verba habentur ex Paul. 2. ad Thess. 2. dicente de Antichristo, mysterium iam operatur iniquitatis:

RESpondetur Paulum non loqui de persona Antichristi: sed de membris eius vt sunt hæretici, & tyranni, qui eodem spiritu aguntur, & iam tunc operabantur, quo ipsa persona Antichristi regetur. Et eodem modo ait Ioannes Antichristum iam venisse secundum eandem participationem, ratione cuius Antichristi vocatur omnes illi similes, seu quod idem est, dicitur venisse non in persona: sed in spiritu. Sicut Matth. 17. dicit Christus, venisse Eliam, quia Ioannes Baptista venerat in spiritu eius; ita exponunt super hæc loca Chrysost. Ambros. August. & alij Græci, Latiniq.

Chrysost.
Ambros.
August.

Quæstio sexta; quales futuri sint Antichristi mores.

Antequam respondeam.

SCiendum est primo non esse anticipandum Antichristo vsum rationis, quia illa anticipatio non potest fieri sine miraculo, quod nulla

ratione

ratione est fingendum sine fundamento, & ad prauum finem.

Sciendum est secundo, Antichristo non esse denegandam custodiam Angeli, & gratiam sufficientem, & necessariam quantum est ex parte Dei, vt docet Suarez tom. 2.3.p.disp.54. sect. 3. ratio est, quia Antichristus malum, quod operabitur liberè, & non necessarium operabitur, alioquin non peccaret, & potest media gratia Dei pœnitentiam agere de suis peccatis. *Suarez*

His positis.

REspondetUr Antichristum, postquam ad vsum rationis peruenerit à principio esse imbuendum omnibus iniquis moribus, ac prauis artibus, & à maleficis, & ariolis instruendum, & præsertim astutia demonis, de quo Cyrillus Hierosolym.c. 15. ait inducet quemdam magum hominem veneficijs, & incantationibus, & malis artibus instructissimum, & inferius de moribus illius loquens dicit, talem futurum, vt omnes, qui ante illum improbi, & impij fuerint, excellat malitia, mentemq; habeat homicidiariam, perfractam, immisericordem, & variam; quæ omnia in diuinis litteris fundamentum habent, patet primo, ex 2. ad Thessal. 2. homo peccati, filius perditionis, ille iniquus, cuius est aduentus secundum operationem sathanæ, in omni seductione iniquitatis. & infra extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus. Secundo, patet ex *Cyrill. Hierol.*

Daniel

Daniel 7. sermones contra excelsum loquetur; & putabit, quod possit mutare tempora, & leges; & c. 8. dicitur; Cor suum magnificabit, & c. 11. faciet iuxta voluntatem suam Rex; & eleuabitur; & magnificabitur aduersus omnem Deum; & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica.

Tribuitur præterea illi Daniel 11. quod erat in concupiscentijs fœminarum, quod Deum patrum suorum non reputabit.

Cyrill. Ierosol. Damasc. Hippol. Obseruant Patres, præsertim Cyrillus Ierosolym. c. 15. & Damasc. c. 27. & Hippol. in libro de cons. mundi, quod licet ab ineunte ætate Antichristus flagitiosissimus futurus sit; ac crudelissimus: tamen in principio simulaturum, & bonum specimen præbiturum; vt Iudæos possit decipere, & paulatim Regnum tyrannicè occupare, & ab eis suscipi, crediq; Messiam. Ostendet ergo se beneuolem, benignum; & humanum, vt Cyrillus Ierosf. dicit, & bonitatis speciem præseferet; vt ait Damasc. & quoniam ipsi Regem temporalem, bonaque temporalia præcipue sperant, in ijs elargiendis maximè se liberalem ostendet; ijs enim rebus abundabit. *Cyrill. Ierosol. Damasc.*

Petes primo; vbi educandus est Antichristus; post adeptum vsum rationis.

Anselm. RESpondetur ex Anselmo in elucidario Antichristum eum fore educandum in Gorozaim, & Bethsaida; fortasse; quia illæ ciuitates maxi-

maximè incredulitatis, & obstinationis incusatę à Christo sunt.

Damasc. c. 27. solùm dicit clam Antichristum esse educandum. Damasc.

Petes secundò, dicitur 2. ad Thess. 2. mittet illis Deus operationem erroris, quomodo sint intelligenda hæc verba.

RErspondetur ly mittet illis Deus, idest venire permittet. Interdum enim ita scriptura loquitur de permissione, ac si res à Deo fierêt, vt declaret, quasi per exagerationem iustitiam, & vindictam; & infallibilitatem effectus, qui consequetur: Hoc ergo sensu mittetur Antichristus, seu veniet, vt Iudæos decipiat in pœnam incredulitatis suæ, vt insinuauit Christus illis verbis; Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis, vt notant omnes interpetres; ita Hieronym. q. 11. ad Algas. & Iren. lib. 5. contra hæres. Gregor. 13. moral. c. 10. & Hilar. can. 25. in Matth. Hieron. Iren. Gregor. Hilar.

Ex his.

COlligitur ex potissimis causis ob quas Deus permissurus est, vt demon in illum hominem tantam habeat potestatem, vt ad omnem iniquitatem, & deceptionem eo quasi organo propio vti possit.

Causa enim erit ad conuincendam Iudæorum perfidiam, vt qui verum Christum honestissimosque illius mores, & verissima, stupendaq.

daq; miracula venerari, & sectari noluerunt, fallum Christum, falsaque miracula suscipiant, & improbissimos mores imitentur.

Permittet etiam hoc Deus ad ostendendam gratiam suam, & benegnissimam prouidentiam erga homines, quanta sit hominis fragilitas, quantaq; demonis efficacia ad superandum illum, si Deus permisisset.

Quaestio septima, quae sit futura Antichristi doctrina, & modus suadendi illam.

REspondetur primo doctrina Antichristi erit, Iesum Christum nostrum non fuisse verum Messiam, neque filium Dei, neq; hominum Saluatorem, & consequenter totam eius Religionem, & Sacramenta esse vanam superstitionem, & è contrario Moysi legem esse seruandam, circumcisionem esse retinendam, &c. vt clarè colligitur ex Ioan. 1. can. c. 2. quis est mendax, nisi qui negat Iesum esse Christum? & hic est Antichristus.

Secundo, doctrina Antichristi erit, suadere iudæis, vt ab eis pro Messia recipiatur, vt significauit Christus Matth. 24. vbi de temporibus Antichristi loquens nos monet, si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere, surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ.

Præterea docent Patres hoc significasse Christum illis verbis, si alius venerit in nomi-

ne suo illum accipietis.

Denique reliqui omnes qui de Antichristo scribunt presertim Iren. Hippol. & Hieronym. dicunt Antichristũ esse suscipiendum à Iudæis, vt verum messiam. *Iren. Hippol. Hieron.*

Tertio, Antichristum docturum, ac persuasurum hominibus, vt crederet nullum esse verum Deum præter seipsum, veresimile autem est, non esse hoc docturum, donec rerum omnium potiatur; vt colligitur ex Paulo 2. ad Thessol. 2. extolletur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, itaut in templo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus. Patet etiam ex Daniel c. 11. eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnẽ Deum, & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica, & Deum patrum suorum nõ reputabit, nec quemquam Deorum curabit, quia aduersum vniuersa consurget.

Sed dices Antichristum idolum aliquod veneraturum, vt patet vt Daniele c. 11. dicente, Deum autem Moazim in loco suo venerabitur, & Deum quem ignorauerunt Patres eius colet auro, & argento, & lapide prætioso, & faciet vt muniat Deum Moazim cum Deo alieno quem cognouit; ergo Antichristus non auferret idola.

Respondetur Antichristum publicè, & coram alijs ablaturum idola, & omnem Deorum cultum, nec permissurum, vt alij alium præter

se

se adorent: ipsum vero occulte adoraturum demonem, cum quo pactum perpetuum inibit, eiusq; ope potentiam, & Regnum terrenum consequetur, & ideo priuatim eum pro Deo colet scilicet Moazim; ita explicat Lyranus, & Glosa locum Daniel.c. 11.

Lyran. *Glosa.*

Suarez. Dicunt alijsque, teste Suarez tom. 2. 3. par. disp. 54. sect. 4. verisimile esse Antichristum non omnino crediturum, quæ alios docebit, & credere compellet.

Damasc. *Cyrill.* *Hippol.* Dicunt deniq; Patres, præsertim Damasc. Cyrill. & Hipp. Antichrystum non manifestaturum totam impietatem suam, donec plenam Regni potestatem obtineat.

Respondetur secundo, Antichristum varijs modis persuasurum hominibus doctrinam, & obseruantiam superstitionis suæ: potissime verò id facturum signis, & prodigijs falsis quidem, specie tamen admirabilibus. Vnde dicit Anselmus in elucidario quod quatuor modis vtetur Antichristus ad decipiendos homines. Primus erit persuasione, & eloquentia. Erit enim à demone instructus, & edoctus in rebus omnibus quę ad hunc finem necessarie fuerint. Immo ait Anselmus quod erit sapientia, & eloquentia incredibili, & omnem artem, & scripturam memoriter sciet. Secundus erit per liralem elargitionem diuitiarum, vt infra latius dicetur. Tertius per terrores, & minas, vt infra dicetur. Quartus deniq; per signa, & prodigia hominibus admiranda, vnde Paulus 2.

Anselm. *Ansel.*

ad Theſſ. 2. ait, cuius eſt aduentus ſecundùm operationem ſatanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis.

Sed non erunt vera miracula, ſed apparenter.

Sed petes; quæ ſint futura huiuſmodi ſigna, & miracula.

RESpondetur veriſimile eſſe futura ſimilia ijs quæ Chriſtus Dominus operatus eſt, vel, quæ Iudæi ab ipſo petierunt, vt notant Hippol. de conſuma. mundi, & Lactant. lib. 7. c. 17. *Hippol.*

Vnde dicitur de Antichriſto in Apoc. c. 13. & vidi vnum de capitibus ſuis, quaſi occiſum in mortem, & plaga mortis eius curata eſt, cuius communis expoſitio eſt, quod finget ſe mori, & reſurgere, & ſenſit Gregor. lib. 11. epiſt. c. 3. *Gregor.*

Alius vero ſenſus eſt, quod aliquis ex præcipuis ſectatoribus Antichriſti, ſeu Regibus illi ſubditis, lethali vulnere percutietur, & virtute demonis ab Antichriſto ſanabitur. Vnde ſubditur; & admirata eſt vniuerſa terra, poſt beſtiam, & adorauerunt beſtiam dicentes, qui ſimilis beſtiæ? poſtea verò ſubijuncitur aliud ſignum. Fecit ſigna magna, vt etiam ignem faceret deſcendere è cælo in terrã in conſpectu hominis, & Matth. 24. dicitur, dabunt ſigna, & prodigia magna, itaut in errorem inducantur ſi fieri poteſt etiam electi.

Quæ-

Quæstio octaua, quale futurum sit Antichristi Regnum, quibusq; modis obtinebit illud.

RESpondetur primo, Antichristum futurum esse Regem magnumque Monarcham, vt clarè colligitur ex Daniele cap. 7. versic. 24. Cornua decẽ ipsius Regni, decem Reges erũt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres Reges humiliabit, & idẽ Daniel c. 11. dicit, & faciet iuxta voluntatem suam Rex, quæ loca intelligunt communiter Sancti Expositores de Antichristo, vt docet *Suarez.* Suarez tom. 2. 3. p. disp. 54. sect. 5. & Cornelius à Lapide super locis Daniel. c. 7. & 11.

Respondetur secundo, Antichristum non habiturum aliud Regnum iure hæreditario, sed habiturum potius humilem originem, & paulatim, ac fraudulenter Regnum occupaturum, vt significauit Damasc. c. 17. illis verbis, ex for- *Damasc.* nicatione itaq; nascetur, & clam educabitur, ac repente insurget, caputq; attollet, atque *Cyrillus.* imperio potietur, & Cyrillus dixit Antichristum per magicum maleficium decepturum gentes, & Romanum Imperium vsurpaturum, *Hieron.* & clarè Hieron. super Daniel. c. 11. de Antichristo sic scribit, qui consurgere habet de modica gente, idest de populo Iudæorum, & tam humilis erit, atq; despectus vt ei non detur honor Regius, & per insidias, & fraudulentiam obtineat Principatum, quod colligit Hieron. ex

ex illis verbis Danielis, quæ de Antichristo interpetratur. Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor Regius, & veniet clam, & obtinebit Regnum in fraudulentiam.

Respondetur tertio, Antichristum per dolum, ac fraudem incæpturum regnare Babylone, & inde pugnaturum cum alijs Regibus, & tres Reges potissimum debellaturum, ac tandem septem alios, & vniuersum orbem subiugaturum, vt probat Suarez tom.2.3.p.disp.54. sect. 2. *Suarez.*

Maluenna de Antichristo lib. 5. c. 8. docet Antichristum initio Regni debellaturum tres Reges nimirum Regem Ægypti, Regem Libyæ, & Regem Æthiopiæ, reliquos autem septem, vel metu, vel amore sibi adiuncturum; & docet S. Ephrem sermone de Antichristo, & fusè probat idem Maluenna loc.cit. *Maluen.* *Maluen.*

Anselmus in elucidario dicit de Antichristo, quod industria demonum omnis pecunia occulta erit eis manifesta: siue sit in mare, siue sit in reconditis terræ finibus. Immo fortasse etiam mineralia auri, & argenti virtute demonum elaborata, omnia illi offerentur, & vsui erunt ad imperium obtinendum, atq; hoc modo tantam crescet in initio Regni sui, vt potentior fiat quolibet alio Rege. *Anselm.*

Respondetur quarto, Antichristum præcipuam sedem Monarchiæ suę Hierosolymis collocaturum, vt in Hierosolymitano templo à se instaurato sedeat, & tamquam Deus adoretur.


Suarez. Ireneus. Cyrill. Ierosol. Seuer. Sulpit. S. Mart.

Hæc sententia Patrum omnium qui de Antichristo scribunt, vt bene ait Suarex l.cit. vt colligitur ex 2. ad Tess. 2. ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus: quod intelligitur de templo Hierosolymitano, vt exponunt Iren. Cyril. Ierosol. & Dam. cit. à Suarez l.cit. & Seuerus Sulpitius ex sententia S. Martini in lib. 2. dialog.

Sed obÿcies ex Daniele c. 9. constat, Templum Hierosolymitanum numquam esse instaurandum, vt patet ex sequentibus verbis vsq; ad consumationem & finem perseuerabit desolatio ergo falsò dicit templum huiusmodi esse ab Antichristo instaurandum.

Suarez.

Respondetur ex Suarez tom. 2. 3. p. disp. 54. sect. 5. satis videri desolationem perseuerare, vsq; ad finem, quandoquidem vsq; ad Antichristi tempora templum instaurandum non est. Deinde, etiam tunc non propiè instaurabitur, non solum materialiter, quia fortasse tam breui tempore non integre, & perfecte, sed vtcunq; reedificabitur, sed etiam formaliter, quia non instaurabitur in templum veri Dei, sed in sedem Antichristi.



Sed

Sed petes primo, quanto tempore sit Antichristus regnaturus.

Respondetur ex communi sententia Patrum teste Cornelio à Lapide super Daniel c. 7. versic. 25. Antichristum, vt Monarcham regnaturum per tres annos cum dimidio; & probat idem Cornelius loc. cit. *Cornel. à Lapide.*

Petes secundo, qua ætate incipiet regnare Antichristus, & qua morietur?

Respondetur hoc non esse reuelatum à scriptura, neq; traditum, neque scriptum à Sacris Doctoribus.

Petes tertio, cum dicitur Antichristus regnaturus in vniuerso orbe, intelligatur de vniuersis Prouincijs Mundi.

Respondetur non esse necesse intelligi de omnibus prouincijs mundi: sed de Romano Imperio veteri, atque de ijs Prouincijs Asiæ, Africæ, & Europæ, in quibus fides, & Ecclesia diutius viguit, vt docet Suarez l. cit. *Suarez.*

Quæstio nona, qualis sit futuræ Ecclesiæ persequtio sub Antichristo.

Respondetur primo, certum est Antichristum persequuturum Ecclesiam, & fideles,

ac sanctos acerbius, & crudelius, quam ab illo vmquam tyranno tentati, aut afflicti fuerint. Hoc est de fide: ait enim Christus Matth. 24. erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, vsq; modo, neq; fiet; & de hac tribulatione dicit Daniel c. 7. & ecce cornu illud faciebat bellum aduersos Sanctos,& praeualebat eis,& infra Sanctos Altissimi conteret, & putabit, quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius, vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.

Respondetur secundo,hanc persequutionem Antichristi non tantum futuram esse temporalem, sed etiam spiritualem,atq; ita tam in prauo fine persequuturum: quam in medijs fore acerbissimam, vt patet ex Matt.24. vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam Electi, hanc igitur vocamus spiritualem persequutionem.

Praeterea Antichristus coget, vt omnis Dei cultus, & caeremoniae Christianae deserantur, propter quod Daniel c. 12. dicitur de eo tempore auferendum esse iuge sacrificium, quod de tempore Antichristi intelligunt ibi Hieronym.Theodoret. Iren.& Hipp. quo tempore omnem cultum diuinum, qui à Christianis exhiberi solet, cuiusque suprema pars est sacrificium Eucharistiae, ad quod caetera omnia referuntur,cessaturum dicunt persequutionis acerbitate, & violentia. Addo etiam, quod Antichristus coget, vt Christifideles abnegent

Hieron. Theodor. Iren. Hippol.

Deum,

Deum, vt colligitur ex Paul.2. ad Thess.2.

Rogamus autem vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi,& nostræ Congregationis in ipsum,vt non cito moueamini à vestro sensu,neq; ea terramini,neq; per spiritum, neq; per sermonem, neque per epistolam tamquam per nos missam,quasi instet dies Domini, ne quis vos seducat vllo modo. Immo Antichristus coget fideles vt ab eis adoretur tamquam Deus, vt patet ex l.cit.Paul.2.ad Thess. 2.itaut in Templo Dei sedeat tamquam sit Deus, & Apoc.c.13.& faciet, vt quicumque non adorauerint imaginem bestia, scilicet Antichristi, vt communiter exponunt DD. occidantur.

Præterea faciet Antichristus loqui suam imaginem, vt patet ex Apoc. c. 13. & datum est illi, vt daret spiritum imagini bestiæ, scilicet Antichristi, vt exponunt Patres, vt Rupertus, Arethin. Richardus, & alij cit. à Vegha in Apoc.c.13.& subdit Apoc. vt loquatur imago bestiæ. *Rupert. Aretin. Richard. Vegha.*

Efficiet etiam Antichristus, in professionem, seu protestationem huius cultus, vt characterem bestiæ, scilicet Antichristi publicè deferant in frontibus, seu in manibus, vt habetur ex eodem c. 13.Apoc.& faciet omnes pusillos, & magnos,& diuites,& pauperes,& liberos, & seruos habere characterem in dextera manu, aut in frontibus suis; D.Th. q.63. art. 3. ad 3. dixit characterem bestiæ esse professionem illi- *D. Tho.*

citi cultus. Dicitur denique in Apoc.cap. 13. quod quis non potest emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ scilicet Antichristi, aut numerum nominis eius.

Sed dices qualis sit futurus character Antichristi.

Respondetur dixisse Lactant.lib.4.c. 14. esse characterem Antichristi signum Crucis, Ribera in Apoc. dixisse fuisse characterem formam Dragonis.

Ribera.

Dices.

Deniq; cur in Apoc.c.13.dicitur, vidi de mari bestiam, & alterã bestiã ascendẽtem de terra.

Vegha.

Respondetur, ex Vegha in Apoc.c.13.quod bestia ascendens de mari significat Reges, ac Principes, & in vniuersum omnes Imperio, viribus opibusq; præcellentes, qui bello, armisq; pro Antichristi imperio, & principatu decertabunt; Bestia autem ascendens de terra significat hæreticos, falsosq; doctores, ac magistros, qui fugacis rationibus, & argumentis in speciem tamen veritatis compositis, conabuntur fidem Christi omnino extinguere, & Antichristum pro vero Messia Rege, Deoq; obtrudere; ita Richardus de S.Victore, Beda, Albert. Rupertus, Panonius cit. à Vegha l.cit.

Richa.de S.Vict. Beda. Albert. Rupert. Panon.

Respondetur tertio, persecutionem Antichristi futuram esse grauissimam etiam ex parte mediorum, qualia sunt illa quatuor, scilicet, elo-

quen-

quentia verborum, amplissimis largitionibus, ac diuitijs, signis mirabilibus, vi, & exquisitis tormentis. Quapropter acutè dixerunt Cyrill. & Hippol. eo tempore futuros esse martyres illustriores, quia priores pugnarunt contra homines ministros diaboli: ij verò contra ipsum demonem solutum, & omnes vires suas contra illos exercentem. *Cyrill. Hippol.*

Dicitur præterea persequutionem Antichristi fore vniuersalissimam per totum orbem, vt apertè colligitur ex Apoc. c. 13. & 20. ascenderunt supra latitudinem terræ, & circumierunt castra Sanctorum, ex quo loco notat August. 20. de Ciuit. Dei c. 9. omnes prauos hæreticos, & similes coniungendos esse Antichristo, vt vbiq; fideles persequantur. *August.*

Respondetur quarto, per hanc persecutionem maiorem fortasse fidelium partem à Christo defecturam: nihilominus militantem Ecclesiam non esse vi persecutionis extinguendum. Prior pars probatur nempè, quod maior pars fidelium sit defectura, quia Daniel cap. 7. dicit. Ecce cornu illud faciebat bellum aduersus Sanctos, & præualebat eis, & Apoc. 13. & est datum illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos: & Christus ad exagerandam multitudinem eorum qui à fide deficient dixit, vt in errorem inducantur, si fieri potest etiam Electi.

Posterior pars de fide est nempè quod militans Ecclesia non sit omnino extinguenda.

Nam dicit scriptura portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & ideo dixit Christus Matth. 24. propter Electos breuiabuntur dies illi. Erunt ergo multi Electi qui non vincentur, & in quibus Ecclesia manebit.

Respondetur quinto, tam Antichristum, quam ministros eius Ecclesiæ persecutores speciali Christi virtute, atq; Imperio interficiendos esse; hoc videtur de fide, ait Suarez tom. 2. 3. p. disp. 54. sect. 6. & patet ex Paul. 2. ad Thess. 2. Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.

Suarez.

Quæstio decima, quo loco interficiendus est Antichristus.

Theodor. *Hieron.*

Respondetur Theodoret. & Hieronym. colligere ex Daniele c. 11. Antichristum fore occidendum in montem Oliueti.

Quæstio vndecima, num Antichristus sit habiturus vxorem.

Maluen.

Respondetur Antichristum plures vxores, ac concubinas habiturum, vt docet, & probat Maluenna lib. 6. c. 22. & quoad concubinas colligitur ex Daniele cap. 15. & 37. & erit in concupiscentijs fæminarum.

****


Quæ-

Quæstio decimasecunda, an Antichristi Edificia futura sint sumptuosa.

REspondetur fore sumptuosa, ac superba, & fere innumerabilia, ędificia, quæ iussu Antichristi, edificatura sunt; vt probat Maluenna tract. de Antichristo lib. 6. c. 13. *Maluen.*

Quæstio decimatertia, cuius metalli futura sit statua Antichristi.

REspondetur ex Sancto Victorino Episcopo Pictauiensi fore Antichristi statuam auream, & hæc de Antichristo. *S. Victor.*



TRA-

TRACTATVS DE HENOC, ET ELIA.

Quæstio Prima, vtrum Elias, & Henoc nunc viuant.

REſpondetur de fide eſſe Henoch, & Eliam adhuc viuere anima,& corpore,vt patet ex varijs locis diuinæ Scripturæ.

De Henoc dicit ſapiens Eccleſiaſt. 44. Henoc placuit Deo,& tranſlatus eſt in Paradiſum, vt det gentibus pænitentiam,& Paul. ad Heb. 11. apertius dicit Henoc tranſlatus eſt, ne videret mortem.

De Elia dicitur 4. Reg. 2.Deum tranſtuliſſe Eliam per turbinem in Cælum, & Eccleſiaſt. 47. dicitur, Receptus, & tectus in turbine, & inſcriptus in iudicijs temporum, lenire iracundiam Domini, cõciliare cor Patris ad Filium, & reſtituere Tribus Iacob.

Præterea ex traditione Sanctorum ſic habetur; primo ait Auguſt. lib. 1. de peccator. meritis c. 3. Neq; Henoc, & Elias per tam longam ætatem marcuerunt. *Auguſt.*

Idem affirmant Ambroſius lib.4.de fide cap. 1.Gregor.lib.9.moral.c.4.& lib.21.c.36. Cyrill. *Ambroſ.* *Gregor.* *Cyrill.*

rilli de montibus Sina, & Sion, Tertull. lib. de anima c. 35. & 50. Chrysost. homil. 22. in epist. ad Hæbr. & homilia 21. in Genesim, & alij. *Tertull.* *Chrysost.*

Quæstio Secunda, an Henoc, & Elias viuant corporibus gloriosis.

RESpondetur Henoc, & Eliam non dum viuere corporibus gloriosis, sed solum frui cognitione abstractiua Dei, ac eius amore, vt colligitur ex Augustin. lib. 1. de peccat. merit. c. 3. dicente, nec tamen credo eos, tam in illam spiritualem qualitatem corporis commutatos, qualis in resurrectione promittitur, quæ in Domino prima præcessit. *August.*

Præterea Elias, & Henoc aliquãdo sunt morituri, vt infra videbimus, ergo non est verisimile, nunc esse translatos ad possidendam gloriam, & immortalitatem corporis; quia huiusmodi status est perpetuus, & cui semel datur, numquam aufertur.

Idem affirmat Instinus Martyr q. 85. Procopius Gaza in Genes. & August. Eugub. in recognitionibus veteris testamenti, & Catharin. de consumata gloria affimant Henoc, & Eliam videre Diuinam essentiam; sed hoc non videtur esse probabile, vt probatum est. *Iustinus.* *Procop.* *August.* *Chatar.*

Quæ-

Quæstio Tertia, an Henoch, & Elias sint in statu merendi.

Suarez. RESpondet Suarez tom. 2. 3. p. disput. 55. sect. 1. probabilius esse hos viros tantum fuisse in statu merendi, & potuisse in gratia crescere, vsque ad illud tempus, in quo translati sunt, & ad eundem statum merendi redituros, quando iterum venient ad præparandum secundum Christi aduentum; quia tunc eodem modo erunt viatores sicut antea, vereq; Martyres, & fructum, ac aureolam martyrij consequentur: hoc autem intermedio tempore verisimilius est, non mereri.

Probatur ab inconuenienti, quia in tam longo tempore infinita haberent quasi merita, & omnes Sanctos, ac ipsam etiam Beatam Virginem cumulo meritorum possent antecellere.

Quæstio Quarta, an Henoc, & Elias sint in gratia confirmati.

Suarez. RESpondetur ex Suarez loc. cit. esse in gratia confirmatos Henoc, & Eliam, quia cum sint iusti, & mereri non possint nulla ratione expedit, vt possint demereri.

Hinc

Primo, sequitur eos minimè pati inordinatos fomitis motus, nec illam corruptionem corporis, vt docuit Bernar. serm. 6. de Ascens. Dñi. *Bernard.*

Neque

Neq;enim corpora,quæ corrumpuntur, illas aggrauant animas: aut terrena inhabitatio sensus eorum tamquam multa cogitantes deprimit,qui cum Deo ambulasse noscuntur,factum est impedimentum omne de medio: occasio vniuersa sublata, materies nulla relicta est,quæ eorum affectum aggrauet, vel deprimat intellectum. Nam, & priorem, idest Henoc, ob hoc raptum scriptura commemorat, ne forte vincat malitia sapientiam, & intellectus eius, vel anima vltra decipi valeat, aut mutari.

Secundo,sequitur Henoc,& Eliam maximis Dei consolationibus, ac frequentibus reuelationibus gaudere, de ijs saltem rebus, quæ eorum statui consentaneæ sunt; ita docet Suarez loc. cit. *Suarez.*

Quæstio Quinta, an Henoc, & Elias indigeant cibis corporalibus.

RESpondetur verisimilius esse Eliam, & Henoc non indigere cibis corporalibus, sed absq; vlla corporis mutatione,vel alteratione à Deo conseruari. Hæc assertio non est tam certa, cum non sit reuelata, & quia Deus varijs modis potest homines in corpore mortali viuos diuturno tempore conseruari. Vnde August.lib. de peccatorum meritis c. 3.sic inquit. *August.*

Nisi quia ista fortasse,neq; ijs cibis egent,qui sui consumptione reficiant: sed ex quo translati sunt, ita viuunt, vt similem habeant satieta-

tem

tem illis quadraginta diebus, quibus Elias ex calice aquæ: & ex collyride panis sine cibo vixit; aut si etiam ijs substentaculis opus est, ita fortasse in Paradiso pascuntur, sicut Adam priusquam propter peccatũ inde exire meruisset, habebat enim, quantum existimo, & de lignorum fructibus refectionem, contra defectionem, & de ligno vitæ stabilitatem, contra vetustatem,

Sed

Hieron. Hyeronim. in epistola ad Pammachum sensit Henoc, & Eliam non indigere cibo corporali, sed pasci solo cibo spirituali.

Quæstio Sexta, in quem locum Elias, & Henoc translati sunt.

Chrysost. Theoph. Oecumen. August. Cyprian. RESpondent Chrysost. homil. 21. in Genes. & homil. 22. ad Hæbreos, & ibi Theoph. & Oecumen, & August. lib. 1. de peccat. origin. c. 2. & 3. & Cyprian. lib. de montibus Sina, & Sion esse incertum in quem locum sunt translati Henoc, & Elias, nam licet Ecclesiast. 44. dicatur Henoc translatus est in Paradisum; tamen vox illa in Paradisum plures habet significationes, nec certò significat locum in quo conditus est Adam, sed significat locum amenum, & spaciosum, ac iucundum, vt omnes interpetres docent in principio c. 2. Genes. & patet ex illo Cant. 4. Emissiones tuæ Paradisus,

Rupert. Rupertus lib. 3. de Trinit. & operibus eius c. 33. di-

33. disertè dicit numquam scripturam significare Eliam, & Henoc translatos esse in illum Paradisum, vbi comedere possint de ligno vitæ: sed in secretam aliquam Regionem, vt Gregor. scribit. *Gregor.*

Præterea, quamuis in eo testimonio Ecclesiastico, nomine Paradisi intelligamus locum illum, in quo fuit creatus primus homo, & consequenter fateamur in eum locum translatum Henoc non inde fit, in eo nunc esse, neq; Eliam in eum translatum esse; quia multi probabiliter existimant, terrenum Paradisum aquis diluuij perijsse, vt copiosè disputat Pererius tom. 1. in Gen. lib. 3. disp. 1. q. 4. & lib. 7. q. vltim. & Genebrard. lib. 1. chronogra. affirmat; & idem sensit Iansenius in concord. Euang. c. 143. & Oleaster in 2. c. Genes. nimirum perijsse aquis diluuij Paradisum in quo fuit creatus Adam. *Pererius.* *Genebr.* *Oleaster.*

Ireneus lib. 5. cōtra heres. c. 5. dicit. Henoc, & Eliam fuisse translatos in Paradisum terrestrem, & id confirmat Ireneus ex traditione Præsbyterorum Asiæ, qui id ab Apostolis acceperunt. *Ireneus.*

Hieron. Amos 9. insinuat Henoc, & Eliam translatos esse in locum aliquem cælestem omni loco terræ superiorem. *Hieron.*

Ambrosius lib. de Paradiso c. 3. de Henoc ait. Raptum esse ad cælum. *Ambrof.*

Dorotheus in synopsi sic de Elia scribit, Primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad Cælos submostrauit, primus ex hominibus *Dorotꝭ.*

vnam Angelorum, & hominum viam ostendit, qui terræ fuerat sortitus domicilium, cælum quoq; subito penetrauit.

Quæstio Septima, vtrum Elias, & Henoc venturi sint tempore Antichristi, & quidnam acturi, vel passuri sint.

Suarez. RESpondetur primo, Eliam, & Henoc futuros esse præcursores secundi aduentus Christi; hæc assertio ait Suarez to. 2.3.p.disp. 35. sect.2.aut est de fide, aut fidei valde proxima. Nam Apoc. c. 11.dicitur venturos esse duos diuinos testes saccis amictos, qui prophetabunt diebus mille ducetis sexaginta tempore Antichristi: est autem euidens ex contextu per duos illos viros non significari generatim, quouis Sanctos, aut prædicatores Christi, sed in sigulari duos determinatos homines eximiæ, cuiusdam sanctitatis, & virtutis, nam de eis dicitur, ij sunt duo oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stante: & additur habituros facultatem ad facienda eximia signa, & miracula, ac tandem esse occidendos, & corpora eorum in plateis Hierusalem per tres dies cum dimidio insepulta permansura, & de eorum morte impijs hominibus gaudendum esse. Quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt nos. Quod vero hi duo viri futuri sint Elias, & Henoc, à Ioanne non declaratur apertè: tamen consideratis circumstantijs earum personarum,

narum quas ibi describit, & quæ in alijs locis de Elia, & Henoc scripta sunt, ferè cõmuni cõsensu omnium expositorum, immo totius Ecclesiæ, creditum est illos duos non esse alios, nisi Henoc, & Eliam, neque in alium finem trãslatos esse, & in mortali vita conseruari, nisi vt in fine mundi Antichristo resistant, Christoq; testimonium præbeant. Ita docent Beda, Anselmus, D. Th. August. Ambrosius, Victorinus martyr, & Gregor. homilia 12. in Ezechielem. *Beda.* *Anselm.* D. Tho. *August.* *Ambros.* *S. Vict.* *Gregor.*

Fundamentum in scriptura quoad Eliam est illud Malachiæ c. 4. Ecce ego mictam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemare, quoad Henoc patet ex Ecclesiast. 44. Henoc translatus est, vt det gentibus pænitentiam.

Sed dices dicit Matth. c. 17. Elias iam venit, ergo non est amplius venturus.

Respondetur primo, Christum loquutum esse metaphoricè, de Io. Baptista propter spiritus, & ministerij similitudinem, & ita interpetrantur Patres omnes hunc locum diuinæ Scripturæ, vt Origin. tract. 3. in Matth. Hilar. can. 17. Chrysost. 58. in Matth. & ibidem Hieron. Beda, Anselmus, Theophil. & Euthy. *Origin.* *Hilarius* *Chrysost.* *Hieron.* *Beda.* *Anselm.* *Theoph.* *Euthy.*

Respondetur secundo, Henoc, & Eliam mille ducentis sexaginta diebus prædicaturos esse Christi fidem non solum verbo, sed etiam pænitentia, nempè asperitate, paupertate, & humilitate, vt colligitur ex Scriptura, induti saccis, & præterea esse etiam confirmaturos fidem Christi medijs illustrissimis miraculis, vt ait

Vegha. Vegha in Apoc. c. 11. & citat verba Ioan.

Hi potestatem habent claudendi Cælum ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescumq; voluerint, & si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore ipsorum, & deuorabit inimicos eorum.

Quod verò Henoc, & Elias sint venturi tempore Antichristi ad prædicandum, colligitur clarè ex Apoc. c. 11. & prophetabunt, idest

Vegha. *Suarez.* prædicabunt exponit Vegha in Apoc. & Suarez l. cit. diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

Veresimile autem est, eos venturos, postquã Antichristus iam rerum omnium potitus fue-

August. *Anselm.* rit, vt significat August. lib. 1. q. Euangel. q. 21. & clarius docet Anselmus in elucidario, quia hi sanctissimi Viri venient, vt Antichristo resistant, ergo tunc venient quando persequutio Antichristi apertior erit, & potentior.

Paulo post mortem eorum præcursorum peribit Antichristus, & cessabit persequutio eius.

Sed petes primo, quis interficiet Henoch, & Eliam.

RESpondetur ab Antichristo interfici Henoc, & Eliam, vt colligitur ex Apoc. c. 11.

Petes secundo, an in principio prædicationis Henoc, & Eliæ interficientur ab Antichristo.

RESpondetur quamuis Antichristus à principio capitali eos odio prosequatur, non tamen machinaturum illis necem, quia propter eorum virtutem, & potentiam nullus præualebit contra illos, vt patet ex Apoc.11.& si quis voluerit eis lædere, sic oportet eum occidi, & Ecclesiast.48. surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat, verbo Domini continuit Cælum, & deijecit à se ignem terræ.

Quod intelligi potest, quod etiam tunc faciet descendere ignem de Cælo, quo se à suis hostibus tueatur.

Postea vero, cum tempus præfinitum à Deo aduenerit, cessabunt ea signa stupenda facere, atq; ita interficientur.

Corpora eorum in publico inhumata relinquentur per dies tres cum dimidio ex odio inimicorum Christi, vt colligitur ex Apoc.c.11.

Post tres dies,& dimidium esse resurecturos Henoc, & Eliam, vt dicitur ex Apoc.c.11.

TRACTATVS DE HENOC, ET ELIA.

Quæstio Prima, vtrum Elias, & Henoc nunc viuant.

RESpondetur de fide esse Henoch, & Eliam adhuc viuere anima,& corpore,vt patet ex varijs locis diuinæ Scripturæ.

De Henoc dicit sapiens Ecclesiast. 44. Henoc placuit Deo,& translatus est in Paradisum, vt det gentibus pænitentiam,& Paul. ad Heb. 11. apertius dicit Henoc translatus est, ne videret mortem.

De Elia dicitur 4. Reg. 2. Deum transtulisse Eliam per turbinem in Cælum, & Ecclesiast. 47. dicitur, Receptus, & tectus in turbine, & inscriptus in iudicijs temporum, lenire iracundiam Domini, cõciliare cor Patris ad Filium, & restituere Tribus Iacob.

Præterea ex traditione Sanctorum sic habetur; primo ait August. lib. 1. de peccator. meritis c. 3. Neq; Henoc, & Elias per tam longam ætatem marcuerunt.

August.

Idem affirmant Ambrosius lib. 4. de fide cap. 1. Gregor. lib. 9. moral. c. 4. & lib. 21. c. 36. Cyrill.

Ambrof. Gregor. Cyrill.


rilli de montibus Sina, & Sion, Tertull. lib. de anima c. 35. & 50. Chrysost. homil. 22. in epist. ab Hæbr. & homilia 21. in Genesim, & alij. *Tertull.* *Chrysost.*

Quæstio Secunda, an Henoc, & Elias viuant corporibus gloriosis.

RESpondetur Henoc, & Eliam non dum viuere corporibus gloriosis, sed solum frui cognitione abstractiua Dei, ac eius amore, vt colligitur ex Augustin. lib. 1. de peccat. merit. c. 3. dicente, nec tamen credo eos, tam in illam spiritualem qualitatem corporis commutatos, qualis in resurectione promittitur, quæ in Domino prima præcessit. *August.*

Præterea Elias, & Henoc aliquãdo sunt morituri, vt infra videbimus, ergo non est verisimile, nunc esse translatos ad possidendam gloriam, & immortalitatem corporis; quia huiusmodi status est perpetuus, & cui semel datur, numquam aufertur.

Idem affirmat Instinus Martyr q. 85. Procopius Gaza in Genes. & August. Eugub. in recognitionibus veteris testamenti, & Catharin. de consumata gloria affimant Henoc, & Eliam videre Diuinam essentiam; sed hoc non videtur esse probabile, vt probatum est. *Iustinus.* *Procop.* *August.* *Chatar.*



Quæ-

Quæstio Tertia, an Henoch, & Elias sint in statu merendi.

Suarez. Respondet Suarez tom. 2. 3. p. disput. 55. sect. 1. probabilius esse hos viros tantum fuisse in statu merendi, & potuisse in gratia crescere, vsque ad illud tempus, in quo translati sunt, & ad eundem statum merendi redituros, quando iterum venient ad præparandum secundum Christi aduentum; quia tunc eodem modo erunt viatores sicut antea, vereq; Martyres, & fructum, ac aureolam martyrij consequentur: hoc autem intermedio tempore verisimilius est, non mereri.

Probatur ab inconuenienti, quia in tam longo tempore infinita haberent quasi merita, & omnes Sanctos, ac ipsam etiam Beatam Virginem cumulo meritorum possent antecellere.

Quæstio Quarta, an Henoc, & Elias sint in gratia confirmati.

Suarez. Respondetur ex Suarez loc. cit. esse in gratia confirmatos Henoc, & Eliam, quia cum sint iusti, & mereri non possint nulla ratione expedit, vt possint demereri.

Hinc

Primo, sequitur eos minimè pati inordinatos fomitis motus, nec illam corruptionem corporis, vt docuit Bernar. serm. 6. de Ascens. Dñi. Bernard.

Neque

Neq;enim corpora,quæ corrumpuntur, illas aggrauant animas: aut terrena inhabitatio sensus eorum tamquam multa cogitantes deprimit,qui cum Deo ambulasse noscuntur,factum est impedimentum omne de medio: occasio vniuersa sublata, materies nulla relicta est,quæ eorum affectum aggrauet, vel deprimat intellectum. Nam, & priorem, idest Henoc, ob hoc raptum scriptura commemorat, ne forte vincat malitia sapientiam, & intellectus eius, vel anima vltra decipi valeat, aut mutari.

Secundo,sequitur Henoc,& Eliam maximis Dei consolationibus, ac frequentibus reuelationibus gaudere, de ijs saltem rebus, quæ eorum statui consentaneæ sunt; ita docet Suarez loc. cit. *Suarez.*

Quæstio Quinta, an Henoc, & Elias indigeant cibis corporalibus.

RESpondetur verisimilius esse Eliam, & Henoc non indigere cibis corporalibus, sed absq; vlla corporis mutatione,vel alteratione à Deo conseruari. Hæc assertio non est tam certa, cum non sit reuelata, & quia Deus varijs modis potest homines in corpore mortali viuos diuturno tempore conseruari. Vnde August.lib. de peccatorum meritis c. 3.sic inquit. *August.*

Nisi quia ista fortasse,neq; ijs cibis egent,qui sui consumptione reficiant: sed ex quo translati sunt, ita viuunt, vt similem habeant satietatem

tem illis quadraginta diebus, quibus Elias ex calice aquæ: & ex collyride panis sine cibo vixit; aut si etiam ijs substentaculis opus est, ita fortasse in Paradiso pascuntur, sicut Adam priusquam propter peccatū inde exire meruisset, habebat enim, quantum existimo, & de lignorum fructibus refectionem, contra defectionem, & de ligno vitæ stabilitatem, contra vetustatem,

Sed

Hieron. Hyeronim. in epistola ad Pammachum sensit Henoc, & Eliam non indigere cibo corporali, sed pasci solo cibo spirituali.

Quæstio Sexta, in quem locum Elias, & Henoc translati sunt.

Chrysost. Theoph. Oecumen. August. Cyprian. RESpondent Chrysost. homil. 21. in Genes. & homil. 22. ad Hæbreos, & ibi Theoph. & Oecumen. & August. lib. 1. de peccat. origin. c. 2. & 3. & Cyprian. lib. de montibus Sina, & Sion esse incertum in quem locum sunt translati Henoc, & Elias, nam licet Ecclesiast. 44. dicatur Henoc translatus est in Paradisum; tamen vox illa in Paradisum plures habet significationes, nec certò significat locum in quo conditus est Adam, sed significat locum amenum, & spaciosum, ac iucundum, vt omnes interpetres docent in principio c. 2. Genes. & patet ex illo Cant. 4. Emissiones tuæ Paradisus.

Rupert. Rupertus lib. 3. de Trinit. & operibus eius c. 33. di-

33. disertè dicit numquam scripturam significare Eliam, & Henoc translatos esse in illum Paradisum, vbi comedere possint de ligno vitæ: sed in secretam aliquam Regionem, vt Gregor. scribit. *Gregor.*

Præterea, quamuis in eo testimonio Ecclesiastico, nomine Paradisi intelligamus locum illum, in quo fuit creatus primus homo, & consequenter fateamur in eum locum translatum Henoc non inde fit, in eo nunc esse, neq; Eliam in eum translatum esse; quia multi probabiliter existimant, terrenum Paradisum aquis diluuij perijsse, vt copiosè disputat Pererius tom. 1. in Gen. lib. 3. disp. 1. q. 4. & lib. 7. q. vltim. & Genebrard. lib. 1. chronogra. affirmat; & idem sensit Iansenius in concord. Euang. c. 143. & Oleaster in 2. c. Genes. nimirum perijsse aquis diluuij Paradisum in quo fuit creatus Adam. *Pererius.* *Genebr.* *Oleaster.*

Ireneus lib. 5. cōtra heres. c. 5. dicit. Henoc, & Eliam fuisse translatos in Paradisum terrestrem, & id confirmat Ireneus ex traditione Præsbyterorum Asiæ, qui id ab Apostolis acceperunt. *Ireneus.*

Hieron. Amos 9. insinuat Henoc, & Eliam translatos esse in locum aliquem cælestem omni loco terræ superiorem. *Hieron.*

Ambrosius lib. de Paradiso c. 3. de Henoc ait. Raptum esse ad cælum. *Ambros.*

Dorotheus in synopsi sic de Elia scribit, Primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad Cælos submostrauit, primus ex hominibus *Doroth.*

vnam

vnam Angelorum, & hominum viam ostendit, qui terræ fuerat sortitus domicilium, cælum quoq; subito penetrauit.

Quæstio Septima, vtrum Elias, & Henoc venturi sint tempore Antichristi, & quidnam acturi, vel passuri sint.

RESpondetur primo, Eliam, & Henoc futuros esse præcursores secundi aduentus Christi; hæc assertio ait Suarez to. 2.3.p.disp. 35. sect.2.aut est de fide, aut fidei valde proxima. Nam Apoc. c. 11.dicitur venturos esse duos diuinos testes saccis amictos, qui prophetabunt diebus mille ducētis sexaginta tempore Antichristi: est autem euidens ex contextu per duos illos viros non significari generatim, quouis Sanctos, aut prædicatores Christi, sed in sigulari duos determinatos homines eximiæ, cuiusdam sanctitatis, & virtutis, nam de eis dicitur, ij sunt duo oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stante: & additur habituros facultatem ad facienda eximia signa, & miracula, ac tandem esse occidendos, & corpora eorum in plateis Hierusalem per tres dies cum dimidio insepulta permansura, & de eorum morte impijs hominibus gaudendum esse. Quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt nos. Quod vero hi duo viri futuri sint Elias, & Henoc, à Ioanne non declaratur apertè: tamen consideratis circumstantijs earum personarum,

Suarez.

narum quas ibi describit, & quæ in alijs locis de Elia, & Henoc scripta sunt, ferè cõmuni cõsensu omnium expositorum, immo totius Ecclesiæ, creditum est illos duos non esse alios, nisi Henoc, & Eliam, neque in alium finem trãslatos esse, & in mortali vita conseruari, nisi vt in fine mundi Antichristo resistant, Christoq; testimonium præbeant. Ita docent Beda, Anselmus, D. Th. August. Ambrosius, Victorinus martyr, & Gregor. homilia 12. in Ezechielem. *Beda. Anselm. D. Tho. August. Ambros. S. Vict. Gregor.*

Fundamentum in scriptura quoad Eliam est illud Malachiæ c. 4. Ecce ego mictam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemare, quoad Henoc patet ex Ecclesiast. 44. Henoc translatus est, vt det gentibus pænitentiam.

Sed dices dicit Matth. c. 17. Elias iam venit, ergo non est amplius venturus.

Respondetur primo, Christum loquutum esse metaphoricè, de Io. Baptista propter spiritus, & ministerij similitudinem, & ita interpetrantur Patres omnes hunc locum diuinæ Scripturæ, vt Origin. tract. 3. in Matth. Hilar. can. 17. Chrysost. 58. in Matth. & ibidem Hieron. Beda, Anselmus, Theophil. & Euthy. *Origin. Hilarius Chrysost. Hieron. Beda. Anselm. Theoph. Euthy.*

Respondetur secundo, Henoc, & Eliam mille ducentis sexaginta diebus prædicaturos esse Christi fidem non solum verbo, sed etiam pænitentia, nempè asperitate, paupertate, & humilitate, vt colligitur ex Scriptura, induti saccis, & præterea esse etiam confirmaturos fidem Christi medijs illustrissimis miraculis, vt ait

Vegha. Vegha in Apoc. c. 11. & citat verba Ioan.

Hi potestatem habent claudendi Cælum ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescumq; voluerint, & si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore ipsorum, & deuorabit inimicos eorum.

Quod verò Henoc, & Elias sint venturi tempore Antichristi ad prædicandum, colligitur clarè ex Apoc. c. 11. & prophetabunt, idest

Vegha. prædicabunt exponit Vegha in Apoc. & Sua-

Suarez. rez l. cit. diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

Veresimile autem est, eos venturos, postquā Antichristus iam rerum omnium potitus fue-

August. rit, vt significat August. lib. 1. q. Euangel. q.

Anselm. 21. & clarius docet Anselmus in elucidario, quia hi sanctissimi Viri venient, vt Antichristo resistant, ergo tunc venient quando persequutio Antichristi apertior erit, & potentior.

Paulo post mortem eorum præcursorum peribit Antichristus, & cessabit persequutio eius.

Sed

Sed petes primo, quis interficiet Henoch, & Eliam.

RESpondetur ab Antichristo interfici Henoc, & Eliam, vt colligitur ex Apoc. c. 11.

Petes secundo, an in principio prædicationis Henoc, & Eliæ interficientur ab Antichristo.

RESpondetur quamuis Antichristus à principio capitali eos odio prosequatur, non tamen machinaturum illis necem, quia propter eorum virtutem, & potentiam nullus præualebit contra illos, vt patet ex Apoc. 11. & si quis voluerit eis lædere, sic oportet eum occidi, & Ecclesiast. 48. surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat, verbo Domini continuit Cælum, & deijecit à se ignem terræ.

Quod intelligi potest, quod etiam tunc faciet descendere ignem de Cælo, quo se à suis hostibus tueatur.

Postea vero, cum tempus præfinitum à Deo aduenerit, cessabunt ea signa stupenda facere, atq; ita interficientur.

Corpora eorum in publico inhumata relinquentur per dies tres cum dimidio ex odio inimicorum Christi, vt colligitur ex Apoc. c. 11.

Post tres dies, & dimidium esse resurecturos Henoc, & Eliam, vt dicitur ex Apoc. c. 11.

Petes tertio, quomodo Henoc, & Elias venturi sint, an scilicet, visibiliter sint per aerem transferendi in curru igneo, vel in nube.

Suarez. RESpondetur ex Suarez tom. 2.3. p. disp. 55. sect. 2. hoc esse incertum.

Petes quarto, quomodo poterunt Henoc, & Elias tam breui tempore per vniuersum mundum prædicare.

Suarez. RESpondetur ex Suarez l.cit. non oportere vt vbiq; doceant, sed præcipua ea loca debet circumire, in quibus, vel Antichristus ipse, vel potentiores eius ministri versabantur.

Deinde nõ est credendum semper Henoc, & Eliam incessuros: sed veresimilius esse diuersas regiones peragraturos, donec diuino nutu in eũ locũ conueniant, vbi simul trucidandi sunt.

Denique credibile est non solum verbo, sed & scriptis consolaturos, & confirmaturos fidelium animos, quos etiam plurimũ eriget fama virtutis eorũ, & potentiæ aduersus Antichristũ

Addunt quoque alij habituros discipulos, quos per vniuersum orbem mictant. Post hoc tempus interficientur ab Antichristo, vt supra dictum est, & eorum corpora iacebunt in plateis Hierosolimitanæ Vrbis per tres dies, & dimidium, in conspectu omnium inhabitantium terram illam gaudentium de eorum nece, qui non patientur eorum corpora tumulari.

DE

DE FINE MVNDI

Post peractum Iudicium.

Quæstio Prima, an post peractum Iudicium hic mundus futurus sit sedes Beatorum.

Respōdetur primo, ex Suarez t.2.3.p. disp.58.sect.1.de fide esse propiam sedem, & locum Beatorum esse supremum Cælum, vt colligitur ex August. lib. 13.& 22. de Ciuit. & patet etiam ex Paul.1. ad Thess. 4. simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo, in aere, & sic semper cum Domino erimus, & hoc significauit Christus illis verbis, venite Benedicti Patris mei possidete Regnum; & Matth.24. dicitur sicut fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in occidentem: ita erit, & aduentus filij hominis, vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ. *Suarez.* *August.*

Respondetur secundo, ex eodem Suarez l. cit. hunc mundum etiam futuram esse sedem, ac domicilium Christi, & Beatorum, vt colligitur ex varijs locis diuinæ scripturę, & Primo Isai. c. 65. dicit, Ecce ego creo Cælos nouos, & terram nouam, & nō erunt in memoria prio- *Suarez.*

ra, & non ascendent super cor. Sed gaudebitis, & exultabitis in sempiternum in ijs, quæ ego creo, & c. 66. ait sicut Cæli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. Secundo, patet ex Apoc. 21. vidi Cælũ nouum, & terram nouam; primum enim Cælum, & prima terra abijt. Tertio ait Paul. 1. ad Cor. 3. omnia vestra sunt, vos autem Christi.

Quæstio Secunda, an hic mundus post peractum iudicium vniuersale sit renouandus scilicet post reditum Christi in Cælum.

Suarez. REspondetur affirmatiuè ex Suarez loc. cit. nempè hunc mundum esse renouandum post reditum Christi in Cælum, & tempore vltimi iudicij futuram esse singularem mundi renouationem, & quasi alteram recreationem, vt patet ex locis citatis sacræ Scripturæ. Isai. 55. Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam, & Apoc. 21. Vidi Cælum nouum, & terram nouam, primum enim Cælum, & prima terra abijt.

Sed petes Primo, cur mundus sit innouandus.

REspondetur quia mundus est propter homines, & prẹsertim propter electos, iuxta illud Pauli 1. ad Cor. 3. omnia vestra sunt, vos autem Christi: Cum ergo status electorum hominum adeo

adeò sit innouandus, ac perficiẽdus decet, vt totus hic mundus innouetur, ac perficietur modo consentaneo huiusmodi statui Sanctorum hominum, quia nunc mundus habet statum accomodatum generationibus, & corruptionibus: sed post iudicium cessabit perpetua successio generationum, & corruptionum: ergo oportet, vt status etiam mundi innouetur, & statum recipiat proportionatum immortali vitæ; & hoc est quod Paulus aiebat ad Rom. 8. expectatio creaturæ reuelationem Filiorum Dei expectat: vanitati enim (idest perpetuę mutationi, ac successioni) subiecta est non volens; sed propter eum, qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem Filiorum Dei: & ideo subdit idem Paulus, quod omnis creatura ingemiscit; & parturit.

Per hanc metaphoram explicat D. Paulus imperfectionem præsentis status totius mundi, sub quo dicitur ingemiscere creatura, & parturire expectando, & quasi appetendo perfectionem, atque innouationem suam.

Petes Secundo, an sit de fide quod mundus post reditum Christi in Cælum sit innouandus?

RESpondetur non esse certum, quod mundus peracto iudicio, & post reditum Christi in Cælum, est innouandus, nam aliqui Theologi,

 teste

Suarez. teste Suarez l. cit. dicunt fore hanc innouationem mundi ante iudicium.

Suarez. Sed Suarez l. cit. tenet, quod post reditum Christi in Cælum, ac peracto iudicio mundus Suarez. est innouandus,& probat Suarez ex D. Paul. 1. ad Cor. 15. dicente, deinde finis, cum tradiderit Regnum Deo, & Patri, cum euacuauerit omnem Principatum, & potestatem, & virtutem: oportet autem illum Regnare, donec ponat omnes inimicos eius sub pedibus eius; ex quibus verbis, ac vero eorum sensu hæc rerum series, & ordo colligitur.

Primum Christum esse regnaturum, regendo, & gubernando Ecclesiam, & Electos, & amicos congregando, hostes autem debellando, donec illos sibi perfectè subijciat, iuxta illud Psal. 109. sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum; & ad Hæbr. 10. dicitur, de cætero expectans, donec ponãtur inimici eius, scabellũ pedũ eius

Quod fit in toto progressu Ecclesiæ militantis, consumabitur autem in die iudicij, quando Christo flectetur omne genu, & tunc abolebit omnem Principatum, potestatem, ac virtutem.

Quæ verba de demonibus multi interpetrantur. Vnde ad Ephes. 6. dicit Paulus, nobis esse colluctationem aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, qui nunc sunt prorsus aboliti. Permittitur autem eis nonnulla potestas, vsq; ad diem iudicij, & tunc cessabit, & potestati Christi omnino

nino subijcientur, vt rectè exponit Chrysost. homil. 39. in prima ad Cor. quem Oecumenus, & Theophilatus sequuntur, & in eadem sententia est Theodoretus. *Chrysost. Oecumen. Theophil. Theodor.*

Postquam autem in die iudicij omnia in Christo fuerint subiecta, tunc in Cælum cum suis rediens, tradet Regnum Deo, & Patri, non se regno expolians, sed totum illud offerens, ne repræsentans Patri in illius honorem, & gloriam, ostendens ipsum esse, vt ait Ambrosius ex quo omnis Paternitas in cælo, & in terra nominatur, & perducens totum suum Regnum ad eum statum, in quo clara Patris visione fruatur. *Ambros.*

Deinde autem finis, id est consumatio, & omnimoda perfectio rerum omnium ad perfectionem mundi pertinentium, vt significauit Anselmus, seu cessatio temporis, & generationum omnium, ac corruptionum. *Anselm.*

Confirmatur ex auctoritate August. de Ciu. Dei lib. 20. c. 4. Peracto inquit, iudicio, tunc esse desinet hoc Cælum, & hæc terra, quando incipiet esse cælum nouum, & terra noua. *August.*

Quæstio Tertia, qualis futura sit hæc mundi renouatio.

Respondetur multos Auctores Catholicos existimare, hanc mundi innouationem futuram esse substatialem, vt ita dicam, itaut omnia simplicia corpora tàm cælestia, quàm ter-

terreſtria ſubſtantialiter eſſe annihilanda, vel ſaltem corrumpenda, & noua alia creanda, vel generanda alterius ſubſtantiæ, ac naturæ; ita Ambroſius Catherin. in comment. ſuper ad Hæbr. 1. & ſecundæ Petri 3. & Hieronym. magius lib. 2. de exuſtione mundi cap. 6. & 7. & Franciſcus Valleſius de ſacra philoſophia c. 89.

Ambroſ. *Hieron.* *Franc.* *Valleſius*

Alij dixerunt hanc immutationem futuram eſſe ſubſtantialem, non tamen in omnibus corporibus, ſed tantum in Elementis.

His non obſtantibus.

RESpondetur primo, per hanc mundi innouationem non eſſe aliquod ex elementis, vel corporibus Cæleſtibus omnino annihilandum, itaut neq; ipſius ſubſtantia maneat, neq; aliud ſimile. Quoad Cælum, & terram eſt de fide, ait Suarez tom. 2. 3. p. diſp. 58. ſect. 2. non eſſe annihilanda, vt colligi poteſt ex diuina ſcriptura; & primo, quoad terram ex Eccleſiaſt. 1. terra in æternum ſtat. Quoad Cælum ex Iob 7. Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.

Suarez.

Sed obijcies Iſaias c. 55. dicit, Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam, & Apoc. c. 21. Vidi Cælum nouum & terram nouam, primum enim cælum abijt, & prima terra abijt, ergo Cælum, & terra erunt annihilanda.

Suarez.

RESpondetur ex Suarez loc. cit. exponi poſſe ſupradictas auctoritates diuinæ Scripturæ

de

de hoc Cælo aëreo, quod immediatè terram tegit, vel exponi posse, esse cælum, & terram innouandum non secundum substantiam, sed secundum accidentalem dispositionem eorum, nam Cælum cessabit moueri, & perpetuo quiescet, quia tunc cessabit omnis necessitas illorum motuum, qui solum sunt in ministerium hominum, quamdiu generationibus, & corruptionibus subiecti sunt, quandoquidem iuxta veriorem doctrinam philosophiæ, Cælum ex peculiari, ac propia natura non magis postulat motum, quam quietem, sed in ordine ad naturam vniuersalem, seu generalem mundi gubernationem, illud dicitur esse illi magis naturale, quod iuxta totius vniuersi statum, magis consentaneum, magisq; accommodatum fuerit, vt docet D. Th. q. 6. de potentiā art. 5. in corpore, & ad 6. & ad 12. Terra verò etiam innouabitur secundum dispositionem accidentalem, vt explicat Anselmus in elucidario, & sic describit. Terra quæ in gremio suo Domini corpus confondit, tota erit, vt Paradisus, & quia Sanctorum sanguine est irrigata odoriferis floribus, rosis, violis immarcescibiliter erit perpetuò decorata. Ad quam sententiam accomodari possunt illa verba Psal. 103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

D. Thom.

Anselm.

Respondetur secundo, ex communi, ac probabiliori Theologorum sententia, permansura quatuor elementa, siue eiusdem formæ, & sub-

ſtantiæ, cuius nunc ſunt, ſiue alterius, quia in ſcriptura non legitur mundum eſſe annihilandum, ſed innouandum, & à ſeruitute corruptionis liberandum, vt patet ex Paul. ad Rom. 8. & idem Paul. ad Cor. 7. ait, Præterit figura huius mundi, non ſubſtantia, vt notarunt
Hieron. Hieronym. & Auguſt. nomine autem mundi,
Auguſt. vt dixit Tertullianus de velandis virginibus c.
Tertull. 4. Cælum, & quæ in eo ſunt ſydera, & aſtra, & terra, & freta, & omnis cenſus ſignificantur. Vnde Paul. ad Rom. 8. omnem creaturam dixit liberandam à ſeruitute corruptionis, vbi non de hominibus, ſed de inanimatis corporibus, quæ homini ſeruiunt apertè loquitur, ergo neceſſe eſt, vt per omnem creaturam intelligat ſaltem ſimplicia corpora ex quibus hic mundus conſtat eſſentialiter, & in eis quaſi in ſemine continentur cætera, de quibus etiam recte intelligi poteſt illud Eccleſiaſtes 3. cognoui quod omnia, quæ fecit Deus, ipſa erunt in æternum. Ergo iuxta modum loquendi Scripturæ, mundus hic perpetuò duraturus eſt.

De cæleſti corpore, & de terra omnes conſenſiunt. De aere vero probatur neceſſarium eſſe eum manere, quia non eſt futura inanis, & vacua tota hæc expanſio, quæ inter terram, & Cælum interiacet.

De igne, Scriptura non dicit ipſum eſſe corrumpendum, neque facile fingi poteſt, cur igne conflagrationis corrumpendus ſit, præſertim cum non ſint diuerſæ naturæ; & accedit philoſo-

losophica coniectura, quia ignis est perfectior reliquis Elementis, & quodammodo magis incorruptibilis, quia est magis actiuus, & nobiliorem, ac perfectiorem locum occupat, ergo si cætera perseueratura sunt, cur non ignis.

Quoad Elementum aquæ licet dicatur ex Apoc. c. 21. & mare iam non est, intelligitur non esse mare, quoad propias qualitates, & motum maris vt exponunt Anselmus D. Thom. & alij cit. à Suarez l.cit. *Anselm. D. Tho.*

Quoad Cælum Empyreum, neq; accidentaliter est innouandum cum iam sit sedes Beatorum, ergo non erit innouandus in fine mundi, vt recte probat Suarez l.cit. & generaliter probari potest ex illo Ecclesiast. cap. 3. omnia opera, quæ fecit Deus perseuerant in æternum; & quando scriptura loquitur, quod sit terra, vel cælum periturum non intelligitur periturum, quoad substantiam, sed innouaturum, quoad dispositiones accidentales secundum statum Beatorum, vt supradictum est. *Suarez.*

Sed dices denique dicit Scriptura Cęlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Respondetur transire non secundum substantiam, sed secundum qualitates, vt supradictum est, vel intelligi possunt dicta verba, idest prius illa deficient, nempè Cęlum, & terra, quam verba mea.

Quæ-

Quaestio Quarta, in quo consistat haec innouatio.

Antequam respondeam.

SCiendum est in hac innouatione, seu instauratione duo interuenire. Primum est ablatio sordium, quæ sunt præter naturam elementorum. Secundum est additio aliquarum rerum, vel qualitatum perficientium elementa; quoad primum docent Theologi in 4. dist. 47. & 48. ad hunc finem antecessuram purgationem inferioris mundi, quæ fiet per ignis conflagrationem nempè, vt hæ sordes, atq; immunditiæ tollantur ab elementis.

Theologi in primis hoc explicant mystica quadam ratione, quæ potius in significatione, quam in efficatia videtur consistere. Nam sicut templum quod peccatis aliquibus contaminatur, & violatur non est aptum, nec depositum ad res sacras peragendas donec cæremonijs externis purificetur, per quam purificationem, nulla res physica ab illo templo tollitur, sed exhibetur illud opus in signum reuerentiæ, & cuiusdam moralis mutationis, sic hunc mundum esse quodammodo hominum peccatis violatum: & ideo vt transferatur in nobiliorem statum gloriæ, & habitationi Beatorum accommodatum oportere, vt per ignem prius transeat, vt ab omni culpæ contagio mundari intelligatur.

Se-

Secundo Theologi hoc explicant physicè, nam quia in ea renouatione liberanda est creatura à seruitute corruptionis, ideo necesse est è medio tolli omnia generabilia, & corruptibilia; propter quorum conseruationem, generationem successio durat: hoc ergo in primis fiet per hanc ignis purgationem, & actionem. Deinde consequenter fiet, vt omnes substantiæ, vel affectiones extraneæ, quæ elementis, præsertim aquæ, & terræ admixtæ sunt, consumentur, & exhalentur. Vt v. g. aquæ maris adeò ferueſcent, vt salis affectionem, & nimiam densitatem amictant, & si quos habent fortasse admixtos vapores illos exhalent, fiet etiam tanta aquarum commotio, vt omnium piscium, vel aliarum rerum corpora in eis latentia expellantur, & igni tradantur. Atque ad hunc modum de terræ purgatione, & de alijs rebus iudicandum est. Omnia vero excrementa terræ, & quidquid materiæ superfluum fuerit partim ignis actione consumentur, partim impetu motus in infernum detrudentur.

His positis.

RESpondetur quoad secundam Partem, dico partem innouationis mundi, quæ est positiua per additionem alicuius perfectionis, addendam esse elementis omnibus eximiam quādam claritatem, & lucem, non æqualem, sed proportionatam. Ita docent Patres, & præsertim Chrysost. epstol. ad Theodo. Nam terra inquit D. Thom. dist.48. in 4.q. 2.art. 4. erit lucida, *Chrysost.* *D.Th.*

lucida, & peruia ſicut vitrum in ſuperficie, aqua, ſicut criſtallus, aer ſicut nunc eſt Cælum, ignis ſicut nunc ſunt luminaria Cæli.

Hæc concluſio colligitur ex diuerſis locis ſacræ Scripturæ. Et primo ex Iſai. c. 65. Ego creo Cælos nouos, & terram nouam, & c. 60. idem Iſai. dicit non occidet vltra ſol tuus: & luna tua vltra non minuetur, Secundo Apoc. 21. dicitur, platea Ciuitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum. Tertio ex eodem Iſai. dicitur c. 60. Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam.

Quæſtio Quinta, vtrum mixta remaneant completo Iudicio, & innouato mundo, puta plantæ, flores, piſces, aues, mineralia, &c.

D. Th. RESpondetur ex D. Thom. in 4. diſt. 48. art. 5. cum communi Theol. ſententia futura non eſſe animalia, plantas, mineralia, & alia mixta corpora in mundo poſt eius inſtaurationem, quia omnino ſunt corruptibilia, in illo autem ſtatu liberabitur creatura à ſeruitute corruptionis, & ideo ſolum manebunt ea corpora, quæ aliquem ordinem habent ad incorruptionem, vt ſunt corpora Cæleſtia, & elementa quæ licet ſecundum partes corrumpantur: tamen ſecundũ ſe tota ſunt incorruptibilia.

Anſel-

Anselmus vero in elucidario tenet mixta remanere post instaurationem mundi, vt patet ex suis verbis; terra, quæ in gremio suo Domini corpus confodit, tota erit, vt Paradisus, & qui à Sanctorum sanguine est irrigata odoriferis floribus, rosis, violis immarcescibiliter erit perpetuo decorata. *Anselm.*

Idem tenet Guglielmus Parisiensis relato à Cartusian. in 4. dist. 48. & quamuis dicat animalia, & vegetabilia, ac metalla esse comburenda, & non amplius futura, subdit vero de terra quidam ex sapientissimis Christianorum dixerunt, quod graminibus semper virentibus, & immarcescibilibus floribus, ac perpetua amenitate, instar Paradisi terrestris sit decoranda; ad quam sententiam accomodari possunt illa verba Psal. 103. Emitte spiritum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. *Gulielm. Parisien.*

Sed huic doctrinæ obstant verba Petri 2. Petri c. 3. vbi dicit, quod terra, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur; ac proinde non est recedendum à communi sententia Theologorum ex D. Th. l. cit. *D. Tho.*

Quæstio Sexta, vtrum finita mundi exustione omnia excrementa deferantur in infernum simul cum igne.

Respondetur affirmatiue ex D. Thom. in 4. dist. 47. q. 2. art. 3. q. 3. vbi dicit quod in purgatione mundi, quidquid erit turpe, & fœdum *D. Th.*

dum in infernum cum reprobis detrudetur, & citat Basil. in id Psal.28. vox Domini intercidentis flammam ignis; & est communis Theogorum sententia.

Basil.

Suarez.

Quo circa ait Suarez veresimile esse, illum hiatum terræ, qui ad deuorandos reprobos fiet, duraturum quousq; mundi purgatio absoluatur, postea vero quam omnia excrementa mundi per illum in infernum detrudentur, concludendum esse, & terram in suam integritatem esse restituendam.

Finita vero mundi purgatione quiescet Cælum, sole, & luna, & reliquis omnibus astris eo in situ, ac dispositione manentibus, quæ ad maiorem pulchritudinem totius vniuersi conferre videbitur; vt docēt Theologi in 4.dist.48

Quæstio Septima, quo ordine, & à quibus causis mundi purgatio, & innouatio perficienda sit.

Suarez.

Respondetur primo, ex Suarez tom. 2. 3.p. disp.58.sect. 3. veresimile esse post reditū Christi cum Sanctis in Cælum statim efficiendū esse, quod dixit Petrus 2.Petr.c.3. Cæli magno impetu transient, quia ille vehemens motus ad inchoandam mundi purgationem excitabitur; hæc autem purgatio incipiet finito iudicio, & quamuis neq; ex loco Petri, neq; alio sufficienti testimonio constet, an ille motus futurus sit in solo aere, vel etiam in corporibus Cælestibus,

bus, tamen veresimile esse, ait idem Suarez l. cit. ipsos etiam celestes orbes, qui nunc mouentur, esse in illo temporis puncto velocius agitandos, vt secum cælos etiam aereos rapiant, & ad vniuersi conflagrationem, tum motu, tum etiam influentia, & actione concurrant. *Suarez.*

Respondetur secundo, ex eodem Suarez l. cit. hanc commotionem consequi ex conflagratione ignis, vt colligitur ex verbis Petri 2. c. 3. elementa vero calore soluentur, terra autem, & quæ in ea sunt exurentur. *Suarez.*

Respondetur tertio, communem Theologorum sententiam esse hunc ignem medio quo purgandus est mundus, futurum esse eiusdem rationis cum elementari.

Respondetur quarto, ex D. Th. l. cit. à Suarez l. cit. supradictum ignem efficiendum esse à causis naturalibus, Diuino tamen Imperio supernaturaliter coniunctis ad illum ignem generandum in terra, vel in secũda aeris regione, Suarez verò tenet illũ ignem, qui antecessurus est iudicium generandum esse in secunda aeris regione Diuino Imperio ex vaporibus, & exarationibus, quæ, vel ibi erunt, vel ad hunc finé eo ascendent, vt coram Iudice ille ignis tamquam è cælo missus, descendat vsq; ad locum, in quo omnes reprobi iudicandi sunt, in quo loco quietus manebit, quamdiù iudicium durabit. Finito autem iudicio, & aperta terra, ac detrusis in infernum damnatis, ille ignis magno impetu commouebitur: vnde fiet vt velo- *D. Tho.* *Suarez.*

c: omnia inflammet, & vehementer exardesc ; Ad quod etiam adiuuabit vehemens motus Cælorum, & solis, ac aliorum astrorum influentiæ, & fortasse etiam concurrent Angeli applicantes illi igni materiam ad combustionem facilè dispositam.

Quæstio Octaua, quantæ magnitudinis futurus sit ignis.

RESpondetur ex Theologis quos citat Suarez l.cit.tantam futuram esse quantitatem illius ignis, vt vniuersum terræ, & aquæ corpus, vndiq; simul circundet, & ex omni parte ascendat super altissimos montes, saltem quantum aquæ diluuij ascenderunt ; & hoc fortasse sensu dixit Ephrem lib. de pænit. cap. 4. hunc ignem emanaturum ab ortu solis, vsq; ad occasum. Nam Christus à parte orientali descendet ; ignis qui ante illum veniet, meritò dici potest ab oriente manare, qui postea, vt totum inflammet, vsque ad occidentem deferetur, non tamen ibi sistet, sed per aliud hemispherium redibit vniuersam terram circumdans.

Ephrem.

Quæstio Nona, in quo situ manebunt Elementa post purificationem mundi peracto iudicio.

RESpondetur ex Suarez tom. 2. 3. p. disp. 58. sect. 3. de igne, & terra nulla est difficultas,

tas, quin futuri sint in suis locis supremo, & infimo, quia hoc est illis naturale, & nulla est ratio, vt immutetur.

Sed difficultas est, an tota superficies terræ aquis cooperienda sit, an vero pars aliqua futura sit discooperta, & immediate aeri contigua.

RE spondetur solutionem huius dubij dependere ex alia quæstione, quæ in materia de peccato originali propium habet locum, scilicet, an post resurrectionem infantes, qui in solo originali peccato decesserunt, habitaturi sint in aliquo loco subterraneo, vel in superficie terræ. Nam si primum dicatur non est necesse, vt pars terræ maneat discooperta aquis, cum hoc, neque ad vsum Beatorum, vel ad quempiam alium necessarium sit, & alius ordo sit magis naturalis: si vero dicatur posterius ad vsum illorum hominum, videri potest hoc necessariũ.

Quæstio Decima, vtrum Christus post mundi instaurationem perpetuo sit in Cælis regnaturus.

Ratio dubitandi.

SVmi potest ex verbis Psal. 90. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ, vbi per sessionem à dexteris Dei significatur

terreſtria ſubſtantialiter eſſe annihilanda, vel ſaltem corrumpenda, & noua alia creanda, vel generanda alterius ſubſtantiæ, ac naturæ; ita
Ambroſ. Ambroſius Catherin. in comment. ſuper ad
Hieron. Hæbr. 1. & ſecundæ Petri 3. & Hieronym. ma-
Franc. gius lib. 2. de exuſtione mundi cap. 6. & 7. &
Valleſius Franciſcus Valleſius de ſacra philoſophia c. 89.

Alij dixerunt hanc immutationem futuram eſſe ſubſtantialem, non tamen in omnibus corporibus, ſed tantum in Elementis.

His non obſtantibus.

RESpondetur primo, per hanc mundi innouationem non eſſe aliquod ex elementis, vel corporibus Cæleſtibus omnino annihilandum, itaut neq; ipſius ſubſtantia maneat, neq; aliud ſimile. Quoad Cælum, & terram eſt de fide, ait Suarez tom. 2. 3. p. diſp. 58. ſect. 2. non eſſe
Suarez. annihilanda, vt colligi poteſt ex diuina ſcriptura; & primo, quoad terram ex Eccleſiaſt. 1. terra in æternum ſtat. Quoad Cælum ex Iob 7. Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.

Sed obijcies Iſaias c. 55. dicit, Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam, & Apoc. c. 21. Vidi Cælum nouum & terram nouam, primum enim cælum abijt, & prima terra abijt, ergo Cælum, & terra erunt annihilanda.

Suarez. REſpondetur ex Suarez loc. cit. exponi poſſe ſupradictas auctoritates diuinæ Scripturæ de

de hoc Cælo aereo, quod immediatè terram tegit, vel exponi posse, esse cælum, & terram innouandum non secundum substantiam, sed secundum accidentalem dispositionem eorum, nam Cælum cessabit moueri, & perpetuo quiescet, quia tunc cessabit omnis necessitas illorum motuum, qui solum sunt in ministerium hominum, quamdiu generationibus, & corruptionibus subiecti sunt, quandoquidem iuxta veriorem doctrinam philosophiæ, Cælum ex peculiari, ac propia natura non magis postulat motum, quam quietem, sed in ordine ad naturam vniuersalem, seu generalem mundi gubernationem, illud dicitur esse illi magis naturale, quod iuxta totius vniuersi statum, magis consentaneum, magisq; accommodatum fuerit, vt docet D. Th. q.6. de potentiâ art.5. in corpore, & ad 6. & ad 12. Terra verò etiam innouabitur secundum dispositionem accidentalem, vt explicat Anselmus in elucidario, & sic describit. Terra quæ in gremio suo Domini corpus confondit, tota erit, vt Paradisus, & quia Sanctorum sanguine est irrigata odoriferis floribus, rosis, violis immarcescibiliter erit perpetuo decorata. Ad quam sententiam accomodari possunt illa verba Psal.103. Emicte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

D.Thom.

Anselm.

Respondetur secundo, ex communi, ac probabiliori Theologorum sententia, permansura quatuor elementa, siue eiusdem formæ, & sub-

stantiæ,

ſtantiæ, cuius nunc ſunt, ſiue alterius, quia in ſcriptura non legitur mundum eſſe annihilandum, ſed innouandum, & à ſeruitute corruptionis liberandum, vt patet ex Paul. ad Rom. 8. & idem Paul. ad Cor. 7. ait, Præterit figura huius mundi, non ſubſtantia, vt notarunt Hieronym. & Auguſt. nomine autem mundi, vt dixit Tertullianus de velandis virginibus c. 4. Cælum, & quæ in eo ſunt ſydera, & aſtra, & terra, & freta, & omnis cenſus ſignificantur. Vnde Paul. ad Rom. 8, omnem creaturam dixit liberandam à ſeruitute corruptionis, vbi non de hominibus, ſed de inanimatis corporibus, quæ homini ſeruiunt apertè loquitur, ergo neceſſe eſt, vt per omnem creaturam intelligat ſaltem ſimplicia corpora ex quibus hic mundus conſtat eſſentialiter, & in eis quaſi in ſemine continentur cætera, de quibus etiam rectè intelligi poteſt illud Eccleſiaſtes 3. cognoui quod omnia, quæ fecit Deus, ipſa erunt in æternum. Ergo iuxta modum loquendi Scripturæ, mundus hic perpetuò duraturus eſt.

Hieron. *Auguſt.* *Tertull.*

De cæleſti corpore, & de terra omnes conſenſiunt. De aere vero probatur neceſſarium eſſe eum manere, quia non eſt futura inanis, & vacua tota hæc expanſio, quæ inter terram, & Cælum interiacet.

De igne, Scriptura non dicit ipſum eſſe corrumpendum, neque facile fingi poteſt, cur igne conflagrationis corrumpendus ſit, præſertim, cum non ſint diuerſæ naturæ; & accedit philoſo-

losophica coniectura, quia ignis est perfectior reliquis Elementis, & quodammodo magis incorruptibilis, quia est magis actiuus, & nobiliorem, ac perfectiorem locum occupat, ergo si cætera perseueratura sunt, cur non ignis.

Quoad Elementum aquæ licet dicatur ex Apoc. c. 21. & mare iam non est, intelligitur non esse mare, quoad propias qualitates, & motum maris vt exponunt Anselmus D. Thom. & alij cit. à Suarez l. cit. *Anselm.* *D. Tho.*

Quoad Cælum Empyreum, neq; accidentaliter est innouandum cum iam sit sedes Beatorum, ergo non erit innouandus in fine mundi, vt recte probat Suarez l. cit. & generaliter probari potest ex illo Ecclesiast. cap. 3. omnia opera, quæ fecit Deus perseuerant in æternum; & quando scriptura loquitur, quod sit terra, vel cælum periturum non intelligitur periturum, quoad substantiam, sed innouaturum, quoad dispositiones accidentales secundum statum Beatorum, vt supradictum est. *Suarez.*

Sed dices denique dicit Scriptura Celum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Respondetur transire non secundum substantiam, sed secundum qualitates, vt supra dictum est, vel intelligi possunt dicta verba, idest prius illa deficient, nempè Celum, & terra, quam verba mea.

Quæ-

Quæstio Quarta, in quo consistat hæc innouatio.

Antequam respondeam.

SCiendum est in hac innouatione, seu instauratione duo interuenire. Primum est ablatio sordium, quæ sunt præter naturam elementorum. Secundum est additio aliquarum rerum, vel qualitatum perficientium elementa; quoad primum docent Theologi in 4. dist. 47. & 48. ad hunc finem anteceßuram purgationem inferioris mundi, quæ fiet per ignis conflagrationem nempè, vt hæ sordes, atq; immunditiæ tollantur ab elementis.

Theologi in primis hoc explicant mysticã, quadam ratione, quæ potius in significatione, quam in efficatia videtur consistere. Nam sicut templum quod peccatis aliquibus contaminatur, & violatur non est aptum, nec depositum ad res sacras peragendas donec cæremonijs externis purificetur, per quam purificationem, nulla res physica ab illo templo tollitur, sed exhibetur illud opus in signum reuerentiæ, & cuiusdam moralis mutationis, sic hunc mundum esse quodammodo hominum peccatis violatum: & ideo vt transferatur in nobiliorem statum gloriæ, & habitationi Beatorum accommodatum oportere, vt per ignem prius transeat, vt ab omni culpæ contagio mundari intelligatur.

Se-

Secundo Theologi hoc explicant physicè, nam quia in ea renouatione liberanda est creatura à seruitute corruptionis, ideo necesse est è medio tolli omnia generabilia, & corruptibilia; propter quorum conseruationem, generationem successio durat: hoc ergo in primis fiet per hanc ignis purgationem, & actionem. Deinde consequenter fiet, vt omnes substantiæ, vel affectiones extraneæ, quæ elementis, præsertim aquæ, & terræ admixtæ sunt, consumentur, & exhalentur. Vt v. g. aquæ maris adeò feruescent, vt salis affectionem, & nimiam densitatem amittant, & si quos habent fortasse admixtos vapores illos exhalent, fiet etiam tanta aquarum commotio, vt omnium piscium, vel aliarum rerum corpora in eis latentia expellantur, & igni tradantur. Atque ad hunc modum de terræ purgatione, & de alijs rebus iudicandum est. Omnia vero excrementa terræ, & quidquid materiæ superfluum fuerit partim ignis actione consumentur, partim impetu motus in infernum detrudentur.

His positis.

RESpondetur quoad secundam Partem, dico partem innouationis mundi, quæ est positiua per additionem alicuius perfectionis, addendam esse elementis omnibus eximiam quãdam claritatem, & lucem, non æqualem, sed proportionatam. Ita docent Patres, & præsertim Chrysost. epstol. ad Theodo. Nam terra inquit D. Thom. dist. 48. in 4. q. 2. art. 4. erit lucida, *Chrysost.* *D. Th.*

lucida, & peruia ſicut vitrum in ſuperficie, aqua, ſicut criſtallus, aer ſicut nunc eſt Cælum, ignis ſicut nunc ſunt luminaria Cæli.

Hæc concluſio colligitur ex diuerſis locis ſacræ Scripturæ. Et primo ex Iſai. c. 65. Ego creo Cælos nouos, & terram nouam, & c. 60. idem Iſai. dicit non occidet vltra ſol tuus: & luna tua vltra non minuetur. Secundo Apoc. 21. dicitur, platea Ciuitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum. Tertio ex eodem Iſai. dicitur c. 60. Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam.

Quæſtio Quinta, vtrum mixta remaneant completo Iudicio, & innouato mundo, puta plantæ, flores, piſces, aues, mineralia, &c.

D. Th. Reſpondetur ex D. Thom. in 4. diſt. 48. art. 5. cum communi Theol. ſententia futura non eſſe animalia, plantas, mineralia, & alia mixta corpora in mundo poſt eius inſtaurationem, quia omnino ſunt corruptibilia, in illo autem ſtatu liberabitur creatura à ſeruitute corruptionis, & ideo ſolum manebunt ea corpora, quæ aliquem ordinem habent ad incorruptionem, vt ſunt corpora Cæleſtia, & elementa quæ licet ſecundum partes corrumpantur: tamen ſecundũ ſe tota ſunt incorruptibilia.

Anſel-

Anselmus vero in elucidario tenet mixta remanere post instaurationem mundi, vt patet ex suis verbis; terra, quæ in gremio suo Domini corpus confodit, tota erit, vt Paradisus, & qui à Sanctorum sanguine est irrigata odoriferis floribus, rosis, violis immarcescibiliter erit perpetuo decorata. *Anselm.*

Idem tenet Guglielmus Parisiensis relato à Cartusian. in 4. dist. 48. & quamuis dicat animalia, & vegetabilia, ac metalla esse comburenda, & non amplius futura, subdit vero de terra quidam ex sapientissimis Christianorum dixerunt, quod graminibus semper virentibus, & immarcescibilibus floribus, ac perpetua amenitate, instar Paradisi terrestris sit decoranda; ad quam sententiam accommodari possunt illa verba Psal. 103. Emitte spiritum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. *Gulielm. Parisien.*

Sed huic doctrinæ obstant verba Petri 2. Petri c. 3. vbi dicit, quod terra, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur; ac proinde non est recedendum à communi sententia Theologorum ex D. Tho. l. cit. *D. Tho.*

Quæstio Sextà, vtrum finita mundi exustione omnia excrementa deferantur in infernum simul cum igne.

Respondetur affirmatiue ex D. Thom. in 4. dist. 47. q. 2. art. 3. q. 3. vbi dicit quod in purgatione mundi, quidquid erit turpe, & fœ- *D. Th.*

 dum

dum in infernum cum reprobis detrudetur, & citat Basil. in id Psal. 28. vox Domini intercidentis flammam ignis; & est communis Theogorum sententia.

Basil.

Suarez.

Quo circa ait Suarez veresimile esse, illum hiatum terræ, qui ad deuorandos reprobos fiet, duraturum quousq; mundi purgatio absoluatur, postea vero quam omnia excrementa mundi per illum in infernum detrudentur, concludendum esse, & terram in suam integritatem esse restituendam.

Finita vero mundi purgatione quiescet Cælum, sole, & luna, & reliquis omnibus astris eo in situ, ac dispositione manentibus, quæ ad maiorem pulchritudinem totius vniuersi conferre videbitur; vt docet Theologi in 4. dist. 48

Quæstio Septima, quo ordine, & à quibus causis mundi purgatio, & innouatio perficienda sit.

Suarez.

RESpondetur primo, ex Suarez tom. 2. 3. p. disp. 58. sect. 3. veresimile esse post reditũ Christi cum Sanctis in Cælum statim efficiendũ esse, quod dixit Petrus 2. Petr. c. 3. Cæli magno impetu transient, quia ille vehemens motus ad inchoandam mundi purgationem excitabitur; hæc autem purgatio incipiet finito iudicio, & quamuis neq; ex loco Petri, neq; alio sufficienti testimonio constet, an ille motus futurus sit in solo aere, vel etiam in corporibus Cælestibus,

bus, tamen veresimile esse, ait idem Suarez l. cit. ipsos etiam celestes orbes, qui nunc mouentur, esse in illo temporis puncto velocius agitandos, vt secum cælos etiam aereos rapiant, & ad vniuersi conflagrationem, tum motu, tum etiam influentia, & actione concurrant. *Suarez.*

Respondetur secundo, ex eodem Suarez l. cit. hanc commotionem consequi ex conflagratione ignis, vt colligitur ex verbis Petri 2. c. 3. elementa vero calore soluentur, terra autem, & quæ in ea sunt exurentur. *Suarez.*

Respondetur tertio, communem Theologorum sententiam esse hunc ignem medio quo purgandus est mundus, futurum esse eiusdem rationis cum elementari.

Respondetur quarto, ex D. Th. l. cit. à Suarez l. cit. supradictum ignem efficiendum esse à causis naturalibus, Diuino tamen Imperio supernaturaliter coniunctis ad illum ignem generandum in terra, vel in secũda aeris regione, Suarez verò tenet illũ ignem, qui antecessurus est iudicium generandum esse in secunda aeris regione Diuino Imperio ex vaporibus, & exarationibus, quæ, vel ibi erunt, vel ad hunc finé eo ascendent, vt coram Iudice ille ignis tamquam è cælo missus, descendat vsq; ad locum, in quo omnes reprobi iudicandi sunt, in quo loco quietus manebit, quamdiù iudicium durabit. Finito autem iudicio, & aperta terra, ac detrusis in infernum damnatis, ille ignis magno impetu commouebitur: vnde fiet vt velo- *D. Tho.* *Suarez.*

 cissimè

tas, quin futuri sint in suis locis supremo, & infimo, quia hoc est illis naturale, & nulla est ratio, vt immutetur.

Sed difficultas est, an tota superficies terræ aquis cooperienda sit, an vero pars aliqua futura sit discooperta, & immediate aeri contigua.

RESpondetur solutionem huius dubij dependere ex alia quæstione, quæ in materia de peccato originali propium habet locum, scilicet, an post resurrectionem infantes, qui in solo originali peccato decesserunt, habitaturi sint in aliquo loco subterraneo, vel in superficie terræ. Nam si primum dicatur non est necesse, vt pars terræ maneat discooperta aquis, cum hoc, neque ad vsum Beatorum, vel ad quempiam alium necessarium sit, & alius ordo sit magis naturalis: si vero dicatur posterius ad vsum illorum hominum, videri potest hoc necessariũ.

Quæstio Decima, vtrum Christus post mundi instaurationem perpetuo sit in Cælis regnaturus.

Ratio dubitandi.

SVmi potest ex verbis Psal. 90. Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ, vbi per sessionem à dexteris Dei significatur

thronus, ac regia poteſtas Chriſti Domini, hæc autem ſolum dicitur duratura, vſque ad illud tempus, in quo ponentur inimici Chriſti ſub pedibus eius, quod in die Iudicij complendum eſt, vt Paul. declarat 1. ad Cor. 15. tunc, & ipſe filius ſubiectus erit qui ſubijecit ſibi omnia, & infra ſubiungit Paulus, vt ſit Deus omnia in omnibus.

Reſpondetur Chriſtum poſt iudicium perpetuo in Cælis regnaturum, non ſolum ſecundum diuinitatem, ſed etiam ſecundum humanitatem, & eſt de fide, quia in varijs ſcripturæ locis expreſsè traditur. Primum patet Luc. 1. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & Regni eius non erit finis, & eſt ſermo de Chriſto Domino; Secundum patet ex Daniel 7. aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus Cæli quaſi filius hominis veniebat, & vſq; ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum, & omnes populi, & linguæ ipſi ſeruient, poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius, quod non corrumpetur.

Ad rationem dubitandi.

Reſpondetur ad auctoritatem Pſal. 90. illa verba intelligi de Aſcenſione Chriſti in Cælum, per quam aſſequutus eſt, vt ad dexteram Patris ſedeat: ſeſſurus autem eſt donec ponantur

ponantur inimici eius scabellum pedum eius, quia vsque ad illud tempus non iterum descendet de Cælo, & in hoc sensu concedere possumus illam particulam, donec includere negationem, non quidem negationis Regni, sed quietis, vt ita dicam, seu permansionis in Cælo, non rediturum in hunc mundum, donec subijciat sibi inimicos, tunc autem iterum venturum, scilicet in die Iudicij: vnde non fit eũ tunc amissurum Regnum, & potestatem, sed potius vniuersalius, atq; manifestius tunc dominaturum, ita Suarez tom. 2.3. p. disput. 58. sect. 4. *Suarez.*

Respondetur præterea ad locum Paul. tunc & ipse filius subiectus erit, hoc intelligi non secundum Diuinitatem, sed secundum humanitatem, vt Theologi docent; ita D. Tho. Anselm. Sedul. Ambrosius, & August. cit. à Suarez l. cit. *D.Th. Anselm. Sedul. Ambros. August. Suarez*

Sed difficultas est, quia subiectio Christi hominis ad Deum non fiet de nouo post resurrectionem, nunc enim, & semper ab initio incarnationis Christus est subiectus Patri: at vero Paulus aliquam nouam subiectionem significare videtur, quæ post Iudicij diem in Christo futura est respectu Patris.

RESpondetur Paulum affirmare etiam post diem Iudicij Christum futurum esse subiectum Patri, & non negare Christum ante diem

Iudicij esse subiectum Patri, vel dici potest Paulum specialiter tribuere illi statui subiectionem Christi ad Patrem, quia nunc videtur habere Christus specialem modum regendi, & gubernandi homines, & Angelos horum ministerio vtendo, ad illorum salutem perficiendam, & in illis gratiam, & varia dona influendo: tunc vero ab hoc opere, & regimine cessabit, & in hoc solum incumbet, vt seipsum, totumq; suum Regnum in Patrem referat, & tunc cessabunt omnia ministeria nouae illuminationis in Beatis accidentalia gaudia de conuersionibus peccatorum, & similia; sed erit quasi pura contemplatio diuina, eodem modo stabilis, ac perpetua, qua totus Christus, idest caput cum omnibus membris feretur in Deum, eiq; subijcietur, vt recte ait Suarez l. cit.

Suarez.



TRA-

TRACTATVS DE PRODVCTIONE Primorum Parentum.

Quæstio Prima, ex qua materia producti sint Primi Parentes.

RESpondetur primo, Adam fuit productus de limo terræ, vt patet primo ex Gen. 2. formauit Deus hominem de limo terræ; secundo ex Ecclesiast. 17. Deus creauit de terra hominem; tertio patet ex 1. ad Cor. 15. primus homo de terra terrenus; quarto Isa. 64. Pater noster es tu, & nos lutum; quinto Ierem. 18. sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea; sexto deniq; patet ex Paul. ad Rom. 21. an non habeat potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem aliud in contumeliam.

Respondetur secundo, Eua producta fuit de costa Adæ dormientis, vt patet ex Gen. 2. ædificauit Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem, & primo ad Cor. 1. dicitur non vir ex muliere, sed mulier, ex viro. Vnde D. August. lib. 9. sup. Genes. ait, fideliter credimus primam fœminam ex primo viro factam. *August.*

Sed

Sed dices primo, si Eua facta est ex costa Adæ: ergo vel Adam ante plures habuit costas, quam nos, vel, postea habuit pauciores: neutrum dici potest, quia vel fuisset prodigiosus, vel defectuosus.

Caiet. PRopter hoc argumentum putat Caiet. Euam non esse factam de costa Adæ, sed scripturam, cum id refert loqui metaphoricè, sed communis sensus Patrum dicit Euam fuisse factam ex costa Adæ.

Ad obiectionem.

REspondetur ex Catharino Adamum, nec plures habuisse costas ante, nec plures postea, quia Deus illi vnam abstulit, & alteram restituit. Hoc colligitur ex scriptura, quia Deus non solum costam, sed etiam carnem abstulit ab Adamo, ex qua Eua formaretur, vt patet ex c. 2. Gen. tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, ergo idem sentiendum est de costa, quod de carne: sed loco carnis restituit illi Deus aliam carnem, vt patet ex c. 2. Gen. ergo loco costæ, & aliam costam.

Dices secundo, corpus Euæ fuit multo maius, quam vna costa Adæ: ergo ex vna costa non potuit fieri.

D. Tho. REspondetur ex D. Thom. lib. 2. sent. q. 18. art. 1. ad 3. formationem Euæ ex costa, fuisse

fuiſſe factam, vel per nouæ materiæ creationem, vel per additionem exterioris, & tamen ex coſta formata dicitur mulier, quia illa materia, vel addita, vel de nouo creata, mediante materia coſtæ in formationem mulieris tranſiuit.

Dicit præterea D. Thom. loc. cit. quod Adam non ſenſerit dolorem in amotione coſtæ, quia Adam dormiebat, vt patet ex Geneſ. 2. immiſit Deus ſoporem in Adam: cumq; obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius. *D. Tho.*

Reſpondetur Tertio, conuenienter factum eſt quod mulier ex coſta, ſeu latere viri facta eſt, quia voluit Deus oſtendere, mulierem eſſe ſociam viri, non autem dominam, vel ancillam, non autem ex capite ne putet eſſe dominam; nec item ex pedibus ne ſe putet eſſe contemptam; ita D. Auguſt. lib. 9. ſup. Gen. c. 13. D. Thom. & alij; voluit denique Deus formando Euam ex coſta viri ſignificare mulierem debere eſſe ſub tutela, & protectione viri, ſicut coſta ſub brachijs protegitur. *Auguſt.* *D. Tho.*

Reſpondetur quarto, conuenienter etiam factum eſt, quod Eua formata ſit de latere Adæ dormientis, non vigilantis. Primo vt Adam non ſentiret dolorem ex detractione coſtæ. Secundo, vt oſtenderetur Dei mirabilis potentia, qui tam ſuauiter dormientis latus aperuit, vt ne quidem ſomno excitaretur. Tertio, vt ſignificaretur myſterium Eccleſiæ, quæ formata eſt ex latere Chriſti Ieſu in Cruce dormientis.

Nam

Nam ſicut de latere, dormientis Adæ ſumpta eſt coſta, qua formata eſt Eua, ita è latere Chriſti Domini fluxerunt Sacramenta, quibus condita eſt Eccleſia. Vnde Gloſſa ſic ait. Dormit Adam, vt fiat Eua; moritur Chriſtus, vt fiat Eccleſia; Dormiente Adam, fit Eua de latere. Mortuo Chriſto, lancea percutitur latus, vt profluãt ſacramenta, quibus formatur Eccleſia:

Gloſa.

Sed petes, an ille ſopor Adæ, fuerit verus ſomnus, an extaſis.

Antequam reſpondeam.

SVppono eſſe magnum diſcrimen inter ſomnum, & extaſim, quia in ſomno ligantur ſenſus, & impediuntur actiones mentis vrgente actione nutritiua. In extaſi autem impediuntur actiones ſenſitiuæ, & vegetatiuæ, vt patet ex Paul. 2. ad Cor. 12. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptum huiuſmodi, vſq; ad tertium Cælum.

His poſitis.

REſpondetur ſoporem Adæ fuiſſe verum ſomnum. Primo, quia interpetres ita communiter ſentiunt. Secundo, quia Moyſes dixit clarè ex Geneſ. 2. immiſit Deus ſoporem in Adam, cumq; obdormiſſet.

Negari tamen non poteſt, quin illi ſomno Adæ interuenerit extaſis, itaut non ſolum ſoluta, & libera fuit mens eius ad naturalem

vſum

vſum rationis, ſed etiam diuinitus fuerit illuſtrata, & prophetico ſpiritu intellexerit, mulierem ex ſuo latere formari, & ſimul perſpexerit, quid myſterij lateret in iſto facto, nam experrectus dixit; hoc nunc os ex oſſibus meis &c. quibus verbis ſignificatum fuiſſe magnum myſterium coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, vt docet Paul. ad Epheſ. 5.

Hinc.

D. Hieronym. ibi dicit Adamum fuiſſe primum vatem, qui de Chriſto prophetauit; idem dicit D. Auguſt. lib. 9. in Geneſ. c. 111. Epiphan. hæreſ. 48. Tert. lib. de anima c. 11. & 21. Leo Papa epiſt. 22. & Bern. ſerm. 6. in vigil. natiuit. Domini.

Auguſt. *Epiphan.* *Tertull.* *Leo Pap.* *Bernard.*

Quæſtio Secunda, quænam fuerit forma primorum parentum.

REſpondetur formam primorum parentum ſicut & aliorum hominum eſſe animam rationalem, quam Moyſes vocat ſpiraculum vitæ, quia ſcilicet anima viuificat hominem; & in hoc inter Theologos non eſt controuerſia.

Quæſtio Tertia, an anima Adami producta fuerit extra corpus.

REſpondetur ex D. Thoma p. p. q. 90. art. 4. animam Adami, & alias animas fuiſſe productam non ante corpus, vt putauit Origines, *Origin.*

nes, sed simul cum corpore fuisse productam, quia actus propius fit in potentia propia. Cum ergo anima sit propius actus corporis, anima producta est in corpore.

Quæstio Quarta, an anima Adami sit producta ex nihilo.

Respondetur ex communi Theologorum sententia animã Adami fuisse productam ex nihilo, & non ex substantia Dei, vt putauerunt Manicheus Gnost. & Priscil. Idem dicitur de animabus aliorum hominum nempè creari à Deo, & ab eodem Deo corporibus infundi; non autem cum semine per naturalem generationem traducuntur, quia anima rationalis est immortalis, & incorruptibilis, vt docet fides Catholica: ergo non educitur ex potentia materiæ, sed creatur à Deo; quia post separationem à corpore, est independens à corpore; ergo recipit esse per actionem independentem à corpore: ergo recipit esse per creationem, non autem per naturalem generationem.

Manich. Gnosticus Priscillus

Quæstio Quinta, vtrum anima rationalis sit à Deo mediantibus Angelis.

Respondetur ex D. Thom. in 2. dist. 18. art. 2. animam rationalem esse immediatè productam à Deo, & non mediantibus Angelis, vt dicitur ex 1. Gen. quod inspirauit Deus in

D. Tho.

faciem

faciem eius ſpiraculum vitæ, hæc autem eſt anima rationalis, qua homo viuit, ergo immediatè fit à Deo, & non mediantibus Angelis.

Confirmatur ratione anima rationalis non educitur è potentia materiæ, ſed creatur, ſolus autem Deus creare poteſt; quia ſolius primi agentis eſt agere nullo præſuppoſito: cum ſemper agens ſecundum præſupponat aliquid à primo agente. Quod autem agit aliquid ex aliquo præſuppoſito, agit transmutando, & ideo nullum aliud agens agit, niſi traſmutando: ſed ſolus Deus agit creando: & quia anima rationalis non producitur per transmutationem alicuius materiæ, ideo non poteſt produci, niſi à ſolo Deo immediatè.

Quæſtio Sexta, vtrum mulier fuerit immediatè à Deo formata.

Reſpondetur ex D.Thom.1.p.q. 93, art. 4. cit. Auguſt. ſolum Deum qui eſt naturæ inſtitutor, poteſt præter ordinem naturæ res in eſſe producere, & ideo ſolus Deus potuit, vel virum de limo terræ, vel mulierem de coſta viri formare. *D.Th. Auguſt.*

Quæſtio Septima, quo loco producti ſint primi parentes.

Reſpondetur primo, Adam productum eſſe extra Paradiſum, ita D. Ambroſ. lib. de *Ambroſ.*

Para-

Paradiso c. 4. Rupert.lib.1.ad Gen. & alij, & colligitur ex illo Gen.2. tulit Deus hominem, & posuit eum in Paradisum voluptatis, Genes. 3. Emisit Deus eum de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est.

Rupert.

Ratio esse potest, quia Paradisus erat locus seruiens incorruptioni: at incorruptio non conuenit homini naturaliter, sed ex supernaturali dono, voluit ergo Deus producere hominem extra Paradisum, & postea ponere in Paradiso, vt sciret homo, incorruptionem illam non esse ex natura, sed ex gratia.

Respondetur secundo, ex communi traditione, cùm nihil habeamus ex scriptura, Adamum fuisse productum in Campo Damasceno, vbi est terra rubra, & inde ad Paradisum ab Angelo translatum esse, sicut Abacuc in Babylonem, Et Henoc in Paradisum ab Angelo translati sunt: alij volunt, non raptum, aut translatum, sed ductum ab Angelo, sicut Tobias ductus est.

Respondetur tertio, Euam productam esse in Paradiso, vt pleriq; volunt, & colligitur ex scriptura, quia post narratam translationem Adam in Paradisum, subijuncitur productio Euæ de latere.

Quæstio Octaua, quo die producti sunt primi Parentes.

Respondetur certum esse, Adamum productum esse sexto die. De Eua aliqui putant pro-

ductam esse post sextum diem; ita Origin. Chrysost. & Eucherius in c. primum Genes. sed alij rectius docent, sexto die etiam creatam esse. Primo, quia Moyses cum narrat opus sexti diei, sic ait masculum, & fœminam creauit eos. Secundo, quia in eodem capitulo benedixit Deus Adamo, & Euæ, & dedit illis dominium aliarum rerum, & postea subijuncitur factum est vespere, & mane. *Origin. Chrysost. Eucher.*

Quæstio Nona, de naturali scientia Adami, scilicet an Adam fuerit plenus omni scientia humana.

REspondetur ex D. Thom. p. p. q. 94. art. 3. Adamum habuisse scientiam omnium rerum, in quibus natus est instrui; ratio est, quia primus homo institutus est in statu perfecto, quantum ad corpus, vt posset statim generare, & quantum ad animam, vt statim posset alios instruere, & gubernare; non potest autem aliquis instruere, nisi habeat scientiam ergo &c. *D. Tho.*

Ad gubernationem autem vitæ propiæ, & aliorum nõ solum requiritur cognitio eorum, quæ naturaliter sciri possunt, sed etiam cognitio eorum, quæ naturalem cognitionem excedunt: eo quod vita hominis ordinatur ad quẽdam finem supernaturalem. Vnde, & de his supernaturalibus tantam cognitionem primus homo accepit, quanta erat necessaria ad gubernationem vitæ humanæ secundum statum illũ.

Alia verò, quæ, nec naturali hominis ſtudio cognoſci poſſunt, nec ſunt neceſſaria ad gubernationem vitæ humanæ, Adam non cognouit: ſicut ſunt cogitationes hominum, futura contingentia, & quædam ſingularia; puta quod lapilli iaceant in flumine, & alia huiuſmodi,
D. Tho. ita D. Th. l. cit. & patet tum ex illo Eccleſiaſt. 17. diſciplina intellectus repleuit eos, tum etiã quia Adam impoſuit nomina animalibus, vt dicitur Geneſ. 2. appellauit Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia Cæli, & omnes beſtias terræ. Nomina autem debent naturis rerum congruere, ergo Adam ſciuit naturas omnium animalium, & par ratione habuit omnium aliorum ſcientiam, nempè per ſpecies à Deo infuſas; nec tamen ſcientia illa fuit alterius rationis à ſcientia noſtra; ſicut nec oculi quos cœlo nato Chriſtus dedit, fuerunt alterius rationis ab oculis quos natura
D. Tho. produxit; ita D. Thom. l. cit. ſed in reſp. ad 1.

Petes primo, an Adam in ſcientia naturalium ſcibilium profecerit.

D. Tho. Reſpondetur ex D. Th. 1. p. q. 94. art. 3. ad 3. Adam non profeciſſe in ſcientia quantum ad numerum ſcitorum, ſed quantum ad modum ſciendi, quia quæ ſciebat intellectualiter ſciuiſſe poſt modum per experimentum. Quantũ vero ad ſupernaturalia cognita profeciſſe, ét quãtũ ad numerũ ꝑ nouas reuelationes: ſicut,

&

& Angeli proficiunt per nouas illuminationes. Nec tamen est de profectu meriti, & scientiæ: quia vnus homo non est alteri principium merendi, sicut, & sciendi ita D. Th. l. cit. ad 3. *D. Tho.*

Sed obÿcies primo, Adam non imposuit nomina elementis, & stellis, ergo illorum naturas ignorauit.

RESpondetur hoc non sequi: quia neq; Christus, neque Angeli imposuerunt eis nomina, & tamen non ignorarunt.

Obÿcies secundo, Adamo, & Euæ aperti sunt oculi post comestionem pomi, vt patet ex Genes. 3. & aperti sunt oculi amborum: hoc autem non potest intelligi de oculis corporeis, quia illi iam antea aperti erant; ergo debet intelligi de oculis mentis: ergo quando oculi mentis aperti sunt, acceperunt nouam cognitionem, quam antea non habebant.

RESpondetur quod acceperunt nouam scientiam experimentalem, quia experiebantur in se rebellionem carnis, quam antea non erant experti, ita Beccan. in Theolog. cap. 1. q. 1. *Beccan.*

Obÿcies tertio, serpens promisit Euæ scientiam boni, & mali; ergo ante non habebant vllam scientiam.

RESpondetur quod serpens promisit illi talem scientiam boni, & mali, qualem Deus ha-

bet, vt patet ex verbis Genes. 3. & eritis sicut Dij scientes bonum, & malum.

Petes secundo, quæ articula fidei agnouit Adam in statu innocentiæ.

RESpondetur mihi probabile esse agnouisse Adamum illa articula, quæ saltem sunt necessaria necessitate medij ad hoc vt quis possit adipisci Beatitudinem supernaturalem, nempè quod Deus sit, quod sit trinus, & vnus &c.

Sed dices ait Paulus ad Rom. 10. fides ex auditu, sed Adam ex nemine audiuit ergo.

REspondetur quod locus D. Pauli non intelligitur respectu eorum, qui primò acceperunt fidem, sicut fuit Adam, & Eua, hi enim acceperunt fidem per internam locutionem Dei, sed intelligitur auctoritas D.Pauli respectu aliorum, qui non fuerint primi ad accipien-
Beccan. dam fidem, vt bene notat Beccan. l. cit. sed q.2.

Hinc.

COlligitur Adamum superasse omnes mortales in rerum cognitione, & scientia excepto Christo, quia data est illi scientia, vt esset magister, & gubernator omnium aliorum: ergo debuit alijs esse doctior.

Præterea status innocentiæ erat perfectior, quam status naturæ lapsæ, ergo scientia Adami

mi in ſtatu innocentiæ, fuit perfectior, quam noſtra in ſtatu naturæ lapſæ.

Petes tertio, in quo conſiſtat præexcellentia ſcientiæ Adæ.

RESpondetur in multis, primo in ipſo habitu, qui perfectiſſimè illi infuſus eſt à Deo cum ſpeciebus intelligibilibus. Secundo in actu, & exercitio, quia commodius vti poterat ſcientia, quam nos, cum nullam haberet inordinatam affectionem, aut impedimentum corporis, quale nos habemus, iuxta illud Sap. 9. corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Tertio, in amplitudine, quia ſciebat omnes res naturales, quæ ab homine cognoſci poſſunt, quod nobis conceſſum non eſt: quia, vel non viuimus tanto tempore, vt poſſimus acquirere ſcientiam omnium rerum naturalium, vel non applicamus animum ob alias occupationes. Quarto in modo ſciendi, quia ille ſciebat per propias cauſas; nos ſæpè per effectus tantum. Quinto in firmitate, quia ille non poterat amictere ſcientiam, quam nos ſæpe amictimus, vel propter longam ceſſationem ab exercitio, vel propter læſionem phantaſiæ per morbum, vel propter fallacem ratiocinationem, vel deceptionem, quæ in ſtatu innocentiæ locum non habebant.

Sed dices Salomon fuit ſapientior omnibus hominibus, vt patet ex lib. 3. Regum c. 3. vbi Salomon petijt à Domino ſapientiam pro gubernatione populi, his verbis, tot regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid Patre meo: Ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum, & introitum meum, & ſeruus tuus in medio eſt populi, quem elegiſti, populi infiniti qui numerari, & ſupputari non poteſt præ multitudine, dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum, quis enim poterit iudicare populum iſtum, populum tuum hunc multum? placuit ergo ſermo coram Domino, quod Salomon poſtulaſſet huiuſcemodi rē, & dixit Dominus Salomoni: quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium: ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, in tantum, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, ne poſt te reſurecturus ſit, ergo Adam non fuit ſapientior Salomone.

RESpondetur Salomon in tribus modis dici poteſt ſapientior alijs. Primo ſi conferatur cum illis, qui propio ſtudio, & labore ſcientiam acquiſierunt. Secundo ſi comparatur

tur cum Regibus, qui, vel ante, vel post illum fuerunt in Hierusalem, iuxta illud Ecclesiast. 1. præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Hierusalem. Tertio si sermo sit non quidem de scientia rerum naturalium, sed de prudentia regendi populum, quam speciatim à Deo petiuerat, & erat illi magis necessaria, quam scientia rerum naturalium, ergo secundū hoc Salomon fuit sapientior alijs; ita Beccanus l. cit. sed q. 1. *Beccan.*

Quæstio Decima, an primi parentes potuerint decipi.

RESpondetur negatiuè nempe primos parentes in statu innocentiæ non potuisse decipi, aut errare in ijs rebus, quæ naturaliter ab homine cognosci possunt, quia habebant perfectam scientiam omnium rerum à Deo infusam, ac proinde nec in mathematicis, nec in physicis, nec in methaphysicis potuissent decipi. Vnde ait August. lib. 3. de libero arbitrio c. 12. approbare vera pro falsis, non est natura instituti hominis, sed pæna damnati, & idem docet D. Th. p. p. q. 14. art. 4. *August.* *D. Tho.*

Confirmatur, quia decipi, vel errare nihil aliud est, quam falsum iudicium ferre de aliqua propositione, quod dupliciter fieri potest. Primo assentiendo propositioni falsæ. Secundo dissentiendo propositioni veræ, sed Adam non tulit iudicium falsum de aliqua propositione,

ergo non fuit deceptus.

Minor probatur, quia illa propositio, vel fuisset illi nota, vel dubia, & incerta, vel probabilis. Si nota non potuit errare, si ignota non tulisset iudicium de ea: si incerta,& dubia suspendisset assensum, si probabilis, iudicasset esse probabilem; nullo ergo modo potuisset decipi.

Sed obijcies Eua in statu innocentiæ fuit decepta à serpente, vt patet ex Genes. 3. serpens decepit me, & comedi,& 1. ad Timoth. 2. mulier seducta in præuaricatione fuit.

August. *D. Tho.* RESpondeo cum August. lib. 11. super Genes. c. 30. & D. Thom. p.p.q.94. art. 4. ad 1. Euam non fuisse deceptam in statu innocentiæ, sed in statu peccati, quia iam præcesserat peccatum superbiæ, idest internæ elationis, vt ait *D. Tho.* D. Th. l. cit. cum enim audiret se fore similem Deo, non statim credidit, sed voluntas prius deprauata, & ambitione corrupta est, quæ deinde traxit intellectum in errorem,& deceptionem, quod si voluntas mansisset recta, & coniuncta Deo, intellectus non potuisset errare.

Petes quanto tempore Adam vitam egit.

REspondetur Adam vixit centum triginta annis, vt patet ex Genes. c. 50.

DE

DE STATV INNOCENTIAE.

Quæstio Prima, vtrum primi Parentes fuerint creati in gratia.

RESpondetur primo tamquam indubitatum Adam habuisse gratiam ante peccatum, est cõmunis Theologorum sententia.

Probatur ex Trident. Sess. 5: vbi sic habet: si quis non confitetur primum hominem Adam, cum mandatum Domini in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat amisit, anathema sit. Ergò ante peccatum habuit gratiam.

Respondetur 2. ex D.Th. p. p. q. 95. art. 1. Adamum fuisse in gratia creatum, & consequẽter Euam, & clarè colligitur ex August. 22. de Ciuit. Dei, his verbis; quòd Deus simul erat in eis, condens naturam, & largiens gratiam. *D.Th. August.*

Patet etiam ex Ecclesiast. 7. Deus fecit hominem rectum, erat enim rectitudo secundum hoc quod ratio subdebatur Deo: rationi vero inferiores vires, & animæ corpus.

Prima autem subiectio erat causa, & secundæ, & tertiæ, quamdiù enim ratio manebat

August. Deo subiecta, inferiora ei subdebantur: vt August. dicit. manifestum est autem, quod illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem non erat naturalis: alioquin post peccatum mansisset, cum etiam in demonibus data naturalia permanserint, vt Dionys. Dionys. dixit c. 4. de diu. nom. vnde manifestum est, quod, & illa prima subiectio qua ratio Deo subdebatur, non erat solum secundum naturã, sed secundum supernaturale donum gratiæ. August. Non enim potest esse, quod effectus sit potior, quam causa. Vnde August. dicit 13. de Ciuit. Dei, quod posteaquã præcepti facta est transgressio, confestim gratia deserente diuina, de corporum suorum nuditate cõfusi sunt. Senserunt enim motum inobedientiæ carnis suæ tamquam reciprocam pænam inobedientiæ suæ.

Bonauen. Richard. Argent. Magister, Bonauentura, Richardus Argentina, & Gabriel cit. à Beccan. c. 39. in tract. de gratia, & iustit. primi Parens. dicunt primos Parentes non esse in gratia creatos, sed tamen habuisse gratiam ante peccatum.

Quæstio Secunda, an creati sint in iustitia originali primi Parentes.

Antequam respondeam.

SCiendum est, quod iustitia originalis secundum probabilem Theologorum sentẽtiam, distinguitur à gratia sanctificante, at aiũt

Scotus

Scotus, & Gabriel cit. à Beccano c.3.in tract. de gratia,& iustitia primorum Parentum q. 2. nam dicunt supradicti auctores, quod iustitia originalis includit tres distinctos habitus. Primus in voluntate, quo potens efficiebatur voluntas ad facilius comprimendos motus sensitiuos contra dictamen rectæ rationis, & ad facilius legi diuinæ obediendum,secundus habitus, ponitur in appetitu concupiscibili,ne exiret in actum contra rectam rationem, nimirum vt facilius comprimere potuisset actus appetitus concupiscibilis. *Scotus Gabriel*

Tertius deniq; habitus ponitur in irascibili, vt etiam potuisset facilius comprimere huiusmodi actus insurgentes contra rectam ratioñe, atque his tribus habitibus efficiebatur, vt in homine nulla esset rebellio, sed magna quies, & tranquillitas.

Caietanus 1.p.q.95.art.1. docet iustitiam originalem fuisse quandam gratiam gratis datam, & à gratia iustificante distinctam, nec illam includentem, sed potius supponendam, tamquam radicem, à qua emanabat, & quodãmodo dependebat. *Gaiet.*

Addit tamen iustitiam originalem in Eua mansisse post peccatum, nec prius amissam donec Adam peccasset, licet per peccatum statim gratiam iustificantem amiserit.

D. Th.1.p. q. 95.art. 1.videtur docere gratiam sanctificantem in primis Parentibus non distingui à iustitia originali, cum tribuat gra-

tiæ nempe compescere motus sensuales, ne exirent in actum contra rectam rationem; verum idem D.Th.1.2.q. 83. art. 2. ad 2. videtur distinguere gratiam à iustitia originali, ex eo, quod dicat subiectum iustitiæ originalis esse essentiam animæ, & esse donum diuinitus datum humanæ naturæ.

D. Tho.

His positis.

RE͂spondetur primo mihi probabile esse, iustitiam originalem non esse solam gratiam iustificantem, & ratio mihi est, quia iustitia originalis habebat tres effectus in Statu Innocentiæ, nempe subiectionem animæ ad Deum, partis inferioris ad superiorem; & corporis ad animam, & liberabat corpus à morte, vt ait Beccanus l.c. sed sola gratia nõ habet hos effectus, & est eiusdem speciei cum nostra, vt ait Molina p.p. in tract. de opere sex dierum disp. 27. immo cumulatior fuit in Apostolis, quam fuerit in primis Parentibus in Statu Innocentię ergo.

Beccanus

Molina

Minor probatur ex Paul. 2. ad Cor. 12. vbi dicit datum sibi esse stimulũ carnis, & se orasse Deum, vt ab eo liberaretur, neque tamen liberatum esse. Vnde sequitur Paulum habuisse gratiam, & nihilominus in se sensijsse rebellionem: ergo gratia ad hoc non sufficit, vt non sentiatur rebellio.

Confirmatur ex Trid. Sess. 5. in decreto de peccato originali §. 1. vbi sic habetur. Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum man-

mandatum Dei in Paradiso fuisset trāsgressus, statim sanctitatem, & iustitiam in qua constitutus fuerat, amisisse, incurisseque per offensā huiusmodi præuaricationis iram, & indignationem Dei, atque adeo mortem, quem antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem, sub eius potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est Diaboli, totumque Adæ per illam præuaricationis offensam secundum corpus, & animam in deterius commutatum fuisse, anathema sit, & ƒ.2. ait si quis præuaricationem sibi soli, & non eius propagini, asserit nocuisse, & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit sibi soli, & non nobis etiam illum perdidisse, &c. anathema sit.

Vnde colligo ex vtroque loco Trid. gratiam gratum facientem esse distinctam à iustitia originali, cum dicat Trid. gratiam, & iustitiam Adam suo peccato amisisse.

Respondetur secundo, primos parentes fuisse conditos in iustitia originali; ita docet Molina 1.p. in tract. de opere sex dierum disp. 28. & probari potest ex varijs locis diuinæ Scripturæ, & primo ex illo Ecclesiastico 17. Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & secundum se vestiuit illum virtute. Dedit illi potestatem eorum, quę sunt super terram, & posuit timorem illius super omnē carnem, & dominatus est bestiarū, & volatilium; & enumerata Euæ productione addit *Molina*

dit

dit, disciplina intellectus repleuit illos, creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor eorum. Secundo patet ex Ecclesiaste c. 7. virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni: subiungit, solummodo hoc inueni, quod fecerit Dominus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.

Quæstio Tertia, si Adam non peccasset, an eius filij nascerētur in gratia confirmati, vel in iustitia originali confirmati.

D.Tho. RESpondetur ex D.Th. in quæstionibus disputatis 9. de pœna peccati originalis q.5. art. 4. in Resp. ad 8. negatiuè, nempè quod si Adam non peccasset non ob id filij eius nascerentur in gratia confirmati, sed nascerentur in iustitia originali, vt ait D.Th. 1. p. q. 100. art. 1. sed non nascerentur confirmati in iustitia originali, vt ait idem D.Th. l. cit. sed art. 2. vnde peccare potuissent filij Adam, etiam si nūquam Adam nō peccasset. Anselmus in lib. cur Deus homo, & Greg. l. 4. moral. docent, quod si primus parens numquam peccassent filij eius, vel eius propago nascerentur in gratia confirmati.

D.Tho. D.Th. Anselm. Greg.

Quæstio Quarta, si filij Adam peccassent, eo non peccante, an morirentur.

D.Tho. RESpondetur ex D. Th. l. cit. quod si aliquis ex posteris Adam peccasset eo non peccante,

te, moriretur propter suum peccatum actuale, sicut Adam mortuus fuit, verum posteri eius morirentur propter peccatum originale. Sed multi Theologi graues teste Merolla de peccato originali dub. 10. dicunt peccatum originale non traducturum esse in posteros, quia nullus præter Adamum fuit constitutus à Deo caput aliorum in esse morali; & de ratione capitis est, vt eo stante, stent sua membra ergo, &c.

Quæstio Quinta, an primi Parentes, Adam, & Eua fuerint immortales in Statu Innocentiæ.

RESpondetur affirmatiuè nempè Adam, & Euam in Statu Innocantiæ fuisse immortales, ideſt ſi in Statu Innocentiæ perſeueraſſent, & ſine morte tranſijſſent in ſtatu viſionis beatificæ. Ita definitum eſt contra Pelagium in Concil. Mileuit. c. 1. his verbis.

Quicunq; dixerit Adam primũ hominẽ mortalẽ factũ, itaut ſiue peccaret, ſiue nõ peccaret moreretur in corpore nõ peccati merito, ſed neceſſitate naturæ, anathema ſit, idem docet Aug. lib. 9. de peccatorum meritis c. 1. & probatur ex illo Geneſ. 2. in quocumque die comederis ex eo morte morieris, & ad Rom. 8. dicit Paulus ſi Chriſtus in vobis eſt, Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, Spiritus verò viuit propter iuſtificationem. *Aug.*

Re-

Respondetur secundo immortalitas illa in Statu Innocentiæ non erat naturalis, sed supernaturalis, ita communiter affirmant Theologi, & D. August. lib. 6. in Genes. c. 25. Formalia verba dicit, mortalis erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris.

Aug.

Probatur Primo, quia naturalia manserunt integra post peccatum: at immortalitas non mansit. Secundo Corpus Adæ erat mixtum ex quatuor contrarijs elementis. Ergo natura sua erat corruptibilis. Tertio, quia indigebat cibo, & potu; ergo eo abstracto, natura sua defecisset.

Hinc

DVO Pontifices Pius Quintus, & Greg. 13 damnarunt nuper hunc articulum. Immortalitas primi hominis non erat gratiæ beneficium, sed naturalis eius conditio.

Quæstio Sexta, an lignum vitæ fuerat causa immortalitatis in Statu Innocentiæ.

Aug. RE spondetur primo ex communi Theologorum sententia, & præsertim ex August. lib. 14. de Ciuit. Dei c. 26. affirmatiuè nempè lignum vitæ fuisse causam immortalitatis in

Aug. Statu Innocentiæ; vbi sic habetur ex August. l. cit. cibus aderat ne esuriret: potus ne sitiret, & lignum vitę ne senectus eum dissolueret.

Vnde sciẽdum est, quod lignũ vitæ habebat tri-

triplicem vim, seu vtilitatem. Prima est, quod repararet humidum radicale, sicut cæteri cibi. Secunda, quod repararet illud pari puritate, & sinceritate, quod alij cibi non faciunt. Tertia quod corroboraret calorem naturalem qui agendo, & patiendo paulatim solet debilitari.

Respondetur secundo ex D. Th. 1. p.q.97. art. 3. hominem in statu innocentiæ indiguisse cibo, quia anima rationalis est etiam vegetabilis, cuius opera sunt alimento vti, & generare, & augeri. Post resurrectionem cum resurget ad vitam spiritualem non indigere cibis. In statu innocentiæ cibus erat lignum vitæ, vt dicitur Gen. 2. de omni ligno quod est in Paradiso comedetis. *D.Tho.*

Hinc

PAtet discrimen esse inter statum innocentiæ, & nostrum quod hac similitudine explicari potest. Si esset amphora vini ex qua quotidie gutta deperderetur, & in eius locum gutta reponeretur aquæ, tum quidem fieret reparatio quoad quantitatem, non tamen quoad qualitatem: quia virtus vim paulatim debilitaretur propter admistionem aquæ, quod si esset alius liquor, qui haberet hanc vim, vt posset virtutem vini, quando deficit restaurare, tunc vinum quoad quantitatem, & bonitatem posset perpetuo conseruari, sic fit in homine: nam ex humido radicali quotidie aliquid deperditur, & per sumptionem cibi aliquid restituitur: sed quia id quod restituitur, non

tam bonum est, & quia calor naturalis agendo paulatim deficit, fit vt, & nos deficiamus. At vero, quia in statu innocentiæ erat peculiaris quidam cibus qui, & humidum raidcale poterat in eadem bonitate recuperare, & calorem naturalem corroborare; ideo homines in eo statu futuri fuissent immortales.

Respondetur tertio, lignum vitæ tantam vim habuit, vt potuerit vitam hominis infinito tempore conseruare; ita Tostatus, & alij contra Scotum, & Pererium: & patet ex illo Genes. 3. Ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum, & & emisit eum Dñus Deus de Paradiso volupta tis, vt operaretur terram de qua sumptus est.

Tostat.

Ex hoc loco constat Adamũ ideo expulsum esse ex Paradiso, ne si comederet ex arbore vitæ, viueret in æternum: ergo esus illius arboris conseruasset hominem in æternum. D. Tho. verò p. p. q. 98. art. 4. docet, lignum vitæ cum sit corruptibile, & virtus finita non causabat simpliciter immortalitatem, sed conseruabat corpus à corruptione, vsque ad determinatum tempus, quo finito, vel homo translatus fuisset ad spiritualem vitam, vel indiguisset iterum sumere de ligno vitæ.

D. Tho.

Respondetur quarto, lignum vitæ conseruasset hominem si sæpè, & statuto tempore fuisset sumptum, non autem si semel tantum; ita Augustinus, & pleriq: Scholastici, quia lignum vitæ fecisset hominem immortalem confortan-

August.

do

do calorem naturalem: at hic calor poterat sæpius indigere reparatione: ergo sæpius fuisset sumendum. Aliqui tamen putant si semel gustatum fuisset, allaturum fuisse perfectam immortalitatem; ita Iren. lib. 3. cont. hæret. c.37. Hil. Ps. 68. Nazianzen. orat. 2. de Paschat. Rupert. lib. 3. in Genes. c. 30. *Iren.* *Hilar.* *Nazian.* *Rupert.*

Respondetur quinto, virtutem illam, quam habuit lignum vitæ ad conseruandos homines non fuisse supernaturalem, sed naturalem; ita Strabus in Genes. Hugo, & alij, exceptis Bonauentura, & Gabriele. *Strabo* *Hugo.* *Bonau.* *Gabr.*

Probatur, quia si fuisset supernaturalis non mansisset post peccatum Adæ, neque peccatori profuisset: sicut virtus sacramentorum, quia supernaturalis est, non prodest homini suscipienti in peccato: at virtus ligni profuisset Adamo peccatori, vt patet ex eo Genes. 3. Ne forte sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.

Quæstio Septima, an in statu innocentiæ fuisset generati filij per naturalem propagationem sicut nunc fit scilicet per maris, & fæminæ commixtionem.

RESpondetur primo, ex Gregor. Nysseno in libro de creatione hominis cap. 18. in statu innocentiæ non adfuturas nuptias, nec generationem per commixtionem maris, & fæminæ, & innuit Angelos seipsos multiplicasse per actum quemdam perfectissimum, qui à nobis *Gregor.* *Nyssen.*

nequit cogitari, & per quemdam alium illi similem fuisse multiplicandos homines, qui in eo statu erant futuri sicut Angeli. Fundatur
Nyssen. Nyssenus in versic. Psal. 48. homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumẽtis insipientibus, & similis factus est illis, vnde
Nyssen. exponit Nyssen. l.cit. Quod cum ante peccatum in tanto esset honore, vt Angelis esset similis, per peccatum iumentis insipientibus, quoad animalem generationem similis est effe-
Damasc. ctus; in eadem sententia fuit Damasc. lib. 2. fidei orthodoxæ cap. 30. vbi de Adam loquens sic scribit: sciens præcognitor Dei, quod in transgressionem labaretur, & corruptioni subiaceret, fecit ex ipso fæminam, illi secundum ipsum auxiliatricẽ: auxiliatricẽ quidem per eã propagationem, quæ post transgressionem esset generis ex successione conseruatio. Prima .n. plasmatio, generatio dicitur, non propagatio. Generatio quidem est ex Deo prima plasmatio. Propagatio autem ex condemnatione mortis ob transgressionem, hæc Damascenus, & lib. 4.c.25. commendans virginitatem, subjiungit Post transgressionem, quando audiuit, terra es, & in terram reuerteris, quando per præuaricationem mors introiuit in mundum, tũc cognouit Adam Euam coniugem suam, & concepit, & peperit. Quare propterea, ne exterminaretur, & consumaretur hoc genus à morte, nuptię constitutæ sunt, vt per prolis procreationem genus humanum conseruaretur. At dicent for-

te:

te: quid igitur hoc vult maſculus, & fæmina? quid hoc creſcite, & multiplicamini? ad quod dicimus, quod hoc creſcite, & multiplicamini, non omnino multiplicationem per nuptialem conſociationem ſignificat. Poterat enim Deus hoc genus, & alio multiplicare modo, ſi mandatum vſque in finem ſeruaſſent intemeratum, ſed ſciens Deus quod futuri erant tranſgreſſores, & morte condemnandi, anticipans fecit maſculum, & fæminam, & augeri, & multiplicari præcepit; hactenus Damaſcenus. *Damaſc.*

Euthymius idem quoque ſenſit in Pſal. 50. & idem docet Chryſoſt. homil. 18. in Geneſ. & in eadem ſententiam fuit Procopius Gazeus in illud Gen. 4. Adam cognouit vxorem ſuam. *Chryſoſt.* *Procop.* *Gazeus.*

Reſpondit ſecundo ex communi Theologorum ſententia, & præſertim ex Auguſt. 9. ſuper Geneſim à c. 3. vſq; ad 11. & 14. & de Ciu. Dei c. 26. Non video, ait Auguſt. c. 3. quod prohibere potuerit, vt eſſent etiam in Paradiſo honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus, hoc Deo præſtante fideliter, iuſtæq; viuentibus, eiq. obedienter, ſãctæq; ſeruiẽtibus, vt ſine vllo inquiete ardore libidinis, ſine vllo labore, ac dolore pariendi fætus ex eorum ſemine generaretur. *Auguſt.* *Auguſt.*

Idem docet D. Tho. 1. p. q. 98. art. 2. nempè in ſtatu innocentiæ fuiſſe opus generationis, non virtute diuina, ſed per coitum, coniunctione maris, & fæminæ, ſed nulla in illo actu fuiſſet immoderata concupiſcentia, & hoc de- *D. Tho.*

clarant naturalia membra ad hunc vsum deputata, & virtus actiua in mare, & passiua virtus in fæmina, & Deus nihil frustra facit, præterea
D.Tho. docet D. Th.l.cit.ad 3. non defuturam in statu innocentiæ delectationem in coitu, etiam maiorem, & iucundiorem, quam nunc fit, tunc quia purior erat natura, & corpus magis sensibile, tum quia vis concupiscibilis non immoderatè delectationi inheruisset. Dicit etiam
D.Tho. D. Thom. loc. cit. ad 2. quod in illo statu innocentiæ, continentia non fuisset laudabilis, quæ in tempore isto laudatur, non propter defectum fęcunditatis, sed propter remotionem inordinatæ libidinis; tunc autem fuisset fæcun-
D.Tho. ditas, absq. libidine. Docet quoq; D.Th.l.cit. ad 4. in statu innocentiæ infundi semen in natura fæminæ per coitum, absq; corruptione
D.Tho. integritatis virginalis, & ante D.Thom.docuit
August. August. 14. de Ciuit. Dei.

Idem Augustinus 9. super Genes. dicit ideo primi parentes in Paradiso non coierunt, quia formata muliere post modicum propter peccatum de paradiso eiecti sunt; vel quia expectabatur diuina auctoritas ad determinandum tempus commixtionis à qua acceperunt vniuersale mandatum.

Durand. Molina. Docet deniq; Durandus cit. à Molina 1. p. in tract. de opere sex dierum disp. 29. quod in statu innocentiæ actum coniugalem non fuisset exercendum, nisi cum proles esset generanda, nullumq; fore coniugalem actum, ex quo pro-

les non ſuſciperetur. Et probat, quia matrimonium tunc non ordinabatur tanquam medicina ob concupiſcentiam, ſed ſolum ad prolem generandam.

Ait deniq; Molina l. cit. per coitum, & partum aperiendum eſſe in ſtatu innocentiæ clauſtrum virginitatis, quia tunc non eſſet penetratio corporum, tamen ſine diſruptione, ſed per ſolam dilatationem. Quare manſiſſet clauſtrum integrum, hoc eſt non diſruptum, & diſciſſum, apertum tamen. Per coitum ergo in ſtatu innocentiæ virginitas amitteretur, quoniam de ratione virginitatis, non eſt ſolum integritas, hoc eſt non diſruptio clauſtri, ſed etiam in experientia coitus, actuſq; venerei, & clauſtrum ea de cauſa non aperiri. *Molina.*

Vnde.

FIt vt ſolius Deiparæ fuerit propium concipere, & parere ſine vlla prorſus virginitatis iactura: egreſſus quippè filij ex ſanctiſſimo illius vtero fuit etiam ſine vlla apertione, & dilatatione clauſtri, ſed ex gloria animæ Chriſti reſultante ſubtilitatis dote ad eum ſolum effectum, vt in egreſſu cum corpore Beatæ Virginis ſe penetraret.

Quæſtio Octaua, vtrum in ſtatu innocentiæ homines ſtatim geniti habuiſſent perfectum vſum membrorum, & rationis.

REſpondetur ex Th. 1. p. q. 99. artic. 1. negatiuè nempè pueros ſtatim genitos non habuiſſe *D. Tho.*

buisse perfectum vsum mẽbrorum, quia omne generatum prius est imperfectum, quàm perfectum, sed pueri in statu innocentiæ fuisset per generationem producti; ergo à principio imperfecti fuissent, & quantitate, & virtute corporis, alioquin maternus vterus eos non caperet; est cõmunis Theologorum sententia.

D. Tho. Respondetur secundo, pueros in statu innocentiæ statim notus non habuisse vsum rationis; ita D. Thom. l.cit. quæst. 101.art.2. quia vsus rationis dependet ex vsu virium sensitiuarum: vnde ligato sensu, & impeditis inferioribus viribus sensitiuis homo perfectum vsum rationis non habet; vt patet in dormientibus, & phreneticis. Vires autem sensitiuæ sunt virtutes quędam corporalium organorum: & ideo impeditis eorum organis, necesse est, quod eorum actus impediuntur, & per consequens rationis vsus. In pueris autem est impedimentum harum virium propter nimiam humiditatem cerebri, & adeo in eis non est perfectus vsus rationis, sicut nec aliorũ mẽbrorũ.

Quæstio Nona, vtrum in statu innocentiæ pueri nati fuissent in scientia perfectis; ratio dubitandi est, tum quia Adam fuit in scientia perfectus, tum quia ignorantia ex peccato causatur dicit Beda; ergo ante peccatum pueri mox nati omnem scientiam habuissent.

D. Tho. Respondetur ex D. Th. 1.p.q. 101. artic. 1. pueros in statu innocentiæ non natos fuisse perfe-

perfectos in ſcientia, ſed eam proceſſu temporis facile acquiſiuiſſe, quia anima noſtra vt dicitur tertio de anima, eſt ſicut tabula raſa in qua nihil eſt ſcriptum; eſt autem naturale homini, vt ſcientia per ſenſus acquirat.

Neq; obſtat, quod primus parens fuit perfectus in ſcientia, quia hoc fuit indiuiduale: in quantum ſcilicet ipſe inſtituebatur, vt Pater, & inſtructor totius humani generis.

Nec obſtat, quod ignorantia ſit priuatio ſcientiæ, quæ debet haberi pro tempore illo, quod in pueris mox natis non fuiſſet; habuiſſent enim ſcientiam, quæ eis competebat.

Quæſtio Decima, vtrum in ſtatu innocetiæ fæminæ natæ fuiſſent; Ratio dubitandi eſt, quia Ariſt. dicit in libro de generatione animalium, quod fæmina eſt mas occaſionatus, quaſi pręter intentionem naturæ proueniens quod in illo ſtatu videtur eſſe inconueniens, quod eueniſſet aliquid innaturale.

Reſpondetur ex D. Th. 1. p. q. 99. art. 2. quod in ſtatu innocentiæ non omnes mares, ſed fæminæ etiam natæ fuiſſent, quia diuerſitas ſexus pertinet ad perfectionem humanæ naturæ, & ideo in ſtatu innocentiæ vterque ſexus per generationem productus fuiſſet. *D. Tho.*

Ad rationem dubitandi.

Reſpondetur idem D. Tho. l. cit. ad primum, quod fęmina dicitur mas occaſionatus, quia *D. Tho.*

eſt

est præter intentionem naturæ particularis, non autem preter intentionem nature vniuersalis.

D.Tho. Itaq; concludit D. Tho. l. cit. in resp. ad 3. quod in statu innocentiæ tot fuissent generatę fęminæ, quot, & mares.

Quæstio Vndecima, vtrum in Adam fuerint passiones animæ in statu innocentiæ.

D. Tho. RЕspondetur ex D. Thom. 1. p. q. 95. art. 2. quod passiones, quæ malum respiciunt vt timor, & dolor, nullo modo erant in statu innocentię, nec passiones circa bonum non habitum, vt nunc tamen habendum vt spes: sed passiones circa bonum habitum, vel tempore suo habendum, vt amor, gaudium, desiderium, & spes, in illo fuerunt scilicet in statu innocentiæ; idem docuit Augustinus 14. de Ciuit. Dei. August.

Quæstio Decimasecunda, vtrum Adam in statu innocentiæ habuerit omnes virtutes.

D. Tho. RЕspondetur ex D.Th. 1.p.q.95.art.3.quod Adam in statu innocentiæ habuit omnes virtutes quoad actum, & habitum vt illæ, quæ nullam imperfectionem includunt, vt fides, spes, charitas, &c. quoad habitum verò vt illę, quæ aliquam imperfectionem includunt, vt pęnitentia, & misericordia; ratio est, quia talis

erat rectitudo ſtatus innocentiæ, quod ratio erat Deo ſubiecta, inferiores autem vires rationi. Virtutes autem nihil aliud ſunt, quam perfectiones quædam, quibus ratio ordinatur in Deum, & inferiores vires diſponuntur ſecundum regulam rationis. Vnde rectitudo primi ſtatus exigebat, vt homo aliqualiter omnes virtutes haberet. Addit præterea D. Thom. l. cit. quod virtutum quædam ſunt, quæ de ſui ratione nullam imperfectionem important, vt charitas, & iuſtitia, & huiuſmodi virtutes in ſtatu innocentiæ fuerunt ſimpliciter, & quatũ ad habitum, & quantum ad actum. Quædam verò ſunt quæ de ſui ratione imperfectionem important, vel ex parte actus, vel ex parte materiæ, & ſi huiuſmodi imperfectio non repugnat perfectioni primi ſtatus, nihilominus huiuſmodi virtutes poterant eſſe in primo ſtatu, ſicut fides, quæ eſt eorum quæ non videntur, & ſpes, quæ eſt eorum, quæ non habentur. *D. Tho.*

Perfectio enim primi ſtatus non ſe extendebat ad hoc quod videret Deum per eſſentiam; vnde fides, & ſpes poterant eſſe in primo ſtatu, & quantum ad habitum, & quantum ad actum ſi vero imperfectio, quæ eſt de ratione alicuius, repugnat perfectioni primi ſtatus, poterit eiuſmodi virtus ibi eſſe ſecundum habitum, & non ſecundum actum, vt patet de pænitentia, quæ eſt dolor de peccato commiſſo, & de miſericordia, quæ eſt dolor de miſeria aliena. Perfectioni autem primi ſtatus repugnat tàm dolor,

lor, quam culpa, & miseria; vnde huiusmodi virtutes erant in primo homine secundum habitum, & non secundum actum. Erat enim primus homo sic dispositus, vt si peccatum precessisset, doleret: & similiter si miseriam in alio videret, eã pro posse repelleret, sicut dicit Arist. 4. ethic. quod verecundia, quæ est de turpi facto, contingit studioso solum sub conditione; est enim sic dispositus, quod verecundaretur si turpe aliquid commicteret; vnde eleganter ait Augustinus in quadam homilia, princeps vitiorum vicit Adam de luto terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, claritate splendidũ.

Aristot.

Sed obijcies perseuerantia est quædam virtus, sed hanc Adam non habuit, vt sequens peccatum ostendit, ergo non habuit omnes virtutes.

D. Thom.

Respondet D. Thom. loc. cit. in respons. ad 4. quod perseuerantia dupliciter sumitur, vno modo, prout est quædam virtus, & sic significat quendam habitum quo quis eligit perseuerare in bono, & sic Adam perseuerantiam habuit, Alio modo prout est circumstantia virtutis, & sic significat continuationem quamdam virtutis absq; interruptione, & hoc modo Adam perseuerantiam non habuit.

* * *

Quæ-

Quæstio Decimatertia, Vtrum opera primi hominis, scilicet Adam in statu innocentiæ fuerint minus efficacia ad merendum, quàm opera nostra.

Respondetur ex D.Thom.p.p.q.95. art.4. quod opera primi hominis in statu innocentiæ efficaciora erant ex parte gratiæ,& operis quantitate absoluta, minus vero efficacia ex proportionali operum quantitate, quia quãtitas meriti ex duobus potest pensari. Vno modo ex radice charitatis,& gratiæ,& talis quantitas respondet premio essentiali, quod consistit in Dei fruitione. Qui enim ex maiori charitate aliquid facit, perfectius Deo fruitur. Alio modo pensari potest quantitas meriti ex quantitate operis; quæ quidem est duplex, scilicet absoluta, & proportionalis. Vidua enim, quæ misit duo æra minuta in Gazophylacium minus opus fecit quantitate absoluta, quàm illi, qui magne munera posuerunt. Sed quantitate proportionali vidua plus fecit secũdum sententiam Domini, quia magis eius facultatem superabat. Vtraque quantitas meriti respondet prẹmio accidentali, quod est gaudiũ de bono creato. Sic igitur dicendum, quod efficaciora fuissent opera hominis ad merẽdum in statu innocentiæ, quam post peccatum, si attendatur quãtitas meriti ex parte gratiæ, quę tunc copiosior fuisset nullo obstaculo in natura in- *D.Tho.*

inuento, Similiter etiam si consideretur absoluta quãtitas operis, quia cum homo esset maioris virtutis, maiora opera fecisset. Sed si consideretur quantitas proportionalis, maior inuenitur ratio meriti post peccatum propter hominis imbecillitatem. Magis enim eccedit paruum opus potestatem eius, qui cum difficultate operatur illud, quàm opus magnum potestatem eius, qui sine difficultate operatur.

D.Th. Ait idem D.Thom.loc.cit.quod in statu innocentiæ nihil erat interius impellens ad malum, sicut modo est in natura lapsa.

Quæstio Decimaquarta. Vtrum si Adamus non peccasset, Deus eosdem, quos prædestinauit, prędestinaßet, illiq; solum fuissent nati.

D.Grey. Scotus. Respondetur ex D.Gregor.li.4.Moralium, & Scot. in 2.dist.20.q.2. affirmatiuè nẽpè, si Adam non peccasset, Deus eosdem quos prædestinauit, prædestinasset, illique solum fuissent nati, ratio ipsius est, quia qui vult aliquid ordinate, prius vult finem, quam media: ergo prius Deus prędestinauit hominem ad vitam æternã, quam cogitauerit de medijs. Cum ergo Dei prædestinatio sit certa, & immutabilis, necesse est vt illi omnes, & soli manserint prædestinati, qui ante præuisa, & ordinata media erant prędestinati. Siue ergo Adam benè, siue malè vteretur medijs à Deo ordinatis, nõ

potuit

potuit tamen mutari prædestinatio, quę ante media præuisa erat facta.

Molina vero p.p. in tract. de opere sex dierum disp. 33. dicit esse impossibilem opinionē Scoti, quatenus affirmat omnes, & solos, qui nunc sunt prædestinati, fuisse nasciturós, si Adam non peccasset. *Molina.*

Dicit præterea idem Molina loc. cit. si Adā non peccasset, nec constat, qui, & quot futuri essent prædestinati, nec vtrum omnes homines, qui tunc futuri essent, fuissent prædestinati.

Quæstio Decimaquinta. Vtrum Adam in statu innocentiæ animalibus dominaretur.

Respondetur affirmatiue ex D. Thom. p. p. q. 96. art. 1. nempe Adam in statu innocentiæ animalibus cunctis dominaturum, vt dicitur Genes. 1. de homine, præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs terræ, & probat D. Thom. loc. cit. ex tribus rationibus. Prima est ex ipso nature processu, Sicut enim in generatione rerum intelligitur quidam ordo, quo ꝓceditur de imperfecto ad perfectum, nam materia est propter formam, & forma imperfectior propter perfectiorem, ita etiam est in vsu rerum naturalium. Nam imperfectiora cedunt in vsum perfectorum. Plantæ, n. vtuntur terra ad sui nutrimentum, animalia vero plantis, & homines plantis, & animalibus *D. Thom.*

vnde

vnde naturaliter homo dominatur animalibus. Et propter hoc dicit Ariſtot. in 1. Polit. quod venatio ſylueſtrium animalium eſt iuſta, & naturalis, quia per eam homo vendicat ſibi, quod eſt naturaliter ſuum. Secunda ratio eſt ex ordine diuinę prouidentię, quę ſemper inferiora per ſuperiora gubernat. Vnde cum homo ſit ſupra cętera animalia, vtpote ad imaginē Dei factus, conuenienter eius gubernationi alia animalia ſubduntur. Tertia ratio eſt, quia idem apparet ex proprietate hominis, & aliorum animalium. In alijs autem animalibus inuenitur ſecundum extimationem naturalem quędā participatio prudentię ad aliquos particulares actus, in homine autem vniuerſalis prudentia, quę eſt ratio omnium agibilium. Omne autem quod eſt per participationem ſubditur ei, quod eſt per eſſentiam. Vnde patet, quod naturalis eſt ſubiectio aliorum animalium ad hominem.

Ariſt.

Sed obijcies Primo. dicit Auguſt. 9. ſuper Geneſ. quod miniſterio Angelorum animalia ſunt adducta ad Adam, vt eius nomina imponeret, non autem fuiſſe neceſſarium Angelorum miniſterium, ſi homo per ſeipſum animalibus dominabatur, ergo Adam in ſtatu innocentiæ non habuit dominium ſuper alia animalia.

Reſpondetur ex D.Thom. p.p.q.96. art.1. quod Angelus naturaliter eſt ſuperior homine

mine; vnde aliquis effectus poterat fieri circa animalia virtute Angelica, qui non poterat fieri potestate humana, scilicet, quod statim omnia animalia congregarentur.

Obijcies secundo. Hieronym. dicit quod homini ante peccatum non indigenti Deus animalium dominationem dedit; præsciebat, n. hominem adminiculo animalium adiuuandum fore post lapsum: ergo ad minus vsus dominij super animalia non competebat homini ante peccatum.

Respondetur ex D. Thom. loc. cit. in resp. ad 3. quod homines in statu innocentiæ non indigebant animalibus ad necessitatem corporalem, neque ad tegumentum, quia nudi erant, & non erubescebant, nullo instante inordinatę concupiscentię motu, neque ad cibum, quia lignis Paradisi vescebantur, neque ad vehiculum, propter corporis robur; indigebant tamē eis ad experimentalem cognitionem sumendā de naturis eorum. Quod significatum est per hoc, quod Deus ad eum animalia adduxit, vt eis nomina imponeret, quę eorum naturas designant. *D. Tho.*

Quæstio Decimasexta. Vtrum homo in statu innocentiæ habuisset dominium super omnes alias creaturas.

D.Tho. RESpondetur ex D.Thom.loc.cit.sed art.2. quod homo non dominabatur Angelis in statu innocentię, sed animalibus imperando, plantis vero, & innanimatis, vtendo absque vllo impedimento.

Quæstio Decimaseptima. Vtrum homines in statu innocentiæ fuissent æquales.

D.Tho. RESpondetur ex D.Thom.loc.cit.sed art.3. quod in statu innocentię fuisse aliquam disparitatem ad minus quantum ad sexum, quia sine diuersitate sexus generatio non fuisset. Similiter etiam quantum ad ętatem; sic enim quidam ex alijs nascebantur, nec illi qui miscebantur, steriles erant; sed & secundum animam diuersitas fuisset, & quantum ad iustitiã, & quantum ad scientiam. Non enim ex necessitate homo operabatur, sed per liberum arbitrium, ex quo ratio habet, quod homo possit magis, & minus applicare animum ad aliquid faciendum, vel volendum, vel cognoscẽdum; Vnde quidam magis profecissent in iustitia, & scientia, quam alij, ex parte etiam corporis poterat esse disparitas; nõ enim erat exẽptum corpus humanum totaliter à legibus naturæ

turę, quin ex exterioribus agentibus aliquod commodum, aut auxilium reciperet magis, & minus, cum etiam, & cibis eorum vita subſtentaretur; & ſic nihil prohibet dicere quin ſecundum diuerſam diſpoſitionem aeris, & diuerſum ſitum ſtellarum, aliqui robuſtiores corpore generarentur, quã alij & maiores, & pulchriores, & melius complexionati, ita tamen quod in illis, qui excederentur, nullus eſſet defectus ſiue peccatum, ſiue circa animam, ſiue circa corpus.

Quæſtio Decimaoctaua. Vtrum homo in ſtatu innocentiæ homini dominabatur.

RESpondetur ex D. Thom. p.p.q.96. art.4. quod homo non dominabatur homini in ſtatu innocentię dominio tyranico, ſed politico, & ciuili. *D. Tho.*

Ratio eſt, quia conditio hominum in ſtatu innocentię non erat dignior, quam conditio Angelorum, ſed inter Angelos quidam alijs dominantur. Vnde & vnus ordo Dominationum vocatur, ergo non eſt contra dignitatem ſtatus innocentię, quod homo homini dominaretur.

Pręterea homo naturaliter eſt animal ſociale; vnde homines in ſtatu innocentię ſocialiter vixiſſent; ſocialis autem vita multorum eſſe non poteſt, niſi aliquis pręſideret, qui ad bonũ commune intenderet; multi enim per ſe inten-

dunt ad multa, vnus vero ad vnum, & ideo dicit Arist. in principio Polit. quandocumque multa ordinantur ad vnum, semper inuenitur vnum, ut principale, & dirigens.

Confirmatur, quia si vnus homo habuisset super alium supereminentiam scientię, & iustitię inconueniens fuisset nisi hoc exequeretur in vtilitatem aliorum, secundum quod dicitur 1.Petr.4. Vnusquisque gratiam quam accepit, in alterutrum illam administrantes, vnde Aug. dicit 19. de Ciuitat. Dei, quod iusti non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi: hoc naturalis ordo pręscribit, ita Deus hominem condidit.

August.

Quæstio Decimanona. An creatus sit Adam à Deo perfectus secundum ætatem, & idem quæritur de Eua.

Magist. Respondetur ex Mag. in 2. sent. dist.17. & citat August. in c.13. lib.6. de Genes. Adamum fuisse in perfecta ętate creatum, idem dicendum est de Eua, quia statim, quod sunt creati Adam, & Eua, Deus dixit eis. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Vnde aliqui DD. teste Perer. l.4. q.3. c.2. n.97. sup. Genes. dixerunt Adamum fuisse creatum inter trigesimum, & quadrigesimum annum.

Perer.

Quoad molem corporis rectè docet Pererius l.cit. Adamum perfecta corporis statura esse creatum.

Quæ-

Quaestio vigesima, an Adam in Statu Innocentiæ potuisset committere aliquod peccatum veniale.

RESpondet Scotus in 2.dist.21. q. 1. Adam in Statu Innocētiæ prius potuisse peccare venialiter, & postea mortaliter; sed D.Th.1.2 q.89. art.3.communiter receptus docet non potuisse cōmittere Adamum in illo statu prius veniale, & postea mortale, quia in Statu Innocentię erat perfecta obedientia partis inferioris adsuperiorem, & nihil sine ordine erat. *Scotus.* *D.Th.*

Quæstio vigesimaprima, qualis fuerit serpens, quitentauit primos homines.

REspondetur ex Ioseph lib.1.de antiquit.c.1 Serpentem illum fuisse verum, & naturalem, cui tunc naturale fuit intelligendi, & loquendi præditum facultate esse, & pedibus vti ad ingrediendum, ac veneno carere: cum vero inuidia humanę felicitatis, ad fallendum hominem esse instigatum. *Ioseph*

Plato in Politico ait, seculo aureo, regnante Saturno, non homines modo cum hominibus, sed cum bestijs etiam sermocinari potuisse, & si quid ex illis vellent cognoscere solitos interrogare, & vicissima ab ipsis responsum accipere, sed supradictę opiniones omnino falsę sunt, cum facultas loquendi, & sermocinandi *Plato*

solius hominis sit, vt tradit Aristot. lib.4. de historia animalium c.9. nam quędam animalia, quę ab homine condoce facta similes humanas voces fingunt, id, nec faciant naturaliter, nec cum intellectu eorum, quę loquuntur.

B.Ephr. Parceph. B.Ebhręm, vt refert Moysei Barcephas in lib. de Paradiso c.27. existimauit Serpentem illum, qui cum Eua colloquebatur fuisse corporatum, verunque anima, & Satani Deo petiuisse, vt Serpenti sermonis facultatem concederet ad tempus, ad tentandum Adamum.

Egutin. Cyrill. Sed hęc sententia est falsa. Cyrillus simul cũ Egutino in sua Cospomeia in lib. 3. aduersus Iulianum apostatam affirmat non fuisse Serpétem illum verum, & animatum, sed specie dumtaxat, & simulachrum Serpentis, sub quo Demon alloqautus est mulierem. Sed hęc opinio

Perer. Caiet. non placet Pererio l. 51. 3. sup. Gen. num. 8. Caiet. in Genes. censet vocabulo Serpentis, nec verum Serpentem, nec eius simulachrum intelligi debere, sed solum Demonem, & metaphoricè Serpens in scriptura Crebrò appellatur. Nec illam tentationem, & sermonem Demonis cum Eua externum, & sensibilem fuisse, sed interno tantum suasu suggerente per actum; sed

Caiet. hęc opinio Caietani communiter reijcitur.

Dicitur denique fuisse in ea tentatione verum, & naturalem Serpentem, in quem tamen Diabolus insinuauit, & per eum quasi per organum suum formauit humanas voces, et sermonem cum Eua miscens, callida, & malitiosa

ten-

:entatione eam decepit. Ita Basilius, Chrysost. Theodoret. Beda, & Rupert. cit. à Pererio l. cit. Itaque fuit verus serpens, & fuit Dæmon. *Basil. Chysost. Theodor. Bada Ropert.*

Quæstio vigesimasecunda, an plus vno die Adam fuerit in Paradiso, & quanto plus.

Respondetur primo ex Perer. in Gen. lib. 7. q. 2. c. 3. n. 188. eodem die, quo peccauit Adam à Paradiso eiectus est, & fuit eiectus sub fine diei ante Solis occasum. *Perer.*

Respondetur secundo non esse certum quanto tempore Adam, & Eua fuerunt in Paradiso, cum hoc non colligatur ex Scrtptura. Aliqui DD. putarunt quadraginta dies in Paradiso commoratos fuisse Adam, & Euam.

Tostatus cit. à Pererio l. cit. existimat fuisse eiectos Adam, & Euam à Paradiso postero die quam creati sunt. *Tostat.*

Pererius l. cit. asserit fuisse eos in Paradiso per octo dies, & octauo die quam fuerant creati, qui dies fuit feria sexta hebdomadæ eiectos fuisse à Paradiso. *Perer.*

(‡✠†)

TRACTATVS DE CVSTODIA Angelorum.

Quæstio Prima, vtrum homines custodiantur ab Angelis.

RESpondetur homines custodiri ab Angelis esse de fide, vt patet ex varijs locis Diuinę Scripturę. Primo ad Hebreos primo omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Secundo Psal. 33. immictit Angelus Domini in circuitu timentium eum, & erepiet eos. Tertio patet ex Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

Ratio est, quia ita exigit ratio diuinæ prouidentiæ, nimirum, vt corpora inferiora regulentur, & moueantur per superiora, vt patet in motu Cælorum, qui per substantias spirituales mouentur, ergo necessarium fuit quod hominibus Angeli ad Custodiam deputarentur, per

per quos regularentur, & mouerentur ad bonam; vt rectè ait D. Th.1.p.q.113.art. 1.

Quæstio Secunda, vtrum singuli homines a singulis Angelis custodiantur.

RESpondetur licet nõ sit fide, quod vnusquisque homo suum peculiarem Angelum Custodem habeat, est tamen communis sententia Sanctorum, atq; Doctorum, vt quilibet homo habeat peculiarem Angelum Custodem, vt presertim Hieronym. exponens illud Matth. 18. Angeli eorum in Cælis dicit, magna est dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in Custodiam sui Angelum delegatum. Et Chrysost. in eumdem locum Homilia 60. in Mattheum inquit manifestum est, quia omnes Sanctos Angelos habent. Idem dicit D. Thom. 1.p.q.113.art.2. & reddit rationem, quia Angelorum Custodia est quædam executio diuinæ prouidentiæ circa homines. Prouidentia autem Dei aliter se habet ad homines, & alias corruptibiles creaturas: quia aliter se habent ad incorruptibilitatem. Homines enim non solum sunt incorruptibiles quantum ad communem speciem, sed etiam quantum ad proprias formas singulorum, quæ sunt animæ rationales, quod de alijs rebus corruptibilibus dici non potest. Manifestum est autem, quod prouidentia Dei principaliter est circa illa, quæ perpetuò manent. Circa vero ea, quæ trãseunt,

Hierony. *Chrysost.* *D. Tho.*

ſeunt, prouidentia Dei eſt, in quantum ordinat ipſa ad res perpetuas. Sic igitur prouidentia Dei comparatur ad ſingulos homines, ſicut comparatur ad ſingula genera, vel ſpecies corruptibilium rerum. Sed ſecundum Gregor. diuerſi ordines deputantur diuerſis rerum generibus. Puta poteſtates ad arcendos Demones, virtutes ad miracula facienda in rebus corporeis. Et probabile eſt ait D.Th. l.cit. quod diuerſis ſpeciebus rerum diuerſi Angeli eiuſdem ordinis præficiantur. Vnde etiam rationabile eſt, vt diuerſis hominibus diuerſi Angeli ad ad cuſtodiam deputarentur. Hæc D.Th.

Gregor.

D.Tho.

Quæſtio Tertia, vtrum aliquibus hominibus dentur plures Angeli Cuſtodes.

D.Tho.

RESpondetur ex D. Thom. 1.p.q.113. art.2. ad 3. affirmatiuè nempè interdum plures Angelos Cuſtodes deputari ad cuſtodiam vnius perſonæ, quod mihi ſatis probabile eſt quando homo, vel eſt Papa Rex, Epiſcopus Gubernator, &c. Et ratio mihi eſt, quia ſupradicti tenentur conſulere verbo, & exemplo communi bono, ergo indiget extraordinario auxilio, vt rectè colligitur ex D.Th.l. cit. idem affirmat clare Suarez de Angelis lib. 6. c. 17. num 24.

D.Thom

Quæ-

Quæstio Quarta, vtrum custodire homines pertineat solum ad infimum ordinem Angelorum.

REspondetur ex D.Th.l.cit. sed art.3. custodiam particularem singulorum hominum ad Angelos infimi ordinis spectare, custodiam vero vniuersalem spectare ad omnes ordines Angelorum. Primum patet ex Psal.90. Angelis suis Deus mandauit de te &c. ergo tribuitur Angelis, quorum ordo est infimus secundum Dionysium, & ratio est, quia videtur esse minimum in officijs Angelorum procurare ea, quæ pertinent ad vnius hominis salutem. Secundum patet ex ratione nam quanto agens fuerit vniuersalius, tanto est superius. Sic igitur Custodia humanæ multitudinis pertinet ad ordinem principatum, vel forte ad Archangelos, qui dicuntur Principes Angelorũ. Vnde, & Michael, quem Archangelum dicimus, vnus de Principibus dicitur ex Daniele c.10.& ecce Michael vnus de Principibus primis, venit in adiutorium meum, præterea docet D. Thom. l. cit. quod super omnes naturas corporeas habeat Custodiam virtutes, & super Demones habent custodiam potestates, et super bonos spiritus habent custodiam principatus, vel dominationes secundum Gregorium.

D. Tho. Dionys. D. Tho.

Ait præterea D.Th.l.cit.sed ad 1. probabile esse, quod maiores Angeli deputentur, ad custodiam D.Tho.

Bernard. diam eorum, qui sunt ad maiorem gradum gloriæ à Deo electi. Vnde Bernardus Epist. 77. dicit Gabrielem, qui supremus Angelus secundi ordinis esse creditur fuisse Beatissimæ Virginis Custodem.

Principatibus specialiter commissa creditur Custodia communicatum, vt colligitur ex Daniel. c. 10. vbi dicitur Michael Princeps Regnorum Persarum, & Græcorum.

Sed Petes Primo, ad quem ordinem Angelorum pertineant Cæli Motores.

Suarez. RESpondetur ex Suarez de Angelis lib. 6. c. 19. num 12. Motores Cælorum pertinere ad infimum ordinem Angelorum.

D. Tho. D. Th. 3. contra gentes c. 80. ait Motores Cælorum pertinere ad virtutes, vnde Luc. 21. dicitur quod virtutes Cælorum mouebuntur, et idem D. Th. Opusc. 10. art: 17. dicit hoc esse valde probabile. D. Tho.

Petes Secundo, an omnia nomina nouem ordinum Angelorum reperiantur in Scripturis.

RESpondetur affirmatiuè. Seraphinorum mentio fit Isa. 6. Cherubinorum Genes. 3. Thronorum, Dominationum, Virtutum, Potestatum, et Principatum ad Coloss. 1. Archangelorum 1. ad Thess. 4. Angelorum passim sese offert mentio in Scripturis sacris.

Pe-

Petes Tertio, an Christus secundum quod est homo habuerit Angelum Custodem.

REspondetur negatiuè ex D.Th.1.p. q. 113. art.4.ad 1.et ratio est,quia Christus secundum quod est homo immediatè regulabatur à verbo Dei, vnde non indigebat Custodia Angelorum.

Præterea Christus secundum animam erat compræhensor, licet ratione passibilitatis corporis erat viator, ergo secundum hoc non debebatur ei Angelus Custos tamquam superior sed magis tamquam minister inferior,vnde dicitur Matth.4.quod accesserunt Angeli,et ministrabaut ei.

Petes Quarto, an Adam in Statu Innocentiæ habuerit Angelum Custodem; ratio dubitandi est, quia tunc nullis periculis angustiabatur.

REspondetur ex D.Th.l.cit.art.4. ad 2.quod Adam in Statu Innocentiæ non patiebatur aliquod periculum ab interiori: quia interius erant omnia ordinata: sed imminebat periculum ei ab exteriori propter insidias Demonum:vt rei probauit euentus,et ideo indigebat Custodia Angelorum. D.Tho.

Pe-

Petes Quinto, an præsciti habeant Angelum Custodem.

D.Tho. RE spondetur ex D.Th.l.cit. ad 3. quod sicut præsciti, et infideles, et etiam Antichristus non priuantur interiori auxilio naturalis rationis: ita etiam non priuantur exteriori auxilio toti naturæ humanæ diuinitus concesso, scilicet Custodia Angelorum: per quam etsi non iuuentur, quantum ad hoc, quòd vitam æternam bonis operibus mereantur, iuuantur tamen quantum ad hoc, quod ab aliquibus malis retrahuntur: quibus, et sibipsis, et aliis nocere possunt. Nam, et ipsi Demones arcentur per bonos Angelos, ne noceant quantum volunt, et similiter Antichristus non tantum nocebit quantum vellet. Præterea Angelus Custos est intra spheram auxilij sufficientis, sed quilibet homo habet auxilium sufficiens etiam si careat Baptismo ergo &c.

Quæstio Quinta, vtrum non solum homines, sed etiã aliæ res vniuersi habeant Angelos Custodes.

Origine RE spõdetur ex Origine Homil.8.in Ierem. sic dicit, omnibus rebus Angeli præsident, tam terræ, & aquæ, quam aeri, & igni, idest principari elementis, & hoc ordine peruenire ad omnia animalia, ad omne germen, ad ip-

ipsa quoque astra Cæli. Et Homilia 23. in Iosuè ait virtutes Cæl estes mundi huius ministeria suscepisse, vt illa terræ, vel arborum germinationibus, illa fluminibus, ac fontibus, alia ventis, alia marinis, alia terrenis animalibus, vel singulis è terra gignentibus præsint; & esse in his singulis Sacramenta ineffabilia diuinæ dispensationis, vt ordine suo cuncta, & competenti per vnamquamque virtutem dirimatur officio.

August. lib. 83. quæstionum q. 79. dixit vnaqueque res visibilis in hoc mundo habet potestatem Angelicam sibi præpositam, & lib. 8. Genes. c. 24. dicit sublimibus Angelis Deo fruentibus subdita est omnis natura corporea, omnis irrationabilis via. *August.*

Quæstio Sexta, an in rebus corporeis sufficiat vnus Angelus ad Custodiam alicuius speciei.

D. Th.

Respondetur ex D. Th. 1. p. q. 113. art. 2. quod diuersis speciebus rerum diuersi Angeli cuiusdem ordinis præficiuntur, non tamen singuli Angeli pro singulis indiuiduis, sicut de hominibus; ita etiam affirmat Suarez de Angelis lib. 6. c. 17. nu. 28. itaq; vnus Angelus sufficit ad custodiam vnius speciei rerum corporalium. *Suarez.*

Quæ-

Quæstio Septima, qui sint effectus Custodiæ Angelicæ.

Suarez RESpondetur ex Suarez de Angelis lib. 6. c. 19. effectus Custodiæ Angelicæ posse esse spirituales, & corporales in vtroque genere primum beneficium est auertere exteriora pericula, tàm corporis, quàm animæ, quod Angeli faciunt; interdum auertendo ipsa obiecta, vel agentia extrinseca nobis omnino ignorantibus, nihilque operantibus, aliquando id præstant immictendo cogitationem, per quam ita moueamur, vt imminentis mali occasionem euitemus, etiam si nos occasionem non præuideamus, neq; ex dicta intentione illam euitemus, atque ad eundem effectum spectat tollere impedimenta spiritualis profectus, quia non proficere in virtute, non parum nocumentum est hoc autem eisdem modis præcauent. secundum munus Angelicæ Custodiæ est animam excitare, & mouere tum ad operandum bonum, tum ad cauendum malum, quod imminere præuident, vel iam adesse cognoscunt. Quod faciunt illuminando, & persuadendo, & ad hoc beneficium pertinent plures particulares actiones, quæ ex scriptura colliguntur, vt reuelare mysteria Genesi 8. iudic. 13, & in omnibus Prophetis instruere de necessarijs ad salutẽ Act. 5 & 8. mouere ad bonum Act. 10. succurrere in necessitatibus Matth. 1. & similia, quæ in sacra Scrip-

Scriptura, & in Sanctis Patribus passim occurrunt. Tertio etiam tribuitur Angelis, quod demones coercent, ne tam grauiter tentent, neue tot prauas cogitationes immictant, aut occasiones peccandi offerant, &c. hoc enim ad custodiam hominum maximè necessarium est. Immo ait Auctor Imperfecti hom.5.in Matth. tantam esse potestatem cuiuscunq; Angeli Custodis supra demones, vt in præsentia boni Angeli si se à demonibus videre permictat, non audeant demones tentare hominem; interdum verò Angelum Custodem se demonibus occultare, vt secundum Dei dispensationem, nos tẽtare permictat. *Auctor Imperf.*

Sed obÿcies hoc officium ad Potestates pertinere, nempè coercere demones, ergo non pertinet ad Angelos.

Respondetur ex D.Thom. p.p.q.113.art.3. ad 3. quod etiam inferiores Angeli exercent officia superiorum, in quantum aliquid de dono eorum participant, & se habent ad superiores, sicut executores virtutis eorum, & per hunc modum, etiam omnes Angeli infimi ordinis possunt & arcere demones, & miracula facere, vt ait D.Thom. loc.cit. addens Suarex de Angelis lib.6.c. 19.n.2.quod Angeli infimi aliquando possunt facere miracula in gratiam eorum quos custodiunt, quæ possunt dici priuata beneficia, & extraordinaria. *D.Tho.* *Suarez*

N Po-

Potestas verò miraculorum, vel signorum, aut præternaturalium operationum pertinentium ad commune bonum totius generis humani, vel vniuersi, vel etiam Ecclesiæ peculiari titulo, & modo ad virtutes pertinet.

Quarto, tribuitur maximè Angelis Custodibus, quod orationes eorum quos custodiunt, offerant Deo. Ita sumitur ex Tobia 12. vbi Angelus Tobiæ dixit, ego obtuli orationem tuam Domino, & Apoc. c.8.dicitur, data sunt Angelo incensa multa; & ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coram Deo; ita etiam docent Patres,

Petr, Cel. & præcipue Petrus Cellensis lib. 1. de Tabernac. vbi generaliter ait, Angelos Cuctodes omnia bona opera nostra Deo præsẽtare, vtiq;

August. vt pro nob is intercedant; idem docet August. in epist.120.de grat. noui testamenti c.29. Annunciant Angeli non solum nobis beneficia Dei, sed etiam ipsi preces nostras.

Quinto, tribuitur Angelis Custodibus corrigere, & punire homines sibi commissos, quãdo iuxta ordinẽ diuinæ prouidentiæ fuerit expediens ordinariè., vt resipiscant homines a malo, interdum vero etiam causa exequendi

D. Aug: iustitiam vendicatiuam Dei, vt docet August. lib.9.de Ciuit.c.5.vbi ait Sanctos Angelos sine ira punire quos accipiunt æterna lege puniendos, & miseris, sine miseriæ compassione subuenire, & ex Scriptura satis colligitur, quod Sancti erant Angeli missi ad subuertendam So-

domam

domam Genes.19.& Sanctus erat Angelus Domini, qui ostendit manum suam super Hierusalem, vt disperderet eam propter peccatum David, 2. Reg. vlt. & sanctus erat Angelus Domini, qui in castris Assyriorum occidit centum octoginta quinque millia hominum Isa. 37. ergo hoc munus puniendi malos aliquando per sanctos Angelos Deus exequitur, iuxta secreta Diuinæ prouidentiæ. Vnde à fortiori sequitur multo frequentius Deum castigare hominum, præsertim iustum, vel prædestinatum pęnis medicinalibus per Angelum bonum, quia hæc punitio opus misericordiæ est, & maximè ad officium pedagogi, seu custodis pertinet, vel si non supponitur culpa, etiam pæna illa, quæ datur ad exercitium, & profectum infligitur à Deo per Angelum Custodem.

Aliquando vero Deus vtitur malis Angelis etiam ad has penas medicinales infligendas; & tunc verisimile est fieri proprij Angeli Custodis directione, & imperio; vt colligitur ex Paul. 1. ad Cor. 5. Tradidit fornicarium satanæ in interitu carnis, vt spiritus eius saluus fiat, sic etiam Deus permisit demoni affligere Iob, vel Tobiam, & similes.

Sed petes, an post mortem cesset custodia Angelorum.

Respondetur ex Suarex de Angelis lib. 6. c. 19. num. 9. post mortem cessare custodiam *Suarez.*

Angelorum, quia omnia pericula cessant, & spes profectus in morte finitur. Nihilominus quoad animss iustas aliquod charitatis officiū superest à sanctis Angelis custodibus exercendum. Nam si omnino puræ, & sine macula, & ruga venialis culpæ, aut ventus alicuius pœnæ ab hac vita decedunt, à suis Angelis custodibus, & interdum simul ab alijs, iuxta varia earum merita, & diuinæ prouidentiæ dispositionem vsque ad cælum deducuntur. Si autem aliquæ purgatione indigent, sancti Angeli eas deducunt vsque ad locum purgatorij, ibique eas visitant, & consolantur.

Hoc colligitur ex Luc. 16. vbi de mendico ait Christus Dominus, factū est autem vt moriretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraæ, vbi Chrysost. in speciali homilia, portabatur, inquit, in humeris Angelorum, ne saltem ambulans laboraret. Non sufficeret ad portandum vnus Angelus? sed propterea plures veniunt, vt Chorum lætitiæ faciant.

Chrys.

Gaudet vnusquisque Angelorum tale onus tangere, libenter talibus oneribus pergrauantur, vt adducant homines ad Regna Cælorum, & Ambrosius in tract. de Symb. Apostolor. c. vlt. in hunc modum exponit verba Isai. c. 60. & 66. qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ cum pullis, & iterum, paruuli eorum in humeris portabuntur, & adducent fructus vestros in sanctam Ciuitatem Hierusalem.

Ambros.

Præterea legimus sanctos Angelos homines

pere-

peregrinantes à ſuis terris comitari, donec illos adpatriam reducunt, vt de Iacob legitur Geneſ. 32. & de Tobia cap. 5. & 12. & de populo Iſrael Exod. 23.

Quæſtio Nona. An aliqui Angeli præſint toti Eccleſiæ.

RESpondetur certum eſſe Michaelem in veteri teſtamenti præfuiſſe Iudæorum Sinagogæ, vt patet ex Daniele c. 10. Nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael Princeps noſter, hic dicitur Princeps populi Hebreorum, idem conſtat ex geſtis Michaelis. Scriptura quatuor locis meminit geſtorum ipſius. Primo apud Danielem c. 10. vbi dicitur egiſſe cauſam Iudæorum, vt poſſint liberari ex captiuitate Babylonica. Secundo, apud eundẽ Danielem cap. 12. vbi dicitur venturus tempore Antichriſti, & pro populo pugnaturus. Tertio, in Epiſtola Canonica Iudæ, vbi dicitur cõtendiſſe de corpore, & ſepultura Moyſis. Diabolus volebat in apertum proferre, vt Iudæos ad idololatriam inuocaret; Michael ſe oppoſuit, vt populo occaſionem peccati præſcinderet. Quarto, in Apoc. c. 12. deſcribitur ipſius pugna cum Lucifero, quæ apud Danielem prędicta erat.

Hæc omnia indicant Michaelem habuiſſe curam, & protectionem Iudæorum.

Probatur præterea ex varijs apparitionibus

dicti Michaelis, quibus partim in Occidentali, partim in Orientali Ecclesia per multa miracula conspicuum se fecit, hinc tot basilicæ in orbe terrarum illi erectæ sunt. Prima in Apulia in Monte Gargano, ab ipsomet Michaele ædificata. Secunda Romæ in Monte Adriani à Bonifacio Papa, quod ibi visus fuit Michael in signum pestis cessantis, gladium exertum in vaginam recondere. Tertia Romæ, apud Vaticanum à Leone Papa Quarto ob deuictos Saracenos. Quinta prope Bizantium, quæ multis miraculis est illustrata. Sexta, in Gallis à S. Ansperto Episcopo, vide Baron. in Martyrol. ad diem 8. Maij, & Procopium in libro de Ædificijs Iustiniani Imperatoris, vbi numerat sex Basilicas ab eodem Imperatore in honorem S. Michaelis Archangeli excitatas.

Baron.
Procopio.

Quæstio Decima. An aliqui Angeli præsint Regnis, & Prouincijs.

Respondetur singuli Regnis, atque Prouincijs etiam infidelium singulos Angelos esse propositos dicunt pleriq; Patres, teste Beccano de Custodia Angelorum c.6. & confirmant ex c. 10. Danielis, vbi introducuntur quatuor Angeli, quorum vnus erat Princeps Persarum, alter Princeps Græcorum, tertius Gabriel Angelus Princeps captiuorum in Perside, quartus Michael Princeps populi Dei. Inter Principē Persarum, & Gabrielem erat dissensio, an Iu-

Beccano.

dæi

dei essent liberandi ex Perside nec ne? Negabat Princeps Persarum, Gabriel affirmabat: nimirum vterque causam agebat pro gente sibi commissa. Nam Gabriel contendat, Iudæos liberandos esse, ne si diutius in Perside hærerēt, paulatim imbiberent mores Persarum, & relicto vero Deo, ad idola se conuerterent. alter contra vrgebat, persistendum esse in Perside, tum quod Persæ discerent à Iudæis cultum, & religionem veri Dei, tum etiam, quod Iudæi meliores essent rebus aduersis, quam prosperis.

Quæstio Vndecima. Vtrum Angelus deputetur homini ad custodiam à sua natiuitate, an quando fuerit conceptus.

Respondetur ex D.Thom.p.p.q.113.art.5. homini statim à sua natiuitate deputatus est ad custodiam Angelus, & expresse docet Hieronymus cit. à D.Thom. nempe quod vnaquæque anima ab ortu natiuitatis habet in custodiam sui Angelum deputatum, quia etsi non sit puer capax illuminationis in ordine ad vitam æternam, tamen puer multos alios effectus habet, qui ei competit, scilicet arcere demones, & alia nocumenta, tam corporalia, quam spiritualia prohibere. *D.Tho.* *Hieron.*

Dicitur præterea, quod quandiu puer est in vtero materno non totaliter à matre separatus, probabiliter dici potest, ait D.Thom. loc. cit. *D.Tho.*

dicti Michaelis, quibus partim in Occidentali, partim in Orientali Ecclesia per multa miracula conspicuum se fecit, hinc tot basilicæ in orbe terrarum illi erectæ sunt. Prima in Apulia in Monte Gargano, ab ipsomet Michaele ædificata. Secunda Romæ in Monte Adriani à Bonifacio Papa, quod ibi visus fuit Michael in signum pestis cessantis, gladium exertum in vaginam recondere. Tertia Romæ, apud Vaticanum à Leone Papa Quarto ob deuictos Saracenos. Quinta prope Bizantium, quæ multis miraculis est illustrata. Sexta, in Gallis à S. Ansperto Episcopo, vide Baron. in Martyrol. ad diem 8. Maij, & Procopium in libro de Ædificijs Iustiniani Imperatoris, vbi numerat sex Basilicas ab eodem Imperatore in honorem S. Michaelis Archangeli excitatas.

Baron.
Procopio.

Quæstio Decima. An aliqui Angeli præsint Regnis, & Prouincijs.

RESpondetur singuli Regnis, atque Prouincijs etiam infidelium singulos Angelos esse propositos dicunt pleriq; Patres, teste Beccano de Custodia Angelorum c.6. & confirmant ex c. 10. Danielis, vbi introducuntur quatuor Angeli, quorum vnus erat Princeps Persarum, alter Princeps Græcorum, tertius Gabriel Angelus Princeps captiuorum in Perside, quartus Michael Princeps populi Dei. Inter Principẽ Persarum, & Gabrielem erat dissensio, an Iudæi

Beccano.

dei essent liberandi ex Perside nec ne? Negabat Princeps Persarum, Gabriel affirmabat: nimirum vterque causam agebat pro gente sibi commissa. Nam Gabriel contendat, Iudæos liberandos esse, ne si diutius in Perside hærerẽt, paulatim imbiberent mores Persarum, & relicto vero Deo, ad idola se conuerterent. alter contra vrgebat, persistendum esse in Perside, tum quod Persæ discerent à Iudæis cultum, & religionem veri Dei, tum etiam, quod Iudæi meliores essent rebus aduersis, quam prosperis.

Quæstio Vndecima. Vtrum Angelus deputetur homini ad custodiam à sua natiuitate, an quando fuerit conceptus.

REspondetur ex D.Thom.p.p.q.113.art.5. homini statim à sua natiuitate deputatus est ad custodiam Angelus, & expresse docet Hieronymus cit. à D.Thom. nempe quod vnaquæque anima ab ortu natiuitatis habet in custodiam sui Angelum deputatum, quia etsi non sit puer capax illuminationis in ordine ad vitam æternam, tamen puer multos alios effectus habet, qui ei competit, scilicet arcere demones, & alia nocumenta, tam corporalia, quam spiritualia prohibere. *D.Tho.* *Hieron.*

Dicitur præterea, quod quandiu puer est in vtero materno non totaliter à matre separatus, probabiliter dici potest, ait D.Thom. loc. cit. *D.Tho.*

fed ad 3. quod Angelus, qui eſt in cuſtodia matris, cuſtodiat prolem exiſtentem in matris vtero. Tertullianus de anima c. 37. dicit incipere cuſtodiam Angelorum quando eſt cõcepta proles, & eſt in vtero matris, idem Anſelm. in Elucidario.

Tertul. *Anſelm.*

Quæſtio Duodecima. Vtrum Angelus Cuſtos quandoque deſerat.

D.Th.

Reſpondetur ex D.Thom. loc. cit. ſed art.6. quod Angelus homini ad cuſtodiam deputatus, numquam ex toto ipſum dimictit, ſed permictit quandoque in malum tam culpæ,quã pænæ cadere, ex lege permiſſionis diuinæ ad tempus propter hominis maius bonum; vnde & ſi Angelus interdum derelinquat hominem loco, non tamen derelinquit eum quantum ad effectum cuſtodiæ: quia etiam cum eſt in cęlo cognoſcit quid circa hominem agatur. Nec indiget mora temporis,ad motum localem, ſed ſtatim poteſt adeſſe.

Quæſtio Decimatertia. Vtrum Angeli doleãt de malis eorum, quos cuſtodiunt.

D.Tho.

Reſpondetur ex D.Thom.loc.cit.ſed art. 7. quod Angeli non dolent, neque de peccatis, neq; de pœnis hominum, triſtitia enim, & dolor ſecundum Auguſt.non eſt niſi de his,qui contrariantur voluntati.

Nihil

Nihil autem accidit in mundo, quod sit contrarium voluntati Angelorum, & alienorum Beatorum, quia voluntas eorum totaliter inheret ordini diuinæ iustitiæ. Nihil autem fit in mundo nisi quod per diuinam iustitiam fit, aut permittitur. Et ideo simpliciter loquendo nihil fit in mundo contra voluntatem Beatorum.

Præterea vbi est tristitia, & dolor non est perfecta felicitas, vnde dicitur Apoc. 21. mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor: sed Angeli sunt perfecti Beati: ergo de nullo dolent.

Sed obijcies dicitur Isai. 33. Angeli pacis amare flebunt, sed fletus, est signum doloris, & tristitiæ ergo.

Respondetur ex D. Th. l. cit. ad 1. quod verbum illud Isai. 33. intelligi potest de Angelis, ideft nuntijs Ezechiel, qui fleuerunt propter verba Rapsacis, de quibus habetur Isai. 37. Et hoc secundum sensum litteralem. Secundum allegorium Angeli pacis sunt Apostoli, & prædicatores, qui flent pro peccatis hominum: secundum sensum anogogicum, metaphorica erit locutio, ad designandum, quod Angeli volunt in vniuersali hominum salutem. Sic enim Deo, & Angelis huiusmodi passiones attribuuntur. *D. Th.* *Isai.* *Isai.*

Quæ-

Quæritur 14. vtrum inter Angelos possit esse pugna, seu discordia.

D. Th. Respondetur ex D.Th.l.cit. sed art. 8. quod in Angelis pugna esse potest non discordia colligitur ex Daniel 10. ex persona Gabrielis.
Daniel. Princeps Regni Persarum restitit mihi viginti, & vno diebus. Hic autem Princeps Persarum erat Angelus Regno Persarum in Custo-
Hierony. diam deputatus, quæ verba Hieronym. exponit dicens Principem Regni Persarum esse Angelum, qui se opposuit liberationi Populi Israelitici, pro quo Daniel orabat, Gabriele præsentante preces eius, & quia erant diuersa merita, & peccata hominum illius Regni, idcirco consulenda erat sapientia diuina, ad cognoscenda merita, & demerita illius populi,& ideo potuit esse pugna inter Angelos, sed non discordia, quia omnes Beati Angeli volunt, quod vuult Deus, sed quia ea, de quibus consolunt, sunt repugnantia, idcirco potuit esset pugna inter Angelos Beatos.

Quæstio Decimaquinta, vtrum singuli homines à distinctis Angelis custodiantur.

Respondetur ex Suarez de Angelis, lib. 6.c. 17.num.10. verisimilius esse vnum Ange-
Suarez lum numquam custodire simul, nisi vnum hominem, quia Angelus Custos non potest esse simul

simul in pluribus locis, & sæpe poteſt contingere, vt duo homines loco diſtantes indigeant locali præſentia, & aſſiſtentia ſui Angeli, vnde ſi eſſet vnus,& idem non poſſet vtrique conuenienter ſubuenire.

Quæſtio Decimaſexta, an ſinguli Angeli ſucceſſiuè plures homines cuſtodiant.

Reſpondetur affirmatiuè ex Suarez l. cit. & ratio eſt,quia numerus omnium hominum ſucceſſiuè exiſtentium à principio vſque ad finem mundi maior videtur eſſe quam numerus Angelorum ergo vnus Angelus debet plures homines cuſtodire, nempè mortuo primo homine, quem cuſtodit alium cuſtodire, quod fundamentum magis vrgebit, ſi ſupponamus, ſolos Angelos infimi ordinis ad cuſtodiam ſingulorum hominum priuatorum deſtinari. Nihilominus dicit Suarez hoc fundamentum eſſe incertum, & nihil certi poſſe dici. *Suarez* *Suarez*

Quæſtio Decimaſeptima, an vnuſquiſque hominum peculiarem habent Angelum impuguatorem, ſicut habet Cuſtodem.

Reſpondetur ex communi Theologorum ſententia teſte Suarez de Angelis lib. 8. c. 21. num. 30. vnumquemque hominem duos habere Angelos bonum, & malum, & ſumi poteſt *Suarez*

test ex illo 2. ad Cor.12.datus est mihi spiritus Satanæ, qui me colaphizet, & patet etiam ex Psal.108.& Diabolus stet à dextris eius.Colligitur etiam ex Patribus, & præsertim ex Tertulliano lib.de anima, c.57.qui dicit,nullus pene hominum caret Demonio.

Tertull.

Sed Petes, à quo tempore Demon deputetur ad impugnandum hominem.

RESpondetur hoc dependere à supradictis de Custodia Angelorum, nam qui dicunt incipere Custodiam Angelorum à tempore conceptionis in vtero matris, tunc etiam incipere assistentiam Demonis, sed qui dicunt incipere Custodiam Angelorum tempore natiuitatis, tunc etiam incipere assistentiam Demonis, ita Suarez de Angelis lib.8.c.21.n.32.

Suarez

Quæstio Decimaoctaua, quamdiù duret hæc assistentia Demonis,quæstio est,an Demon impugnatur semel,vel iterum suum alumnum tentans, si ab illo superetur, recedat itaut amplius illum non impugnet, sed loco illius alius substituatur.

Suarez

RESpondetur ex Suaraz l. cit. Angelum impugnatorem, etiamsi sæpius vincatur, non propterea recludi, nec priuari officio suo,vt sic dicam, nec perpetuò recedere ab instantia tentandi

tandi eandem perſonam ſibi commiſſam, vel etiam aliam, ſi occaſio tulerit, ſiue in eodem genere vitij, ſiue in alio, & interdum fortiùs quam antea nam vt ait Cyprianus Epiſtola 6. fortiorem magis aggreditur, & acrior factus, hoc ipſo, quod victus eſt, ſuperantem ſuperare conatur, & in hoc conueniunt omnes Theologi. *Cyprian.*

Sed Petes, an ſaltem ad tempus recedat.

RESpondetur ex D. Th. 1. p. q. 114. art. 5. quod Demon ſuperatus vacat à tentatione eiuſdem non ſemper, ſed vſque ad tempus, vt dicitur ex Luc. 4. quod conſumata omni tentatione Diabolus receſſit à Chriſto vſq; ad tempus, & ratio eſt, quia vt Chryſ. dicit vt ſuper Matth. nō tādiù homines Diabolus tentat, quamdiù vult, ſed quamdiù Deus permittit. *D.Th.* *Chryſoſt.*

Præterea Ambroſius dicit ſuper Lucam, quod Diabolus inſtare formidabat, quia frequentius refugit triumphari. *Ambroſ.*

Quod tamen aliquando Diabolus redeat ad eum, quem demiſit, patet per illud, quod dicitur Matth. 12. reuertar in domum meam, vnde exiui.

Quæſtio Decimanona, an aliquando plures Demones tentent vnum hominem.

RESpondetur ex Suarez l. cit. ſed num. 35. affirmatiue; immo addit Suarez aliquando in- *Suarez*

arbitrij motus emergunt. Non negatur tamen, quod interdum omne genus peccati proueniat ex Demonum ſuggeſtione,

Quæſtio Vigeſimaſecunda. Vtrum demones poſſint homines ſeducere.

Reſpondetur ex D.Thom. loc.cit. ſed art.3, affirmatiuè nempè poſſe demonem hominem ſeducere, nam ait Auguſt. lib. 83. quæſt, quod magicis artibus fiunt miracula, plerumq; ſimilia illis miraculis, quæ fiunt per ſeruos Dei. *D.Th.* *Auguſt.*

Sed non ſunt propia miracula illa, quæ fiunt magicis artibus; nam miraculum propie dicitur quid fit præter ordinem totius naturæ creatæ ſub quo ordine continetur omnis virtus creata. Dicitur tamen quandoque miraculum largè, quod excedit humanam facultatem, & conſiderationem; & ſic demones poſſunt facere miracula; quæ ſcilicet homines mirantur, in quantum eorum facultatem, & cognitionem excedunt,

Quæſtio Vigeſimatertia. An poſſunt demones immutare corpus humanum in corpus beſtiale.

Reſpondetur ex D. Th. 1. p. q. 114. art.4. ad 2. quod demon non poteſt commutare corpus humanum in corpus beſtiale, quia hoc *D.Tho.*

non

non potest fieri virtute naturæ. Verum transmutationes corporalium rerum, quæ possunt fieri per aliquas virtutes naturales, ad quas pertinent semina, possunt fieri per operationem demonum, adhibitis seminibus, sicut cum aliquæ res transmutantur in serpentes, vel ranas, quæ per putrefactionem generari possunt. Et si aliquãdo aliqd tale operatione demonũfieri videatur, hoc non est secundum rei veritatem, sed secundum apparentiam tantum, quod dupliciter contingere potest, vno modo ab interiori, secundum quod demon potest mutare phantasiam hominis, & etiam sensus corporeos, vt aliquid videatur aliter quam sit, & hoc etiam interdum fieri dicitur virtute aliquarum rerum corporalium; alio modo ab exteriori. Cum enim demon possit formare corpus ex aere cuiuscunque formæ, & figuræ, vt illud assumens in eo visibiliter appareat: potest eadem ratione circumponere cuicumque rei corporeæ quamcumque formam corpoream, vt in eius specie videatur. itaque potest demon formare in phantasia vnius hominis aliquam speciem, & offerre sensibus similē speciē alterius.

Sed petes, An serpentes, & ranæ tempore Pharaonis fuerint generatæ virtute demonum. & an veræ fuerint.

D.Tho. Respondetur ex D.Thom.p.p.q.114. art.4. virtute demonum fuisse generatas, scilicet semi-

ſeminibus adhibitis, vt ſupradictum eſt,& corpora realia, & non phantaſtica fuiſſe. idem dicitur quando ignis de cælo cecidit , & familiã Iob cum gregibus pecorum vno impetu conſumpſit, & turbo domum deijciens, filios eius occidit, quæ fuerunt opera ſatanæ,& non fuerunt phantaſmata, vt Auguſt. dicit 2.de Ciuitate Dei *Auguſt.*



DE MISSIONE ANGELORVM.

Quæstio Prima, vtrum Angeli in ministerium mittantur.

D. Tho.

RESpondetur ex D. Th. 1. p. q. 111. art. 1. quod aliqui Angeli speciali quodam modo mittuntur à Deo in ministerium creaturæ corporalis in Deũ dirigendæ, vel deducendæ. Vnde dicitur Exod. 23. ecce ego mittam Angelum meũ, qui præcedat te: ratio esse potest, quia res ordinis inferioris debent gubernari ab ordine superiori, sed ordo superior est Angelus cum sit creatura pura spiritualis ergo.

Quæstio Secunda, vtrum omnes Angeli in ministerium mittantur.

D. Tho.

Dionys.

RESpondetur ex D. Th. l. cit. sed art. 2. quod non omnes Angeli mittuntur, sed quidam assistunt, vt patet etiam ex Dionysio, cit. ab eodem D. Th. superiora agmina vsum exterioris ministerij nequaquam habent; ratio est, quia hoc habet ordo diuinæ Prouidentiæ non solum

in

in Angelis, ſed etiã in toto vniuerſo, quod inferiora per ſuperiora adminiſtrantur.

Sed ab hoc ordine in rebus corporalibus aliquando ex diuina diſpẽſatione receditur propter altiorem ordinem ſecundum ſcilicet quòd expedit ad gratiæ manifeſtationem; vt patet in Cęco nato,& in Lazaro reſuſcitato,nam à Deo immediatè factum eſt, abſque alia actione Cęleſtium corporum, vt cæcus, lumen reciperet, & mortuus vitam, vt docet D.Th.l.cit. D. Th.

Sed obÿcies,dicitur ex Paul.ad Hebr.1.omnes ſunt adminiſtratorÿ ſpiritus in miniſterium miſsi:& Seraphim miſſus eſt ad purgandũ labia Prophetæ: vt habetur Iſai.6.ergo omnes Angeli mictuntur etiam ordinis ſuperioris.

Reſpondetur ex D.Th.l.cit. ad prim.quod ſicut in miſſionibus diuinarum perſonarũ aliqua eſt viſibilis, quæ attenditur ſecundum creaturam corpoream; aliqua inuiſibilis, quæ fit ſecũdum ſpiritualem effectum: ita in miſſionibus Angelorum aliqua dicitur exterior, quæ ſcilicet ad aliquod miniſtetium circa corporalia exhibendum. Et ſecundum hanc miſſionem non omnes mictuntur. Alia eſt inferior ſecundum intellectuales effectus prout ſcilicet vnus Angelus illuminat alium, & ſic omnes Angeli mictuntur. D. Th.

Quantum vero ad Seraphim, qui missus est ad purgandum labia Prophetæ.

D. Th. Respondet idem D.Th.l.cit.ad 2.quod prędictus Angelus fuit de inferioribus Angelis. Sed dictus est Seraphim idest incendens æquiuocè propter hoc, quod venerat ad incendendum labia Prophetę, vel dicendum, quod superiores Angeli communicant propia dona, a quibus denominantur mediantibus inferioribus Angelis. Sic igitur vnus de Seraphim dictus est purgasse incendio labia Prophetæ: nõ quia hoc ipse immediate fecerit, sed quia inferior Angelus virtute eius hoc fecit. Sicut Papa dicitur absoluere aliquem, etiam si per aliũ impendat officium absolutionis.

Quæstio Tertia vtrum, Angeli, qui mittuntur assistant.

D. Th. Respondetur ex D. Thom. l. cit. sed art. 3. quod omnes Angeli ministrantes assistunt, diuinam essentiam videndo, sed soli supremi assistunt, diuina tantum percipiendo mysteria, quæ & in ipso sunt, vt patet ex similitudine eorum, qui alicui Regi famulantur. Quorum aliqui semper ei assistunt, & eius præcepta immediatè audiunt; alij verò sunt, ad quos præcepta regalia per assistentes nuntiantur, ita Angeli assistentes immediatè à Deo illuminantur, & inferiores Angeli per superiores illuminatur.

Ait

Ait prætérea D. Th. l. cit. art. 3. ad 4. quod superiores Angeli plura percipiunt, quam inferiores, de quibus illuminant alios, & intelligit D. Th. hoc etiam de Angelis primæ Hierarchiæ, nam supponit omnes Angelos primæ Hierarchiæ immediatè à Deo illuminari, & inter eos adesse Angelos superiores, & vnum eorum percipere plura, quam inferiorem, & dat exemplum de eis, qui assistunt Regi, & dicit quod vnus plura scit de secretis, quàm alius. D. Th.

Quæstio Quarta, vtrum Angeli secundæ Hierarchiæ, omnes mictantur.

RESpondetur ex D. Thom. loc. cit. sed art. 4. quod non omnes Angeli secundę Hierarchiæ mictuntur, nam dicit Dionys. cit. à D. Th. quod dominationes sunt Angeli secundæ Hierarchiæ, & sunt maiores omni subiectione. Sed micti in ministerium ad subiectionem pertinet. Ergo non omnes Angeli secundæ Hierachiæ mictuntur. D. Th. Dionys.

Præterea probatur in nomine dominationum non importatur aliqua execution, sed sola dispositio, & imperium de exequendis, vt per se patet, quod non est sic respectu Angelorum, & Archangelorum, nam hi denominantur a denunciando, ergo non omnes Angeli secundæ Hierarchiæ mictuntur.

Sed petes, primo, quot sunt Hierarchiæ, & Chori Angelorum.

Dionys. Molin. Respondetur ex Dionys. c. 6. & ex communi Theologorũ sẽtẽtia apud Molin. 1. p. q. 108 tres esse Hierarchias. in suprema Hierarchia continentur Seraphini, Cherubini, & Throni. In secunda Dominationes, Virtutes, & Potestates. In tertia principatus Archangeli, & Angeli, & esse nouem Choros Angelorum, vt patet ex supranumeratis, & colligitur Scriptura, & Patribus teste Suarez de Angelis l. 6. c. 10. num. 7. Suarez.

Petes Secundo, quid significat Hierarchia.

Molin. Dionys. Respondetur quod Hierarchia non est aliud nisi Sacer Principatus; vt ait Molina l. cit. Sed Dionys. de Cælesti Hierarchia c. 3. non est aliud nisi Sacer ordo.

Petes Tertio, vtrum multitudo Angelorum transcendat omnem materialem multitudinem.

D. Th. Respondetur ex D. Th. 1. p. q. 112. art. 4. ad 2. affirmatiuè, & ratio est, quia quod est melius, est magis à Deo intentum, & multiplicatum: sed Angeli sunt meliores omni re materiali ergo.

Pe-

Petes Quarto, an sint plures Angeli assistentes, quam ministrantes.

RESpondetur ex D.Th.1.p.q.112 art.4.ad 2. quod plures sunt Angeli assistentes, quàm ministrantes, quia quod est melius, est magis intentum à Deo, & multiplicatum, vt supradictum est: sed Angeli assistentes sunt meliores, quam ministrantes ergo sunt plures Angeli assistentes, quam ministrantes, & patet ex Daniele c.7. millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei ergo multo plures dicuntur assistentes, quam ministrantes. Nec tamen hoc pro tanto dicitur, quia tantus solum sit Angelorum numerus; sed multo maior: quia omnem multitudinem materialem excedit. Quod significatur per multiplicationem maximorum numerorum supraseipsos, scilicet denarij, centenarij, & millenarij, vt Dionys. dicit cit. à D. Th. 1. p.q. 112. art.4. ad 2. **D.Tho.** **Dionys.**

Petes Quinto, quot sunt munera Angelorum cuiuslibet Hierarchiæ.

RESpondetur Angeli primæ Hierarchiæ supremi sunt Seraphini, & ij sunt magis coniuncti Deo per charitatem, & sunt magis familiares, & amici Dei, & hoc meruerunt. Dum fuerunt in via media eorum charitate.

Medij primæ Hierarchiæ sunt Cherubini, hoc est pleni scientia diuina. Infimi sunt Throni hoc est sedes Dei pacati, ac tranquilli, & apti, in quibus Deus inhabitet, tamquam in sua Sede, & Throno, ita Dionys. c. 7. inter Angelos mediæ Hierarchiæ scilicet secundæ. Supremi Angeli sunt dominationes, quorum est præsidere, ac statuere mandanda excutioni. Medij dicuntur virtutes, quorum est miraculis inseruire, quæ in confirmationem fidei, & commune bonum totius Ecclesiæ cedunt. Infimi dicuntur potestates, quorum est cohibere, alligare, & arcere Demones.

Dionys.

Inter Angelos vero infimæ Hierarchiæ, ad quos executio regiminis in particulari spectat. Supremi Angeli sunt potestates, qui Regibus, Episcopis, & capitibus Regiminis mundi huius inferioris sunt præpositi; & de horum numero videntur esse Princeps Persarum, & Grecorum, de quibus Daniel 10. est sermo. medij vero tertiæ Hierarchiæ sunt Archangeli, qui præpositi sunt Prouincijs Regionibus, Ciuitatibus, &c. dicuntur Archangeli idest Principes nuncij. Infimi denique dicuntur Angeli, qui præpositi sunt singulis priuatis personis, quas creditas habent suæ custodiæ, ita Molina p. p. q. 108.

Molin.

Aduertit præterea idem Molina l. cit. quod aliquando dicuntur Angeli Seraphini propter charitatem, & Cherubini propter scientiam, non quod re ipsa sint primæ Hierarchiæ, sed

prop-

propter commune bonum, quod cum illis Angelis primæ Hierarchiæ habent, sed non ita in gradu heroico sicut illi.

Dicit denique idem Molina l. cit. quod aliquando imponitur Angelis primæ Hierarchiæ puta Seraphinis, nomen alterius Hierarchiæ, non quod propiè sint tales; sed ad significandum Angelum alterius Chori, vt Michael dicitur Archangelus, & tamen dicit Molina l. cit. probabile esse, quod Michael sit Angelus supremæ Hierarchiæ; quandoquidem pugnauit cum Dragone, & victoriam illam magnam adeptus est, vt dicitur Apoc. c. 12. *Molin.*

Gabriel denique, qui Incarnationis mysterium B. Virgini nunciauit, Angelus dicitur, & tamen ad annunciãdum Dei matri tantũ mysterium verisimile esse aliquem de Seraphim esse delegatum: præsertim cum omnes Angeli sint administratorij spiritus in ministerium missi, vt Paul. ad Hebr. 1. affirmat.

Petes Sexto, vtrum homines assumantur ad ordines Angelorum.

RESpondetur ex D. Th. 1. p. q. 109. art. 1. quod homines nullo modo assumi possũt ad ordines Angelorum, quantum ad donum naturæ, quia semper remanet distinctio, sed quantum ad donum gratię homines assumi possunt ad ordines Angelorum, quia donum gratiæ dependet ex liberalitate Dei, non ex dono *D. Th.*

gratiæ,

gratiæ, & ideo per donum gratiæ homines mereri possunt tantum gloriam, vt Angelis æquẽtur secundum singulos Angelorũ gradus. Vnde dicitur primo Matth. 22. de Sanctis, quod erunt sicut Angeli Dei in Cælo. secundo Luc. 20. dicitur, quod filij resurrectionis erunt ęquales Angelis in Cælis. Vnde ait Molina 1. p. q. 109. quod qui homines æquauerint Seraphinos aut etiam aliquantulum excesserint, si fortè aliquis præter B. Virginem supremum Seraphinorum excederit, collocabuntur cum Seraphinis: qui vero æquauerint Cherubinos, collocabuntur cum Cherubinis, & ita de cæteris ordinibus.

Molin.

Hi denique qui ante vsum rationis decesserunt, aut in futurum decedent cum sola gratia baptismali, aut cum gratia, quam consequebãtur ij, quibus circumcisio, aut remedium, quod in lege naturæ erat contra peccatum originale applicabatur, nec non alij peruenientes ad vsũ rationis, qui exigua admodum merita ex hac vita deferunt, licet credendum sit eos esse inferiores, gratia meritis, & premio, infimo omnium Angelorum, annumerabuntur tamen, & associabuntur infimo Choro Angelorum: nõ secus, ac infimus Angelorum illius Chori annumerantnr reliquis, esto ab eis gratia, & meritis excedatur.

Non solum Christus Dominus quatenus homo, sed, & Domina nostra longo interuallo exaltata est super Choros Angelorum ad Cæ-

lestia

lestia Regna comparaturque ad Angelorum Choros tamquam eorum Regina, & Domina, quam cum filio suo Angelorum Rege, & Domino, per infinita sæculorum secula venerantur, & laudant.

Quæstio Quinta, vtrum Angelus possit illuminare hominem.

Respōdetur ex D.Th.1.p.q.111.art. 1. affirmatiuè, Dionysius in c. 4. de Cælesti Hierarchia docet, quod reuelationes diuinorum perueniunt ad homines mediantibus Angelis, huiusmodi autem reuelationes sunt illuminationes ergo &c. Præterea homines sunt natura Angelis inferiores, ergo per ipsos illuminantur; nam ordo diuinæ prouidentiæ habet, vt actionibus superiorum inferiora subdantur, ergo sicut inferiores Angeli illuminantur per superiores, ita homines, qui sunt Angelis inferiores, per eos illuminantur. *D. Th.* *Dionys.*

Quæstio Sexta, vtrum quidam Angeli alios illuminent.

Respondetur ex D.Thom. 1.p.q. 106. art.1. affirmatiuè, nempè vnum Angelum alium illuminare, vt patet etiam ex Dionys. de Cælest. Hierarchia c. 8. vnde dicit, quod Angeli secundæ Hierarchiæ purgantur, & illuminantur, & pficiūtur p Angelos primæ Hierarchię. *Dionys.*

Sed

Sed Petes Primo, in quo consistat eiusmodi illuminatio.

D.Tho. RESpondetur ex D. Thom. l.cit. quod illuminatio consistit, in quadam manifestatione veritatis secundum illud ad Ephes. 5. omne quod manifestatur lumen est. Vnde illuminare est tradere alij manifestationem agnitæ veritatis.

Petes Secundo, quomodo vnus Angelus illuminat alium.

D.Tho. REspondetur ex D. Thom. l.cit. quod sciendum est ad intelligendum duo concurrere, scilicet virtutem intellectiuam, & similitudinem rei intellectæ, quoad virtutem intellectiuam, Angelus superior fortificat virtutem intellectiuam alterius Angeli inferioris. Sicut enim virtus imperfectioris corporis confortatur ex situali propinquitate perfectioris corporis, vt minus calidum crescit in calore ex præsentia magis calidi: ita virtus intellectiua inferioris Angeli confortatur ex conuersione superioris Angeli ad ipsum. quoad similitudinẽ rei intellectæ superior Angelus notitiam accipit in vniuersali quadam conceptione, ad quã capiendum inferioris Angeli intellectus non esset sufficiens, sed est ei connaturale, vt magis particulariter veritatem accipiat. Superior vero

ro Angelus veritatem, quam velociter concipit, quodammodo distinguit, vt ab inferiori capi possit, & sic eam cognoscendam illi proponit: sicut etiam apud Doctores, quod in summa capiunt, multipliciter distingunt prouidentes capacitati aliorum.

Petes Tertio, de quibus rebus vnus Angelus potest alium illuminare.

RESpondetur ex Capreolo in 2.dist. 11.q. 2. art.3.Herueo dist.9.q.9.1.art.2.ad 3.quos sequitur Suarez de Angelis lib.6.c.14.num.13 Angelos non illuminari ab alijs Angelis de his, quæ in verbo formaliter vident, seu de his, quæ per eandem visionem Dei vident; siue dicantur ea videre in Deo, siue cum Deo, quia iuxta communem sententiam Theologorum, quæ videntur in verbo, simul à principio visionis Dei immutabiliter, & sine vlla successione videntur in verbo, illuminationes ergo Angelorum inter se fiunt cum successione, & ideo dicuntur duraturæ vsque ad diem iudicij nempe de his, quæ pertinent ad dispositionem mũdi, & præcipuè ad salutem electorum, vt ait D. Th.1.p.q.107.art.4.ad 3, ergo dicendum est illuminationes fieri de his rebus, quæ non vidēt alij Angeli, in verbo, dixi formaliter, quia de eodem ministerio in verbo cognito possunt nouæ circumstantiæ, & rationes, vel circumstãtiæ reuelari. Hoc colligitur etiam ex D. Th.1.

Capreol. *Suarez* *D.Th.*

p. *D.Th.*

p.q. 106. art.1. ad 1. vbi dicit, quod ſuperior Angelus plura in Deo de rationibus diuinorũ operum cognoſcit, quam inferior, & de his eũ illuminat.

Quæ vero denuo reuelantur Angelis reuelantur medijs ſpeciebus, & lumine neceſſario ad illam cognitionem ab ipſo Deo.

Petes Quarto, vtrum Angelus inferior ſuperiorem illuminet.

D.Th. RESpondetur ex D.Th.1.p.q.107.art.3.quod nunquam inferiores Angeli illuminant ſuperiores, ſed illuminantur ab illis; ratio eſt, quia Angeli ſuperiores ſunt propinquiores Deo, & ſunt gradus ſublimiores, ac ſciẽtia clariores, ergo ab inferioribus Angelis nõ poſsũt illumiari.

Petes Quinto, vtrum Angelus ſuperior ſemper illuminet inferiorem.

D.Th. RESpondetur ex D. Th. l.cit.ſed art.4.quod ſuperiores Angeli ſemper inferiores illuminant de omnibus, quæ nouerunt, ſic tamen quod ſemper remanent in ſuperiori ordine perfectiorem ſcientiam habentes, quia omnes creaturæ ex diuina bonitate participant, vt bonum, quod habent, in aliam diffundat, nam de ratione boni eſt, quod ſe alijs communicet, & inde etiam eſt, quod agentia corporalia ſimilitudinem ſuam alijs tradunt, quantum poſſunt.

Quan-

Quanto igitur aliqua agentia magis in participatione diuinæ bonitatis constituuntur, tanto magis perfectiones suas nituntur in alios transfundere, quantum possibile est, Vnde B. Petrus monet eos, qui diuinam bonitatem per gratiā participat dicens prima Petr. 4, vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Multo igitur magis Sancti Angeli, qui sunt in plenissima participatione diuinæ bonitatis quidquid à Deo percipiunt, subiectis impartiuntur. Non tamen recipitur ab inferioribus, ita excellenter, sicut est in superioribus, Et ideo superiores semper remanent in altiori ordine, & perfectiorem scientiam habentes. Sicut vnam, & eamdem rem plenius intelligit magister, quam Discipulus, qui ab eo addiscit. *B. Petr.*

Quæstio Septima, quo progressu, & ordine supernaturales illuminationes Angelorum à Deo vsque ad infimos Angelos deriuantur.

Antequam respondeam.

SVppono ante incarnationem necessarium esse, vt omnis illuminatio immediatè fiat ab ipso Deo alicui Angelo Beato, quia inter Deum, & totam collectionem Angelorum nullum erat medium ergo tunc necessarium erat illuminationē Angelorum immediatè inchoari

ri à Deo per diuinitatem ipsam circa aliquem Angelorum.

Suarez

Post incarnationem, ait Suarez tract. de Angelis lib. 6. c. 15. nu. 1. credendum est, illuminari omnes Angelos etiam supremos à Christo Domino tamquam à capite, & principali auctore salutis, ad quam salutem hæ illuminationes ordinantur. Nunc autem, quia Christus Deus est, sub Deo ipsum comprehendimus.

His positis.

RESpondetur primo, omnes Angelos primæ Hierarchiæ secundum ordinariam legem à Deo immediatè iiluminari; licèt aliquando etiam mediatè illuminentur, prima pars patet ex D.Th. 1. p. q. 112. art. 3. & ex Dionys. c. 7. de Cælest. Hierarch. Ratio est quia omnes illi Angeli illius Hierarchiæ, etiamsi diuersorum ordinum sint, sunt propriè assistentes, & à propiè ministrantibus distinguntur: sed vna, & præcipua conditio astenssistentium est, vt habeant immediatam habitudinem ad Deum, vt secretà, & mysteria eius ab ipso immediatè accipiant, & de illis illuminentur. Vnde Regula illa, qnod Deus illuminat Angelos inferiores per Superiores non est in Vniuersum, & absolutè intelligenda de omnibus ordinibus Angelorum, sed de illis, qui ex conditione suæ naturæ, seu status non habent immediatè illuminari a Deo, neq; ei specialiter assistunt. quapropter licèt Angeli primæ Hierarchiæ inæquales sint, vel in ordinibus, & generibus, vel

D.Th.
Dionys.

etiam

etiam in speciebus intra eundē ordinē;nihilominus in aliqua conditione,vel differentia generica conueniunt, In qua habent quandam æqualitatem, ratione cuius omnes sunt à Deo immediatè illuminabiles, non solum secundum absolutam potentiam, sed etiam secundum ordinariam legē. secundā partē nimirum,aliquādo Deum intra eandem primam Hierarchiam illuminare quosdam Angelos per alios docet D.Th.1.p.q.112,art.3.ad 4.& q.113.art.2.ad 2. quem sequitur Suarez tract. de Angelis lib. 6.cap.15.nu.6.quia licèt omnes Angeli primæ Hierarchiæ in hoc habeant aliquam communicationem,& similitudinem, non tamen habēt perfectam æqualitatem;ergo quamuis aliquando omnes immediatè à Deo audiant mysteria, non est necesse , vt semper,& in omnibus ita doceātur. confirmat hoc D.Tho.l. cit.morali exemplo , quia inter Principes , qui Regi assistunt, vnus familiarius agit cum Rege,& plura secreta ab illo audit, quàm alius. *D.Th.* *Suarez* *D.Th.*

Tertiā partē tradit D.Tho.in varijs locis,& præcipuè 1.p.q.106. art.3.ex Regula Dionysij cap. 3. de Cælest. Hierarchia, quod Deus per superiora inferiora gubernat , quam legem in Cælesti Republica , quæ ordinatissima est, obseruari oportuit.quamuis ergo Deus de multis rebus omnes assistentes Angelos;immediatè illuminet; nihilominus quando vult vnum ex illis per alium illuminare, semper vtitur Superiori tamquam ministro ad illuminandum;& è *D.Tho.* *Dionys.*

contrario. Vndè fit quod si omnes Angeli specie differunt, solus vnus Seraphim supręmus à solo Deo, vel Christo semper illuminatur secundum ordinariam legem. quia non habet superiorem Angelum, quo mediante illuminetur. Si autem sunt plures Seraphini eiusdem speciei suprçmæ, omnes illi, quoties illuminantur, à solo Deo immediatè illuminantur: quia sicut non illuminatur Superior ab inferiori, ita neque ab æquali, quia in eis non inuenitur fundamentum talis regiminis.

Respondetur secundo, quādo Deus aliquos Angelos immediatè illuminat, non est necesse, vt illuminatio illa omnibus alijs eiusdem Hierarchiæ communicetur, vt v. g. si illuminentur Seraphini non est necessum, vt illuminentur Cherubini, vel Throni, quia Seraphini recipientes illam illuminationem sunt omninò liberi ad non communicandam illam alijs, nisi præcipiantur: immo illam numquam communicabunt, nisi ex nutu, & voluntate Dei. potest autem Deus non habere talem voluntaté, immo contrariam, quia propter varias suæ prouidentiæ rationes, potest rem illam sub secreto, vt sic dicam, talibus Angelis, & non alijs reuelare. ita Suarez tract. de Angelis lib. 6. cap. 15. num. 8.

Suarez

Addit præterea Suarez l. cit. sed nu. 9. interdum fieri posse, vt inter Angelos, qui immediatè illuminantur à Deo aliqui inferiores recipiant illuminationem, quæ nec superioribus

com-

communicetur, nec inferioribus: vt v. g. quod Cherubini illuminentur, & non Seraphini, nec Throni, quia non est inconueniens quod inferior Beatus recipiat aliquod accidentale donũ, vel gaudium, aut quid simile, quod Beatiori non communicetur; tum quia in alijs donis nõ solum æqualis est, sed etiam excedit Superior, tum quia istæ reuelationes non semper fiunt, propter meritum, & dignitatem recipientis, sed in ordine ad ministeria aliorum Angelorum, etiam propter alias rationes Diuinæ Prouidentiæ propter quas rationes, potest etiã Deus interdũ aliquid occultare Superioribus, quod inferioribus quasi in secreto reuelet. vnde cõsequenter idem dicendum est de ipsis Seraphinis inter se, quatenus intra illum ordinem dantur etiam supremi Medij, & infimi: nam potest Deus reuelare aliqua inferioribus, quæ non reuelet Superioribus, propter easdem rationes.

Concludit deniq; Suarez l.cit.sed num. 14. fieri optimè posse, vt per illuminationes aliqua mysteria innotescant Angelis v. g. quæ neque Archangelis, neque Principibus nota sint, quia possunt ad eorum statum, vel ministerium pertinere, & non cæterorum, & possunt multa ipsis imperari, seu reuelari immediatè per aliquem Angelum secundæ Hierarchiæ, quæ ratio etiã probat vnum infimum Angelum posse de re aliqua illuminari, quam alij Angeli eiusdem ordinis ignorent; quia potest solus illuminare de re ad propium suum ministerium pertinen- *Suarez*

te. Et eadem ratione sequitur posse inferiores Angelos per illuminationes aliquas res scire, quàs multi ex superioribus Hierarchijs, & ex quocunque illorum ordine ignorant. Quia licet necessarium sit, vt illuminatio ad inferiores per superiores deueniant; non tamen vt per omnes superiores descendat, quia vnus Seraphim v. g. sufficit ad illuminandos omnes, vel quascunque dominationes, potestates, aut virtutes, vel omnes immediatè, & per se, vel inferiores ex illis, medijs superioribus eiusdem Hierarchiæ, prout voluerit, vel illi à Deo ordinatum fuerit; ergo poterunt tunc reliqui ordines, vel Angeli primæ Hierarchiæ ignorare illa, quæ secundæ reuelata sunt. Quia propter ordinem causalitatis, vel ministeria, non est necessarium, vt reuelatio illa, seu illuminatio illis communicetur; ergo propter solam concomitantiam, vel dignitatem id affirmari non potest, cum hoc pendeat ex Dei voluntate; & nihil repugnet, digniorem Angelum in quocunque gradu aliquid ignorare, quod inferior nouit, ex his, quæ supernaturalia sunt, & præsertim de his, quæ ab eis in verbo non formaliter videntur. Et idem cum proportione dicêdum est de tertia Hierarchia respectu secundę, vel tertiæ.

Suarez. Addit denique Suarez l. cit. sed n. 13. quod omnes ordines primæ Hierarchiæ immediatè illuminantur à Deo, quamuis non omnes in natura, vel gloria, æque illi similes sint; ergo simi-

militer omnes ordines secundę Hierarchiæ poterunt immediatè illuminari à prima Hierarchia, & à quolibet eius Angelo, etiamsi non omnes Angeli secundæ Hierarchiæ sint æque propinqui in natura, vel gloria Angelis supremæ Hierarchiæ, est enim eadem proportio; ergo illa veluti continua illuminationis communicatio per omnes ordines, vel species intermedias necessaria non est, & idem censet Suarez de tertia Hierarchia respectu superiorum. *Suarez*

Solum videtur probabile, tertiam Hierarchiam non illuminari nisi mediante secunda; sicut nec secunda illuminatur, nisi mediante prima, vt seruetur proportio, quamdiu sufficiens ratio differentiæ nobis nota non est. Inter Hierarchias verò ex prima proportionem sumemus. Nam sicut tota prima quoad illuminationem est sufficiens proportionata, & immediata ipsi Deo, saltem, vt immediatè ab ipso illuminari possit, licèt non ex necessitate id sēper fiat; ita secūda habet similitudinem ad primam, & tertia ad secundam, & in hoc sensu ait Suarez, verū erit q̧ Dionysius asserit c.13. de Cælest. Hierarchiá Deum illuminare supremos Angelos immediatè, & per medios illuminare extremos, hoc enim de tribus Hierarchijs facilè intelligitur, ad singulos verò ordines, vel species applicari non oportet, quia re vera non videtur necessarium, nec conuenienti ratione fundatum, & eodem modo explicanda sunt verba Athanasij dicentis ab Angelis su- *Suarez* *Dionys.* *Athanas.*

 premæ

premæ Hierarchiæ erudiri inferiores ordines, atque ita deinceps cæteros pro suo gradu. Hic enim ordo seruatur, quoties per singulas Hierarchias, & plures earum Choros diffunditur illuminatio;non est tamen necessariũ, vt per illa omnia media semper descendat.

Petes Primo, an Deus aliquando illuminet immediatè Angelos ministrantes, idest secundæ, vel tertiæ Hierarchiæ.

D.Tho. Respondetur ex D.Th. in quæstionibus disputatis q.9.de cognitione scientiæ Angelicæ art.2.quod probabile est nonnunquam inferiores Angelos non à superioribus, sed immediatè à Deo illuminari; sed rationabilius esse, ac diuinius semper inferiores, non à Deo immediatè, sed à superioribus illumtnari. Congruentiæ sunt secundũ D.Th.quia quo Angelicus ordo Deo est propinquior eo esse debet immutabilior.Item, quia in hoc quodammodo derogaretur dignitati superioris Angeli, si Deus, illo prætermisso inferiorem immediatè illuminaret.

Suarez Suarez vero tract.de Angelis lib.6.c.15.nu.16.videtur in oppositum inclinare, nempè non esse inconueniens, quod Deus aliquando immediatè illuminet Angelos inferiores,quia cognitio, & rationes prouidentiæ diuinæ occultissimæ sunt, & non solum propter vtilitatem, sed

ſed etiam propter dignitatem alicuius myſterij ab ipſo intenti, vel propter peculiarem fauorē alicuius ſanctæ perſonæ, vel propter alias cauſas nobis ignotas, poteſt Deus ordinem illum im mutare. Quod licèt nunc ignoretur, aliquādo fortaſſe reuelabitur Angelis, vel hominibus in patria, vt in maiorem Dei admirationem, & laudem rapiantur. Apertè autem ait Bernardus Epiſt.77. ad Hugonem Deum immediatè illuminaſſe Gabrielem, quando ad Virginem mictabatur. Niſi dicamus, Gabrielem fuiſſe ſupremum, vel ex ſuprema ſpecie Seraphinorum quod difficilius creditu eſt, magiſque doctrinæ D.Th. repugnat. *Bernard.* *D.Tho.*

Petes Secundo, an inferior Angelus interdum illuminet ſuperiorem.

RESpondetur ex communi Theologorum ſētentia teſte Suarez lib.6.c.15.n.17.negatiuè nempè numquam inferiorem Angelum il luminare ſuperiorem; ſaltem loquendo de illuminatione, quæ fit per modum magiſterij, veritatem explicando, vel per exempla, vel per analogiam ad res alias. *R.*

Nam loquendo de illuminatione, quæ fit per ſimplicem veritatis propoſitionem dicit Suarez l. cit. poſſe inferiorem Angelum ſuperiorē illuminare, quando veritatem per medium ſupernaturale Angelus inferior proponit Angelo ſuperiori.

Petes Tertio, an aliquod mysterium, vel decretum voluntatis Dei aliquando fiat notum Angelo inferiori per aliquem superiorem, & non per omnes.

Suarez RESpondetur ex Suarez l.cit.sed num. 28.affirmatiuè nempè aliquando fieri notum aliquod decretum voluntatis Dei Angelo inferiori per superiorem, & non per omnes, sed alij oppositum docent.

Quæstio Octaua, an Angeli à principio Beatitudinis cognouerunt aliqua mysteria.

REspondetur primo certissimum esse Angelos cognouisse mysterium Trinitatis: quia Beatitudo consistit in visione diuinæ essentiæ, & trium personarum.

D.Th. Respōdetur sm̄ D.Th.1.p.q.57.ar.5.ad 1.mysteriū incarnationis simpliciter seclusis specialibus conditionibus omnibus Angelis reuelatum esse à principio Beatitudinis; & ratio est, quia hoc est quoddam generale principium, ad quod omnia eorum officia ordinantur.

Beccan. Multi vero Patres teste Beccano c. 3. q. 6. tract.de Angelis docent non à principio Beatitudinis cognouisse Angelos mysterium incarnationis, sed cursu temporis.

Sed

Sed certum eſt in omni opinione Gabrielē cognouiſſe myſterium incarnationis antequam adimpleretur, quia Gabriel B. Virgini annunciauit.

Præterea certum mihi eſt in omni opinione, etiam D.Th. qui docet omnes Angelos à principio Beatitudinis cognouiſſe myſterium incarnationis, non cognouiſſe vi Beatitudinis viſionis, licet cognoſci potuerit per viſionem beatificam, quia eſſentia diuina clarè viſa, nullum dicit ordinem, aut relationem realem ad creaturas: ergo ex eo præcisè, quod eſſentia diuina clarè videtur, non poteſt videri vlla creatura, ſed omnia myſteria, præter myſteriū Trinitatis, ſunt creata: ergo non videntur vi beatitudinis viſionis. D.Th.

Hinc

SEquitur quod Angeli progreſſu temporis potuerunt cognoſcere multa myſteria in particulari, quæ à principio Beatitudinis non cognouerant, vt Incarnationem, Redemptionem, Prædicationem Apoſtolorum conuerſionem gentium, inſtitutionem Sacramentorum, prædeſtinationem, & reprobationem hominem & ſimilia, ita docet Beccanus l.cit.q.7. Beccan.

Reſpondetur tertio certum eſſe aliquos Angelos cognouiſſe myſterium incarnationis antequam adimpleretur, ſiue illud cognouerint à principio Beatitudinis, ſiue poſtea, quia illi debuerunt cognoſcere, quod reuelarunt Prophetis in veteri teſtamento.

Re-

Respondetur quarto, probabile est aliquos Angelos non cognouisse mysterium incarnationis nisi postquam adimpletum est. Hoc plerique Patres probant ex Psal. 23. quis est iste Rex gloriæ. Isai. c. 63. quis est ille, qui venit de Edon tinctis vestibus de bostra? Nam hæc interrogatio facta est ab Angelis in die ascensionis Christi, quia ipsi adhuc ignorabant hoc mysteriũ, & ideo Christus illis respõdebat eodẽ capite his verbis. Ego quĩ loquor iustitiam, ita hunc locum exponunt D. Dionys. c. 6. de Cęlest. Hierarch. D. Hieronym. Cyrillus, Theodoretus, & plerique alij in eundem locum Isa.

Dionys. Hieron. Cyrill. Theodor.

Respondetur quinto probabile etiam esse multas circumstantias Incarnationis, & redemptionis fuisse omnibus Angelis ignotas, & postea paulatim manifestatas cuiusmodi erãt v.g. tempus, locus, vocatio gentium, abrogatio legalium, &c. & de his videtur loqui Apost. ad Eph. 3. v.g. Mihi data ẽ gratia Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio mysterij absconditi a sæculis in Deo, vt innotescat Principibus, & potestatibus per Ecclesiam &c. Hoc per Principes, & potęstates intelliguntur Sancti Angeli qui ignorarunt circumstantias incarnationis, vsque ad prædicationem Apostolorum.

Pe-

Petes Quarto, an possit inferior Angelus manifestare mysterium sibi reuelatum Angelo superiori nescienti illud.

RESpondetur affirmatiuè; quia potest loqui ad illum de quacunque re sibi nota; quia facultas loquendi omnibus Angelis, tam superioribus, quam inferioribus, est naturalis; nisi sub secreto fuerit reuelatum à Deo, ita Suarez lib.6.c.15.num.28. *Suarez.*

Sed dices an illa locutio inferioris ad superiorem dici possit illuminatio.

RESpondetur negatiuè ex communi Theologorum sententia teste Suarez l.cit.nempe non esse illuminationem, sed tantum locutionem; & ratio est quia ad illuminationem non solum requiritur cognitio veritatis supranaturalis, vt alicui manifestetur, sed etiam requiritur modus proponenendi rem, scilicet docendo, & adiuuando mentem alicuius, quod non est propium Angeli inferioris docere superiorem, sed è contrario. *Suarez.*



Pe-

Petes Quinto, an quandò Deus immediatè reuelat alicui Angelorum primæ Hierarchiæ aliquod mysterium, necessarium sit, vt communicetur, ac manifestetur huiusmodi mysterium toti ordini Angelorum, etiam infimæ Hierarchiæ.

Suarez. R^Espondetur ex Suarez tract. de Angelis lib. 6. c. 15. num. 30. non statim, ac semper cōmunicare illam reuelationem omnibus alijs, siue superioribus, siue æqualibus, siue inferioribus, sed iuxta ordinem diuinæ voluntatis sibi præscriptum, aut significatum. Nam licet D. D.Th. Th. 1. p. q. 106. art. 4. ex Dionys. c. 15. de Cælest. Hierarchia, & Greg. Homil. 34. in Euãg. docere videntur, Angelos superiores reuelare inferioribus omnia quæ sibi à Deo reuelantur, quia cùm diuinam bonitatem plenissimè participent, quidquid recipiunt sine innidia communicant. Nihilominus intelligendum est id agere Sanctos Angelos, non quasi ex necessitate naturæ, sed cùm prudentia, & discretione prout occasio postulauerit. Parati ergo sunt Angeli ad explanandum omnibus alijs omnia, quæ recipiunt, nihilque ex inuidia, aut quasi spirituali auaritia occultant, quod ad eorum bonitatem pertinet: actu vero non semper omnia reuelant, sed prout Deum velle intelligunt, vel aliqua honesta ratio, aut vtilitas exigit

git. Nam poteſt Deus ſub ſecreto aliquid reuelare vni Angelo, vt v.g. Annunciationem Virginis Gabrieli, & tunc clarum eſt, Gabrielem non fuiſſe manifeſtaturum alijs illud myſteriũ, & ita veriſimile eſt ait idem Suarez l. cit. Deũ reuelando aliquid peculiariter alicui Angelo, ſignificare illi modum, quo vult tale myſterium alijs communicari, vel occultari, quod ſi Deus nihil in hoc peculiari præſcribat, ſed arbitrio Angeli recipientis reuelationem id relinquat, tunc fortaſſe Angelus, qui reuelationem recipit, ſtatim omnibus alijs, quibus eſt ignota illam manifeſtabit, ex illo bonitatis affectu perficiendi alios, ſeu communicãdi ſe alijs, vel ſaltem id faciet, cum primum conueniens, & opportunum eſſe iudicat. *Suarez.*

Quæſtio Octaua, an in quauis illuminatione intercedant tres actiones nempè purgatio, illuminatio, & perfectio

Reſpondetur affirmatiuè ex D. Th. in quæſt. diſput. 9. q. de cognit. ſcientiæ Angelicæ ar. 3. & colligit D. Th. ex Dionyſ. c. 3. de Cæleſt. Hierarchia, Purgatio in Angelis non eſt reſpectu impuritatis, ſed reſpectu neſcientię, & eſt terminus, à quo illuminatio eſt via ad acquirendam ſcientiam, & dici poteſt primus terminus, ad quem perfectio denique eſt ipſa acquiſita ſcientia media illuminatione, & dici poteſt ſecundus terminus ad quem. *D. Th.* *Dionyſ.*

Quæ-

Quæstio Nona, vtrum possint Angeli hominum viatorum, vel illuminare mentes, vel voluntates excitare.

Suarez. RESpondetur ex Suarex tract. de Angelis lib. 6. c. 16. num. 2. esse certum de fide Angelos sanctos posse illuminare homines, & colligitur ex varijs locis diuinæ Scripturæ primo ex Daniel 8. & ait ad me, intellige fili hominis, & infra ego ostendam tibi, quæ futura sunt &c. 9. & docuit me, & locutus est mihi. secundo ex Zachar. 1. Dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me. Ego ostendam tibi, quid sint hæc.

Sed Petes quomodo Angelus possit illuminare hominem.

Suarez. RESpondetur ex Suarez l. cit. sed num. 5. duobus modis posse Angelum illuminare hominem videlicet visibiliter, & inuisibiliter. prior modus fit per signa, seu obiecta sensibilia externis sensibus, ita applicata, vt mentem excitent, & illuminent, & potest fieri ab Angelo in corpore assumpto per illud loquendo homini, & sic Gabriel Sanctissimam Virginem verbis suis illuminauit, & docuit, prius proponendo mysteriũ dicens ecce concpies, &c. et deinde explicando modum, scilicet Spiritus sanctus superueniet in te, &c. & simili modo idem Ga-

Gabriel illuminauit Zachariam,& Danielem, & sic Angelus nomine Dei illuminauit Samuelem 1.Reg. 3. vbi prius ter illum vocauit Samuel, Samuel,& postea illum docuit,ecce ego faciam verbum Israel.

Alter modus nempè illuminationis dicitur inuisibilis, quia non fit per sensus externos, sed interius in mente, vel immediatè, vel medio phantasmate; hæc autem illuminatio inuisibilis sæpe fit in somno,vt de Sancto Ioseph,& magis legimus Matth.1. & 2. & certum est ordinariè hanc illuminationem internam fieri media phantasia.

Sed dubium est,quomodo fieri possit illuminatio interna media phantasia; ratio dubij est, quia sicut sensus externi mouentur à sensibilibus obiectis immediatè;ita phantasia mouetur ab eisdem obiectis medijs sensibus, & speciebus illis impressis; sed non possunt Angeli mouere sensus externos, nisi applicando eis ipsorum obiecta; ergo neque possunt phãtasiam mouere, nisi applicando obiecta; sed non possunt applicare immediatè ipsi phantasiæ, quia non est capax naturaliter talis motionis immediatè ab obiecto, sed solum mediante sensu externo; ergo non possunt Angeli inuisibiliter mouere phantasiam, quia applicatio, & motio, quæ fit per sensus externos,inuisibilis non est.

Alens. RESpondet Alens. 2. p. q. 40. memb. 4. posse Angelum imprimere sensibus internis phātasmata, seu species similes illis, quas facerent sensibilia obiecta, si sensibus externis essent presentia, & ita medijs speciebus internis, seu phātasmatibus posse homines illuminare; & hanc
Alens. potestatem, ait Alensis, esse Angelis naturalē,
Albert. idem sensit Albert. de quatuor coæq. 1. p. q. 6. art. 11. sed hæc sententia non placet.

Antequam declarem meam sententiam.

PRimo suppono ex materia de anima phantasmata, seu species rerum sensibilium per sénsus exteriores, accepta conseruari in spiri-
D. Th. tibus sensualibus internis, vt docet D. Th. 1. p. q. 111. art. 3.

Secundo suppono phantasmata sic conseruata posse ab extrinseco ita moueri, vt phantasiam moueant, & excitent ad plura repræsentanda, & concipienda, quæ nec exterius tunc apparent, nec vllo modo sensibus percepta sunt.

Tertio, suppono, quod natura corporalis obedit Angelo, quoad motum localem, & hæc facultas est naturalis, & communis tam bonis,
D. Th. quam malis Angelis, vt docet Th. 1. p. 110. ar.
Aug. 3. & prius docuit August. 3. de Trinit. nempè quod Angeli adhibent semina corporalia ad aliquos effectus producendos, Sed hoc non possunt facere nisi localiter mouendo ergo corpora obediunt Angelis ad motum localem; ratio esse potest, quia natura Angelica cum sit

spi-

spiritualis, est superior natura corporali. Vnde videmus, quod anima mouet corpus primo, & principaliter locali motu.

His positis.

RESpondeo ex D.Th.1.p.q.115.art. 3.& est cõis Theolog. sententia. Angelum non imprimere per se phantasmata, sed mouere humores, vel spiritus vitales, quibus commotis ipsa phantasia ad operandum excitatur; & per illam intellectus mouetur ordinatè, & conuenienter: & ad intelligendum diuina, nempè medio ministerio Angelico, non imprimendo speciem, vel lumen in ipsum intellectum hominis, sed proponendo Angelus hominibus diuina, similitudinibus sensibilium, secundum quod dicit Dionys. 1.c.de cœlest. Hierarchia quod impossibile est aliquid nobis lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum volaminum circumuelatum. Dicit præterea D. Th.l. cit. quod intellectus humanus tanquam inferior fortificatur, & confortatur per actionẽ intellectus Angelici; quæ confortatio consistit in hoc, ait Suarez lib.6.c.16. num.24. quod Angelus superiori virtute, & maiori acumine mentis docet, & maiorem efficaciam habet circa ordinationem, & applicationem Phantasmatum, quam homo, ita Caietan. Capreolus, & alij cit. à Suarez l.cit. *D. Thò.* *Dionys.* *D.Tho.* *Suarez* *Gaiet.* *Capreol.*

Hinc

PRimo colligitur apparitiones imaginarias causari interdum in nobis ex locali muta-

nēpe animam habuisse in sui creatione species rerum, & impediri à corpore, ne ijs vtetur, & ab Magistro excitari ad cōsiderandum ea, quorum scientiam habet.

Magister vero proponit discipulo aliqua auxilia, vel instrumenta, quibus intellectus eius vtatur ad scientiam acquirendam. puta cum proponit ei aliquas propositiones minus vniuersales, quas tamen ex præcognitis discipulus dijudicare potest, vel cum proponit ei aliqua sensibilia exempla, vel similia, vel opposita, vel aliqua huiusmodi ex quibus intellectus addiscentis manuducitur in cognitionem veritatis ignotæ.

Alio modo Magister confortat intellectum addiscientis, scilicet, in quantum proponit discipulo ordinem principiorum ad cōclusiones, qui fortè per discipulum non haberet tantam virtutem collatiuam, vt ex principijs posset cōclusiones deducere.

Sed sciendum est, quod in acquisitioue alicuius scientiæ principalis causa est lumen intellectus per quod statim cognoscuntur à principio naturaliter quædam vniuersalia principia omnium scientiarum, & minus principalis causa est magister, & dicitur causa extrinseca, non sic lumen intellectus, cum sit intrinsecum cuilibet homini, itaque homo docens solummodo exterius ministerium adbibet sicut medicus sanans; sed sicut natura interior est principalis causa sanationis, ita & interius lumen intelle-

ctus

ctus est principalis causa scientiæ; vtrumque autem horum est à Deo, & ideo sicut de Deo dicitur, qui sanat omnes infirmitates tuas: ita de eo dicitur, qui docet hominem scientiam; in quantum lumen vultus eius super nos signatur, per quod nobis omnia ostenduntur.

Quæstio Vndecima. Vtrum vnus Angelus alteri loquatur.

Respondetur ex D.Thom.p.p.q.107.art.1. quod vnus Angelus loquitur alteri Angelo manifestando illi suum conceptum, vel ordinando conceptum ad talem manifestationem per voluntatem. *D.Tho.*

Aduertit idem D.Thom.loc,cit.sed artic.2. ꝙ Angeli inferiores superioribus loqui possunt, non autem ipsos illuminare, nam licet in Angelis omnis illuminatio sit locutio, tamen non omnis locutio est illuminatio.rõ põt colligi ex dictis, nam de ratione illuminationis est perficere subiectum erga quod versatur illuminatio, non autem est sic locutio. *D.Th.*

Sed petes Primo. Vtrum localis distantia operetur aliquid in locutione Angelica.

Respondetur ex D.Thom.loc.cit. sed art.4. quod in locutione Angelorum, cum in intellectuali opere consistat, nullum impedimentum præstat localis distantia, cum sit omnino abstracta à loco,& tempore intellectualis ope- *D.Tho.*

Petes Quinto, an quando Deus immediatè reuelat alicui Angelorum primæ Hierarchiæ aliquod mysterium, necessarium sit, vt communicetur, ac manifestetur huiusmodi mysterium toti ordini Angelorum, etiam infimæ Hierarchiæ.

Suarez Respondetur ex Suarez tract. de Angelis lib. 6. c. 15. num. 30. non statim, ac semper cōmunicare illam reuelationem omnibus alijs, siue superioribus, siue æqualibus, siue inferioribus, sed iuxta ordinem diuinæ voluntatis sibi præscriptum, aut significatum. Nam licet D. *D. Th.* Th. 1. p. q. 106. art. 4. ex Dionys. c. 15. de Cæleſt. Hierarchia, & Greg. Homil. 34. in Euāg. docere videntur, Angelos superiores reuelare inferioribus omnia quæ sibi à Deo reuelantur, quia cum diuinam bonitatem plenissimè participent, quidquid recipiunt sine inuidia communicant. Nihilominus intelligendum est id agere Sanctos Angelos, non quasi ex necessitate naturæ, sed cum prudentia, & discretione prout occasio postulauerit. Parati ergo sunt Angeli ad explanandum omnibus alijs omnia, quæ recipiunt, nihilque ex inuidia, aut quasi spirituali auaritia occultant, quod ad eorum bonitatem pertinet: actu vero non semper omnia reuelant, sed prout Deum velle intelligunt, vel aliqua honesta ratio, aut vtilitas exigit

git. Nam potest Deus sub secreto aliquid reuelare vni Angelo, vt v.g. Annunciationem Virginis Gabrieli, & tunc clarum est, Gabrielem non fuisse manifestaturum alijs illud mysteriũ, & ita verisimile est ait idem Suarez l. cit. Deũ reuelando aliquid peculiariter alicui Angelo, significare illi modum, quo vult tale mysterium alijs communicari, vel occultari, quod si Deus nihil in hoc peculiari præscribat, sed arbitrio Angeli recipientis reuelationem id relinquat, tunc fortasse Angelus, qui reuelationem recipit, statim omnibus alijs, quibus est ignota illam manifestabit, ex illo bonitatis affectu perficiendi alios, seu communicãdi se alijs, vel saltem id faciet, cum primum conueniens, & opportunum esse iudicat. *Suarez.*

Quæstio Octaua, an in quauis illuminatione intercedant tres actiones nempè purgatio, illuminatio, & perfectio

RESpondetur affirmatiuè ex D. Th. in quæst. disput. 9. q. de cognit. scientiæ Angelicæ ar. 3. & colligit D. Th. ex Dionys. c. 3. de Cælest. Hierarchia, Purgatio in Angelis non est respectu impuritatis, sed respectu nescientię, & est terminus, à quo illuminatio est via ad acquirendam scientiam, & dici potest primus terminus, ad quem. perfectio denique est ipsa acquisita scientia media illuminatione, & dici potest secundus terminus ad quem. *D. Th.* *Dionys.*

Quæ-

Quæstio Nona, vtrum possint Angeli hominum viatorum, vel illuminare mentes, vel voluntates excitare.

Suarez. REspondetur ex Suarez tract. de Angelis lib. 6. c. 16. num. 2. esse certum de fide Angelos sanctos posse illuminare homines, & colligitur ex varijs locis diuinæ Scripturæ primo ex Daniel 8. & ait ad me, intellige fili hominis, & infra ego ostendam tibi, quæ futura sunt &c. 9. & docuit me, & locutus est mihi. secundo ex Zachar. 1. Dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me. Ego ostendam tibi, quid sint hęc.

Sed Petes quomodo Angelus possit illuminare hominem.

Suarez. REspondetur ex Suarez l. cit. sed num. 5. duobus modis posse Angelum illuminare hominem videlicet visibiliter, & inuisibiliter. prior modus fit per signa, seu obiecta sensibilia externis sensibus, ita applicata, vt mentem excitent, & illuminent, & potest fieri ab Angelo in corpore assumpto per illud loquendo homini, & sic Gabriel Sanctissimam Virginem verbis suis illuminauit, & docuit, prius proponendo mysteriũ dicens ecce concpies, &c. et deinde explicando modum, scilicet Spiritus sanctus superueniet in te, &c. & simili modo idem Ga-

Gabriel illuminauit Zachariam,& Danielem, & sic Angelus nomine Dei illuminauit Samuelem 1. Reg. 3. vbi prius ter illum vocauit Samuel, Samuel,& postea illum docuit, ecce ego faciam verbum Israel.

Alter modus nempè illuminationis dicitur inuisibilis, quia non fit per sensus externos, sed interius in mente, vel immediatè, vel medio phantasmate; hæc autem illuminatio inuisibilis sæpe fit in somno, vt de Sancto Ioseph,& magis legimus Matth. 1. & 2. & certum est ordinariè hanc illuminationem internam fieri media phantasia.

Sed dubium est, quomodo fieri possit illuminatio interna media phantasia; ratio dubij est, quia sicut sensus externi mouentur à sensibilibus obiectis immediatè; ita phantasia mouetur ab eisdem obiectis medijs sensibus, & speciebus illis impressis; sed non possunt Angeli mouere sensus externos, nisi applicando eis ipsorum obiecta; ergo neque possunt phãtasiam mouere, nisi applicando obiecta; sed non possunt applicare immediatè ipsi phantasiæ, quia non est capax naturaliter talis motionis immediatè ab obiecto, sed solum mediante sensu externo; ergo non possunt Angeli inuisibiliter mouere phantasiam, quia applicatio, & motio, quæ fit per sensus externos, inuisibilis non est.

Re-

Alens. RESpondet Alenſ. 2. p. q. 40, memb. 4. poſſe Angelum imprimere ſenſibus internis phãtaſmata, ſeu ſpecies ſimiles illis, quas facerent ſenſibilia obiecta, ſi ſenſibus externis eſſent preſentia, & ita medijs ſpeciebus internis, ſeu phãtaſmatibus poſſe homines illuminare; & hanc poteſtatem, ait Alenſis, eſſe Angelis naturalẽ, idem ſenſit Albert. de quatuor coæq. 1. p. q. 6. art. 11. ſed hæc ſententia non placet.

Alenſ.

Albert.

Antequam declarem meam ſententiam.

PRimo ſuppono ex materia de anima phantaſmata, ſeu ſpecies rerum ſenſibilium per ſenſus exteriores, accepta conſeruari in ſpiritibus ſenſualibus internis, vt docet D. Th. 1. p. q. 111. art. 3.

D. Th.

Secundo ſuppono phantaſmata ſic conſeruata poſſe ab extrinſeco ita moueri, vt phantaſiam moueant, & excitent ad plura repræſentanda, & concipienda, quæ nec exterius tunc apparent, nec vllo modo ſenſibus percepta ſunt.

Tertio, ſuppono, quod natura corporalis obedit Angelo, quoad motum localem, & hæc facultas eſt naturalis, & communis tam bonis, quam malis Angelis, vt docet Th. 1. p. 110. ar. 3. & prius docuit Auguſt. 3. de Trinit. nempè quod Angeli adhibent ſemina corporalia ad aliquos effectus producendos. Sed hoc non poſſunt facere niſi localiter mouendo ergo corpora obediunt Angelis ad motum localem; ratio eſſe poteſt, quia natura Angelica cum ſit

D. Th

Aug.

ſpi-

ſpiritualis, eſt ſuperior natura corporali. Vnde videmus, quod anima mouet corpus primo, & principaliter locali motu.

His poſitis.

RESpondeo ex D.Th.1.p.q.115.art. 3.& eſt cõis Theolog. ſententia. Angelum non imprimere per ſe phantaſmata, ſed mouere humores, vel ſpiritus vitales, quibus commotis ipſa phantaſia ad oporandum excitatur; & per illam intellectus mouetur ordinatè, & conuenienter: & ad intelligendum diuina, nempè medio miniſterio Angelico, non imprimendo ſpeciem, vel lumen in ipſum intellectum hominis, ſed proponendo Angelus hominibus diuina, ſimilitudinibus ſenſibilium, ſecundum quod dicit Dionyſ.1.c.de cæleſt. Hierarchia quod impoſſibile eſt aliquid nobis lucere diuinum radium, niſi varietate ſacrorum volaminum circumuelatum. Dicit præterea D. Th.l. cit. quod intellectus humanus tanquam inferior fortificatur, & confortatur per actionẽ intellectus Angelici; quæ confortatio conſiſtit in hoc, ait Suarez lib.6.c.16. num.24. quod Angelus ſuperiori virtute, & maiori acumine mentis docet, & maiorem efficaciam habet circa ordinationem, & applicationem Phantaſmatum, quam homo, ita Caietan. Capreolus, & alij cit. à Suarez l.cit.

D. Thó. Dionyſ. D.Tho. Suarez Gaiet. Capreol.

Hinc

PRimo colligitur apparitiones imaginarias cauſari interdum in nobis ex locali muta-

Q tio-

tione corporalium spirituum, & humanorum, vnde Arist. in lib. de somn. & vigil. assignans causam apparitionis, dicit, quod cum animal dormit descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendunt motus, idest impressiones relictæ, ex motionibus sensibilium, quæ in spiritibus sensnalibus conseruantnr, vt moueat principium sensitiuum, ita quod fit quædam apparitio, ac si tunc principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus mutaretur, & tanta potest esse commotio spirituum, & humorum, quod huiusmodi apparitiones etiam vigilantibus sint, sicut patet in phreneticis. Sicut igitur hoc fit per naturalem commotionem humorum, & quandoque etiam per voluntatem hominis, qui voluntariè imaginatur, quod prius senserat, ita etiam hoc potest fieri virtute Angeli boni, & mali. Quandoquidem cum alienatione à corporeis sensibus, quandoque autem absque tali alienatione, ita D.Thom.p.p.q.111.art.3.

Aristot. *D.Th.*

Colligitur secnndo, quod potest tam Angelus malus, quam bonus naturalibus suis viribus ipsam hominis imaginationem immutare, quia natura corporalis obedit Angelo, quoad motũ localem, vt supra dictum est; manifestum est autem, quod apparitiones in nobis causantur ex motu locali ergo. ita D.Thom.loc.cit.

D.Th.

Colligitur Tertio, quod potest Angelus sensum hominis mouere, vel apponendo aliquod sensibile exterius, vel intus humores concitan-

do

do ad varias ſenſus apparitiones. Videmus enim, quod perturbatis ſpiritibus, & humoribus immutatur ſenſus;lingua enim infirmi quia plena eſt cholerico humore, omnia ſentit vt amara. poteſt præterea Angelus apponere exterios ſenſibile ſenſui,vel à natura formatum,vel aliquod de nouo formando: ſicut fuit dum corpus aſſumit Similiter etiam poteſt interius commouere ſpiritus, & humores, vt dictum eſt, ex quibus ſenſus diuerſimodè immutentur, ita D.Thom.loc.cit.ſed art.4. *D.Th.*

Quæſtio Decima. Vtrum vnus homo poſſit alium docere, & quomodo.

REſpondetur affirmatiue ex D. Thom. p. p. q.117.art.1.& ratio eſt,quia anima noſtra non habet ſpecies acquiſitas ſeparatas, antequã corpus humanum informet, quia non eſt prior anima prioritate durationis, quã corpus informet, ſed eſt prior prioritate nãræ,ergo cũ opatur,operatur in corpore,ergo ſpecies acquirere debet ab obiectis corporeis, quandoquidem dum informat anima corpus organi ſunt corporei,ergo ſpecies debent etiam eſſe corporeę, & quia non habet ſpecies omnium rerum, nec poteſt per ſe ſolum homo adipiſci ſpecies omnium rerum, ergo indiget ope alterius hominis, ad hoc vt poſſit acquirere ſcientiam rerum ignoratarum, ergo vnus homo poteſt alium docere,& falſum eſt, quod Platonici dixerunt, *D.Th.*

népe animam habuisse in sui creatione species rerum, & impediri à corpore, ne ijs vtetur, & ab Magistro excitari ad cōsiderandum ea, quorum scientiam habet.

Magister vero proponit discipulo aliqua auxilia, vel instrumenta, quibus intellectus eius vtatur ad scientiam acquirendam. puta cum proponit ei aliquas propositiones minus vniuersales, quas tamen ex præcognitis discipulus dijudicare potest, vel cum proponit ei aliqua sensibilia exempla, vel similia, vel opposita, vel aliqua huiusmodi ex quibus intellectus addiscentis manuducitur in cognitionem veritatis ignotæ.

Alio modo Magister confortat intellectum addiscientis, scilicet, in quantum proponit discipulo ordinem principiorum ad cōclusiones, qui fortè per discipulum non haberet tantam virtutem collatiuam, vt ex principijs posset cōclusiones deducere.

Sed sciendum est, quod in acquisitioue alicuius scientiæ principalis causa est lumen intellectus per quod statim cognoscuntur à principio naturaliter quædam vniuersalia principia omnium scientiarum, & minus principalis causa est magister, & dicitur causa extrinseca, non sic lumen intellectus, cum sit intrinsecum cuilibet homini, itaque homo docens solummodo exterius ministerium adbibet sicut medicus sanans; sed sicut natura interior est principalis causa sanationis, ita & interius lumen intelle-

ctus

ctus est principalis causa scientiæ; vtrumque autem horum est à Deo, & ideo sicut de Deo dicitur, qui sanat omnes infirmitates tuas: ita de eo dicitur, qui docet hominem scientiam; in quantum lumen vultus eius super nos signatur, per quod nobis omnia ostenduntur.

Quæstio Vndecima. Vtrum vnus Angelus alteri loquatur.

RESpondetur ex D.Thom.p.p.q.107.art.1. quod vnus Angelus loquitur alteri Angelo manifestando illi suum conceptum, vel ordinando conceptum ad talem manifestationem per voluntatem. *D.Tho.*

Aduertit idem D.Thom.loc,cit.sed artic.2. ꝙ Angeli inferiores superioribus loqui possunt, non autem ipsos illuminare, nam licet in Angelis omnis illuminatio sit locutio, tamen non omnis locutio est illuminatio.rō pōt colligi ex dictis, nam de ratione illuminationis est perficere subiectum erga quod versatur illuminatio, non autem est sic locutio. *D.Th.*

Sed petes Primo. Vtrum localis distantia operetur aliquid in locutione Angelica.

RESpondetur ex D.Thom.loc.cit. sed art.4. quod in locutione Angelorum, cum in intellectuali opere consistat, nullum impedimentum præstat localis distantia, cum sit omnino abstracta à loco, & tempore intellectualis ope- *D.Tho.*


ratio Angeli; vnde in locutione Angeli nullũ impedimentum facit distantia loci; per accidẽs vero potest esse impedimentum ex parte phantasmatum, quæ in Angelis nulla sunt. ergo.

Sed petes Secundo. Vtrum locutionem vnius Angeli ad alterum omnes cognoscant.

D. Th. REspondetur ex D.Thom.loc.cit.sed art.5, quod locutionem vnius Angeli ad alterũ non omnes percipiunt, cum volũtariè fiat, quia potest ex aliqua causa Angelus ordinare conceptum suum ad vnum, & non ad alium.

Petes Tertio. Vtrum Angelus Deo loquatur.

D Tho. REspondetur ex D.Thom. loc.cit. sed art.3. quod Angeli non loquuntur Deo, vt illi quippiam manifestent, sed illi loqui dicuntur, vel consultando illius voluntatem de agendis, vel illius excellentiam admirando.



ADDI-

ADDITIO

De Statu Innocentiæ.

Quæstio Quinta, vtrum peccatum, quod traducitur ab Adam in posteros, habeat verè, ac propiè rationem peccati, ac culpæ; ratio dubitandi est, quia videtur esse de essentia peccati, vt sit voluntarium, sed in posteris Adæ videtur deesse voluntarium respectu primi peccati Adæ, ergo.

Respondetur peccatum originale, quodà primo parente traducitur in posteros, habere propie rationem peccati in ipsis est; conclusio de fide definita in concilio Trid. sess. 5. de peccato original. can. 2. his verbis, Si quis dixerit Adam non transfudisse in posteros peccatum, quod est mors animæ, anathema sit, & can. 5. idem Trid: ait, Si quis asserat per gratiam, quæ in baptismo confertur, non tolli totum, id, quod veram, & propiam rationem peccati habet anathema sit; & est communis Theologorum sententia.

Ad rationem dubitandi.

RESpondetur esse voluntarium peccatũ Adæ suis posteris voluntate Adæ, quia Deus constituit suorum posterorum voluntates, & consensus in voluntate Adæ: ex quo fit, vt præceptum impositum Adæ, quatenus sua voluntas erat voluntas posterorum, obligaret etiam ipsos posteros, & consequenter, quod, Adamo transgrediente tale præceptum, etiam posteri censerentur transgredi illud.

Ratio à priori est, quia dona promissa à Deo Adæ, si non transgrederetur præceptum, erant dona gratuita, quæ nostræ naturæ non erant debita, vt est visio diuinæ essentiæ immortalitas &c. & consequenter potuit Deus statuere vt voluntas Adæ esset nostra. itaut censeremus velle, quod ipse vellet, & nolle, quod nollet, & per consequens, quod Adam transgrediente præceptum, etiam nos censeremur transgredi illud: quoniam in eo seruauit Deus summam æquitatem, & maxime consuluit nostræ vtilitati; & idcirco Deus constituit Adam caput totius generis humani in esse morali, ex quo pendebat conseruatio, vel amissio status innocentiæ, quatenus erat donum totius naturæ.

Verum hæc dignitas capitis in esse morali non conueniebat Adæ, quantum ad omnes suos actus, sed tantum quantum ad illos, ex quibus pẽdebat cõseruatio, vel amissio status innocẽtię

Sed

Sed dices ergo peccatum orignale in nobis non est intrinsecum, sed tantum extrinsecum, nempè per denominationem peccati Adami; quia actus voluntarij peccati Adæ ex quo procedit peccatum originale, quod ad nos traducitur, fuit quidem actus elicitus, aut imperatus à voluntate Adæ, sed ille actus, neq; ex parte sui principij, neque ex parte subiecti est nobis intrinsecus, quia principium illius actus fuit voluntas Adæ, quæ nobis est extrinseca, & subiectum fui ipse Adam.

RESpondetur distinguendo si loquamur de voluntario peccato Adæ per modum actus secundi concedo esse nobis extrinsecum, quia principium illius actus fuit voluntas Adæ, & subiectum fuit ipse Adam; Si vero loquamur de voluntario peccato Adæ per modum actus primi, nego esse nobis extrinsecum peccatum Adæ, quia peccatum Adæ per modum actus primi dicit priuationem gratiæ habitualis, & iustitiæ originalis, scilicet, quatenus nos priuat gratia habituali, ac iustitia originali, quæ priuatio nobis intrinseca est; cum intrinsece esset in nobis supradicta gratia si Adam non peccasset.

Hinc.

PRimo, colligitur peccatũ actuale Adę respectu suorũ posterorum non denominare po-

stetos

ſteros Adæ peccantes,ſed peccatores; nam qui peccauit fuit ſolus Adam,peccatores vero ſcilicet priuati gratia habituali, ac iuſtitia originali, ſunt omnes poſteri Adæ,& ſic intelligitur illud Pauli ad Rom. 4. in quo omnes peccauerunt, ſcilicet in quo omnes fuerunt peccatores, priuati habituali gratia, ac iuſtitia originali, nam eo ipſo quod ex illo naſcimur, contrahimus ex illo actu præterito Adæ peccatum habituale à quo denominamur peccatores, & habitualiter auerſi à Deo, eiuſq; lege, & hoc appellatur peccatum originale.

Secundo, colligitur peccatum primi parentis, ſecundum probabilem opinionem Theologorum, quatenus fuit peccatum capitis eſſe cauſam originalis peccati non quidem concurſu phyſico,ſed morali: non per modum meriti, vel demeriti, ſed per modum cauſæ efficientis moraliter,ſeu media quadam reſultantia morali,quod fuit cauſa,habetur expreſſè,ex Auguſt. lib. 2. de nupt. & concup. c.26.& 27.& colligitur ex Paul.ad Rom. 5. vbi ſic inquit. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundū, &c. in quo omnes peccauerunt.

Auguſt.

Quod non fuit cauſa phyſica, demeritoria, &c. Probatur, quia peccatum Adæ non exiſtit phyſicè cum concipitur puer, ergo non poteſt phyſicè concurrere ad peccatum originale, quod incipit eſſe in ipſo,quia quod non eſt non poteſt concurrere phyſice,ergo tantum concurrit moraliter;quod non fuit cauſa demeritoria.

Pro-

Probatur, quia si Adam non peccasset non traduxisset meritoriè gratiam, & iustitiam originalem ad suos posteros; quia non fuit caput influens in sua membra per modum meriti: hoc enim solum conuenit Christo, ergo neque peccando traducit demeritoriè peccatum, nam sicut meritum Adæ ortum habuit ex iustitia originali, quæ erat donum collatum à Deo toti naturæ humanæ, ita, & demeritum Adæ habuit ortum ex peccato ipsius, quod fuit peccatum totius naturæ, & ideo totam naturam infecit.

Medina q.81.art.3. Salas tract. 13. disp.11. sect. 5. num. 66. dicunt peccatum Adæ fuisse causam demeritoriam transmissionis peccati originalis in posteros, & videtur tenere S. Leo Papa serm. de natal. Domini, vbi ait, quod Adã obtemperans diaboli, vsq; ad preuaricationem meruit, vt in ipso omnes morerentur. *Medina. Salas. S. Leo Papa.*

D. Th. 1.2.q.83.art.1. dicit quod semen est causa instrumentalis nimirum, vt per suam virtutem actiuam traducatur peccatum originale in prolem simul cum natura humana, non quia semen immediatè agat in ipsam animam, sed quia habet virtutem ad producendam naturam humanam, disponendo ad vnionem animæ cum materia, & ad naturam ita deriuatam virtute seminis ex primo parente; vt ait idem D. Th. 1.2.q. 81. art. ad 2. *D. Th. D. Tho.*

Quod autem productio hæc debeat fieri per generationem virtute seminis decisi ab Adam. Probatur, quia solum transfunditur peccatum

Adæ ad eos quorum ipse fuit caput in esse morali: at solum fuit caput in esse morali, eorum quorum fuit caput in esse naturali, sed in esse naturali solum fuit caput eorum, qui ab ipso descendunt per naturalem propagationem, hæc autem fit per generationem virtute seminis ab ipso decisi mediatè, vel immediatè.

Ex quo.

PRimo, sequitur si aliquis ex humana carne formaretur miraculosè, eum non peccatum originale contrahere, quia homo sic productus non esset membrum Adæ, cum non produceretur secundum naturalem generationem, virtute actiua seminis ab ipso decisi, & consequẽter idem dicendum esse de filijs ab hoc homine genitis, & apertè definitum est in Concilio Trid. sess. 6. c. 3. vbi dicitur, quòd homines, nisi èx semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, & idem docet D. Th. 1. 2. q. 81. art. 4. *D. Tho.*

Secundo sequitur Christum non contraxisse peccatum originale, tum quia non fuit productus virtute seminis ab Adam vllo modo decisi, tum etiam quia licet per seminalem propagationem fuisset conceptus, neq; potuisset peccatum originale contrahere, quia anima non prius contrahit peccatum originale, quam informet corpus, sed potius è contrario prius informat corpus, quam peccato originali maculetur; at verò anima Christi in primo instanti conceptionis prius natura vnitur Verbo, quam

cor-

corpori, quia anima prius natura subsistit, quã vnitur corpori, sed anima Christi subsistit subsistentia Verbi, vt docent Theologi; ergo etiã in casu posito, prius natura esset anima assumpta à Verbo, quam peccato originali maculata: ergo post illam vnionem non posset ex vi conceptionis contrahere originale peccatum, quia per talem vnionem intelligeretur ablatũ omne debitum contrahendi tale peccatum, immo illa natura intelligitur Sanctificata, ac Deificata per eam gratiam vnionis. quod anima Christi prius natura vniatur Verbo, quam corpori, præter rationem supra assignatam, docet Suarex tom.1.3.p.disp.17.sect.1.

Tertio sequitur, si quis formaretur ex semine viri posito in vulua mulieris ministerio Angeli, vel demonis, illum contrahere peccatum originale, quia semen virile agit in virtute illius, à quo decisum est, quare à quocumque transferatur in vuluam semper facit filiũ Adæ.

Ad hoc tamẽ necessarium est, vt semen illud sit alicuius hominis descendentis ex Adamo: nam secus dicendnm est, si aliquod semen virile crearetur à Deo immediate independenter ab Adamo, & poneretur in vulua mulieris; tũc enim homo, ex eo genitus, non contraheret peccatum originale: quia non posset dici filius Adæ, secundum seminalem rationem; idem dicendum esset, si ex viro non descendente ex Adamo fœmina conciperet, nempè non contrahere peccatum originale.

Sed

Sed peter. An Christus fuerit in Adam, secundum naturam humanam.

D. Th. RESpondetur ex D.Thom.3. p.q. 15. art.1. ad 2. quod Christus fuit in Adam non omni modo, & in alijs Patribus, quo nos ibi fuimus. Nos enim fuimus in Adam secundum corpulentam substantiam, quia vt dicit August. 10. super Genes. est in semine visibilis corpulétia,& inuisibilis ratio, & vtrumque currit ex Adam. Sed Christus visibilem carnis substantiam de carne Virginis sumpsit; ratio verò conceptionis eius non est à semine virili, sed longe aliter, ac desuper venit. Vnde non fuit in Adam secundum seminalem rationem, sed secũdum corpulentam substantiam; & ideo Christus non accepit actiuè ab Adam humanã naturam, sed solum materialiter, actiuè verò à Spiritu sancto. Sicut & ipse Adam materialiter habuit corpus ex limo terræ, actiuè autem à Deo; & propter hoc Christus non peccauit in Adam, in quo fuit solum secundum materiam.

Quæstio Sexta. An si Adam non peccasset peccato inobedientiæ, comedendo de ligno vetito, sed alio peccato. perdidisset iustitiam originalem sibi, & nobis, ac proinde transfudisset peccatũ illud per originẽ in posteros.

Abulens. Ambros. Cath. RESpondetur primo ex Abulens.Gen.3.q.6. & 7.& Ambros.Chat.ibidem quod si Adã non

non peccasset peccato illo inobedientiæ, sed alio, perdidisset quidem sibi gratiam iustificantem, iustitiam vero originalem, neq; sibi, neq; posteris amisisset, & per consequens peccatum illud non fuisset transfusum in posteros.

Respondetur secundo, ex Alens. 2. p. q. 122. memb. 3. art. 3. Aluarez 1. 2. disp. 172. & alijs, quod si Adam aliud peccatum cõmisisset, perdidisset quidem, non solum gratiam sanctificantem, verum etiam iustitiam originalem, non tamen, vt hæc erant donum naturæ, hoc est collata sibi, tanquam capiti, sed tantum, vt erant donum personæ ipsius, & per consequens non transfudisset in posteros peccatum originale, nam Deus contulit Adæ, & suis posteris iustitiam originalem hac lege, & pacto, quod ipse Adam non ederet de ligno prohibito, vt patet ex illo Genes. 2. in quocunq; die comederis ex eo morte morieris, ergo si Adam seruasset illud præceptum non comedendo de ligno prohibito, etiam si fregisset aliud præceptum naturale, non incurrissent eius filij peccatum originale, & mortem. *Alens.*

Patet etiam ex Trident. sess. 5. de peccato originali can. 1. vbi definitur primum hominem, cum mandatum Dei in Paradiso fuisset ransgressus, amisisse iustitiam, & incurisse per offensam eiusmodi præuaricationis mortem, quam antea comminatus fuerat illi Deus, sed Deus solum fuerat comminatus illi mortem, quando imposuit præceptum abstinendi ab æsu

ligni

ligni vetiti incurrendam pro inobedientia: ergo &c.

Alioquin si primum peccatum Adæ fuisset sola cogitatione commissum, seu solo actu interiori, traduceret illud in posteros: hoc autem non videtur concedendum.

Azorius Alij vero Theologi inter quos est Azorius lib. 4. instit. cap. 30. q. 2. docent in casu supra posito Adam amissurum iustitiam originalem, & pro se, & pro omnibus posteris, & consequenter trasfundendum fore in illos peccatum originale sicut modo traducitur, etiam si peccatum Adæ non fuit peccatum inobedientiæ, sed qualecunq; peccatum Adæ fuerit.

Quæstio Septima, an si Eua tantum peccasset, & non Adam, contraherent filij peccatum originale.

D. Tho. RESpondetur ex D. Thom. 1. 2. q. 81. art. 5. quem omnes sequuntur, in tali casu non contrahi peccatum originale à posteris.

Sed difficultas est, an si sola Eua peccasset transijsset in posteros moriendi necessitas, & cętera incommoda, quæ mortalitas secum trahit.

D. Tho. RESpondetur ex communi Theologorum sententia, & præcipuè ex D. Tho. l. cit. q. 81. art. 5. ad 2. non transituram in posteros necessitatem

ſitatem moriendi, & cætera incommoda, quæ ſecum trahit neceſſitas moriendi, quia ſi poſteri non traxiſſent peccatum ex ſola Eua, nati fuiſſent cum iuſtitia originali; ergo fuiſſent impaſſibiles, & immortales, quia ſcriptura non dicit in Eua omnes moriũtur, ſed in Adam oés moriuntur, patet ex 1. ad Cor. 15.

Quæſtio Octaua, an ſi Adam ante peccatum filios genuiſſet, ipſo poſtea peccante, traduceretur in illos peccatum originale.

Reſpondetur ex Catherin. lib. de peccato originali c. 8. illat. 9. & ij, Salmeron ad Rom. 5. diſp. 46. arg. 10. in tali caſu, illos filios iuſtitiam originalem amiſſuros, & conſequenter contracturos peccatum originale: & hæc eſt probabilis ſententia, vt docet Suarez 1. 2. tract. 5. diſp. 9. ſect. 4. nu. 4. Ratio eſt, quia Adamo fuit data iuſtitia originalis, vt capiti totius naturæ; ergo ipſo amictente eam per peccatum, omnes participantes naturam huturam humanam, amicterent eam. *Cather.* *Suarez.*

Sed Durandus, Medina, Curiel, Zumel, Aluarez, Angles, Azor. Molina, & plerique alij Theologi docent, teſte Merolla tract. de peccato originali diſp. 2. dub. 10. nu. 118. nõ potuiſſe Adam transfundere peccatum originale in filios genitos ante peccatum, & idem docet Auguſtin. in Pſalm. 84. Sic ait, ea enim peccata *Durand. Medina Curiel Zumel Aluarez Angles Azor Molina Aug.*

R pa-

parentum non pertinent ad filios, quæ faciunt parentes, iam natis filijs; Ratio est, quia Adam solum potuit transfundere peccatum in eos, quorum erat caput in esse morali, & non fuit caput in esse morali, nisi eorum, quorum fuit caput in esse naturali. Constat autem, quod istorum, de quibus loquimur non esset hoc modo caput, cum peccaret, quia non penderent ab ipso, quoad esse naturale.

Præterea peccatum originale transfunditur per naturalem propagationem, sed circa filios iam natos, nihil potuisset Adam efficere actione generatiua: ergo neque posset ad eos transfundere peccatum originale.

Quæstio Nona an solo Adam peccante, non autem Eua, amissura fuisset Eua iustitiam originalem, propter peccatum ipsius Adæ.

Cather. RESpondet Catharin. lib. de peccat. origin. c. 8. Euam amissuram fuisse iustitiam originalem, licèt non gratiam.


Merolla Sed probabilius docent alij Theologi teste Merolla l.cit.sed nu.123. Euam neq; gratiam, neque iustitiam originalem amissuram fuisse, quia Adam fuit caput in esse morali tantum suorum posterorum, eorum scilicet, qui ab ipso per generationem naturalem nasciturí erant. Vnde iustitiam originalem accepit tantum pro se, & posteris, cum ea conditione, quod si illam

non

non conseruaret sibi, & descendentibus eam amitteret; at Eua non processit ab Adam per naturalem generationem, ac proinde non habuit iustitiam originalem dependēter ab Adamo, & ideo non fuit necessarium, vt Adamo peccante, amitteret ipsa originalem iustitiam.

Quæstio Decima, vtrum si Adam genuisset filios ante peccatum, ipso postea peccante, nepotes sui, qui ex filijs, post peccatum originale nascerentur contraherent peccatum originale, quamuis eorum proximi genitores illud non haberent.

Respondetur ex communi Theologorum sententia teste Merolla, de peccato originali c. 3. dub. 11. & præsertim est sententia D. Th. 3. p. q. 8. art. 5. ad 1. & q. 4. de malo art. 4. ad 5. nempè in casu posito tales nepotes Adæ contrahere peccatum originale, ac priuationem iustitiæ originalis; quia infectio deriuatur à peccato Adæ in totam naturam: ergo natura, quæ deriuatur ab Adam post peccatum est corrupta; ergo corrumpit personam, ergo omnes filij geniti post peccatum Adæ, contrahunt peccatum originale. *Merolla* *D. Tho.*



TRACTATVS DE PVRGATORIO.

Quæstio Prima, an Purgatorium post hanc vitam sit absolutè ponendum?

RԑEspondetur de fide esse definitum Purgatorium adesse, vt patet ex Concilio Lateranense sub Innoc. 3. c. 66. Constansiensi sess. 8. Carthagin. 4. can. 79. & 95. Bracharens. 11. can. 10. Toletan. 11. can. 12. Triburic. can. 31. Florentin. sess. vltima in decreto de purgatorio, & nouissimè Trid. sess. 6. can. 30. & sess. 22. de Sacrificio missæ can. 13. & sess. 25. patet etiam ex varijs locis diuinæ scripturæ. Primo, ex illo 2. Machab. 2. sancta, & salubris cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Secundo ex Tobia 4. panem tuum, & vinum tuum super sepultúram iusti constitue: idest instrue conuiuium, & voca fideles pauperes, vt ipsi post acceptam eleemosynam orent pro anima defuncti. Tertio ex Eccles. 7. Mortuo non prohibeas gratiam. Quarto psal. 65. transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium vbi Origines humil. 25. Ambros. in Psal. 36. & pleriq. alij per aquam intelligunt baptismum, & per ignem purgatorium, in quo

Orig. *Ambros.*

fit

fit vltima, ac plena purgatio.

Confirmatur denique purgatorium esse ex vnanimi Sanctorum Patrum, & Theologorum sententia, & consensu vniuersæ Ecclesiæ, quæ pro fidelibus defunctis orat, non quidem pro illis qui sunt in paradiso, quia non egent, nec pro illis, qui sunt in inferno, quia ibi nulla est redemptio, ergo orat pro illis, qui sunt in purgatorio, vt à pęnis diuinæ iustitiæ debitis liberentur: & hæc est tanti valoris consuetudo Ecclesiæ, vt etiam si deesset sacræ Scripturæ testimonium ad comprobandum purgatorium, hæc sola sufficeret, vt rectè doce August. in lib. de cura pro mortuis agenda, vbi sic inquit. Et si numquam in scripturis veteribus omnino hoc legeretur, non parua hac consuetudine claret authoritas vbi in precibus Sacerdotum, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum etiam habet commendatis mortuorum, & lib. 11. contra Donatistas ait. Multa non inueniuntur in litteris sacris, neque in concilijs posterorum, & tamen quia custodiuntur per vniuersam Ecclesiam, non nisi ab Apostolis tradita, ac commendata creduntur. *Aug.*

Quæstio Secnnda, quid sit Purgatorium.

RESpondetur esse receptaculum in quo purgantur animæ defunctorum à maculis quibusdam quæ dum viuerent, non abluerunt, vt im-

immaculati possint ingredi cælum, quod nihil intrabit coinquinatum.

Sed dices peccatum non deletur nisi per pænitentiam, sed post hanc vitam non est locus pænitentiæ, ergo post mortem nullum peccatum veniale in purgatorio dimitti potest.

Alens. Respondet Alens. in 4. p. q. 13. membr. 3. omnia venialia in ipsa morte remitti per gratiam finalem. Scotus in 4. dist. 21. q. 1. dicit *Scotus* peccatum solum relinquere reatum pœnæ, & arbitratur peccata venialia remitti in purgatorio, quia totaliter ibi puniuntur.

Durand. *Suarez* Durandus, & pleriq; alij quos citat Suarez tom. 4. 3. p. q. 78. disp. 11. sect. 4. tenent huiusmodi peccata remitti in primo instanti non esse hominis, idest in primo instanti separationis animæ à corpore, quia cognoscens anima in illo puncto suum statum, actu charitatis erigit se ad Deum, detestans omnia peccata sua.

D. Th. Cæterum D. Th. in 4. dist. 21. art. 3. communiter receptus docet, quod culpa venialis in eo, qui cum gratia decedit, post hanc vitam dimittitur per ignem purgatorij, quia pœna illa aliqualiter voluntaria virtute gratiæ habet vim expiandi culpam omnem, quæ simul cum gratia stare potest.



Sed

Sed dices post hanc vitam non potest esse meritum, ergo non potest deleri culpa venialis per ignem purgatorij.

RESpondetur ex D. Tho. l.cit.ad 4. respectu premij essentialis non posse esse meritum: sed respectu alicuius accidentalis potest esse, quamdiu manet homo in statu viæ aliquo modo: & ideo in purgatorio potest esse actus meritorius quantum ad remissioné culpæ venialis. *D. Tho.*

Quæstio tertia, in quo loco purgatorium sit.

RESpondetur primo, quidam dixerunt non esse certum locum purgandis animabus destinatum, sed varijs locis deputari ex diuina voluntate iuxta occurrentes circumstantias; ita Hugo de Sancto Victore lib. 2. de sacram. p.16.c.4.vbi ait probabilius esse vnumquemq; purgari, vbi potissima peccata commisit; hanc sententiam non reputat improbabilem D. Bonau. in 4.d.49.art. 2.q.2. *Hugo de S.V ict.* *Bonau.*

Respondetur secundo, ex communi Theologorum sententia teste Suarez in 3.p. tom. 4. disp.45. sect.2. vnum aliquem locum certum, ac definitum esse purgatorium, ac constitutum à Deo ad animarum purgationem, & esse sub terra versus eius centrum; ratio est ait Suarez *Suarez*

l. cit. quia spectat ad conuenientem Dei prouidentiam, quòd hic locùs determinatus sit; Sicut enim omnibus peccatis certas pęnas certa lege definiuit, ita etiam certa loca destinauit, ac præparauit, in quibus illæ pęnæ luendæ sunt: quia locus ipse est pars quædam pęnæ, quatenus in eo spiritus, vel contra dignitatem suam, vel etiam contra desiderium detinentur, nec est verisimile Deum pro solo arbitrio vnā animam in hunc locum, aliam in alium mictere ad purgationem: quia licet pro sua voluntate, & potestate possit id facere, non tamen est iuxta ordinariam prouidentiam.

Quod purgatorium sit locus subterrâneus, & in concauo terræ, colligi potest ex illis verbis, quæ canit Ecclesia: libera Domine animas fidelium defunctorum de pęnis inferni, & de profundo lacu. ad Philip. 2. dicitur, in nome Iesu omne genuflectatur Cęlestium, terrestriū, & infernorum.

Negandum tamen non est per legem, & voluntatem Dei extraordinariam aliquando purgari animas extra locū ordinarij purgatorij; vt refert Gregor. 4 dialog. 40. vbi dicit, Paschasium virum sanctum in Thermis augulanis apparuisse Germano Epō Capuano, eiq; reuelasse in eum pęnarum locum fuisse deputatum: quia contra Symmachum cuidam Laurentio fauerat.

Greg.

Defert Damianus epist. 13. ad Desiderium p. 7. Sanctum illum Episcopum in flumine apparuisse, suamque purgatoriam pęnam ostendisse,

Daman.

diſſe, quam patiebatur, eo, quod in recitandis horis debitis temporibus negligens fuiſſet.

Et de anima Sancti Seuerini ſcribit Petrus Damianus epiſt. 13. c. 7. quod purgata eſt in quodam flumine. **Damian.**

Præterea legitur in 4. lib. dialog. D. Greg. c. 55. de illo, qui in balneo ſuo, vbi peccauerat, tamquam in purgatorio pęnitentiam fecit, qui tandem triginti miſſarum merita iuit ad Cælum. **D. Greg.**

Deniq; Theologi docent communiter, quod animæ, quæ nobis viatoribus in hac vita apparent, petendo noſtra ſuffragia, non ſunt ex illis, quæ in purgatorio commorantur, quia illæ nō poſſunt inde exire, cum detineantur in illo loco, tanquam in carcere, donec ſatisfaciant, vſq; ad minimum quadrantem.

Quæſtio Quarta, quem ordinem ſitus ſeruet purgatorij locus ad alia receptacula animarum, quæ ſub terra ſunt.

Difficultas eſt de comparatione loci purgatorij ad limbum puerorum: nam de gehenna omnes fatentur eſſe in infimo loco, ideſt in centro terræ, & de ſinu Abraæ, eſſe in ſuperiori, hoc eſt digniori loco.

His poſitis.

RESpondetur quidam dixerunt purgatorium eſſe infra limbum puerorum, gehennæ vicinum; ita tenet Maior diſt. 44. q. 3. in fine, & Palud,

Palud. Petr. de Tarant. Palud. d. 45.q.3. cum Petro de Tarantas problem 1. art.3. & Soto dist.45.q. 1.ar.2.

Enriquez Enriquez l. vlt.c.25. nu.3.sic dicit infernus situs est in centro terræ. purgatorius paulo superior est,& coniunctus proximè igni inferni. Supra purgatorium est limbus Puerorum. in superiori loco erat limbus Patrum Sanctorum.

Sed de hac re iterum redibit sermo, cum agemus de limbo puerorum.

Quæstio Quinta, vtrum animæ Purgatorij pænam damni, & sensus patiantur.

Antequam respondeam.

SCiendum est, quod pęna damni appellatur carentia diuinæ visionis, totiusque æternæ beatitudinis, pæna verò sensus, est pæna alicuius doloris specialiter inflicti, vltra priuationem cœlestium bonorum.

His positis.

Suarez REspondetur primo, ex communi Theologorum sententia, teste Suarez tom.4.3.p.disp. 46.sect.1.animas purgatorij pænam damni pati, quia detinentur ab ingressu patriæ, ac visionis ratione culpæ commissæ.

Caietanus verò tom. 1. opusc. tract. 4.q.4. videtur tenere, quod animæ purgatorij non patiantur pęnam damni, ex eo, quod culpa est iam remissa, & consequenter est ablata auersio à Deo cui correspondebat pęna damni, quod in auersione fundatur: ergo illa carentia non

manet

manet in illis animabus vt pęna, sed solum ratione status, & necessitate quadam naturali, prout in nobis.

Sed non est recedendum à communi opinione, nam animæ, hoc ipso, quod sunt extra corpus, sunt in statu sufficienti ad videndum Deum, & consequenter patiuntur maximam pænam, & tristitiam quando Deum non vidět, quod non est sic, quando animæ sunt vnitę corpori, quandoquidem non sunt aptæ ad videndum Deum, & per consequens non patiuntur, si Deum non vident.

Respondetur secundo, pręter damni pænam, & tristitiam illi adiunctam esse in purgatorio propiam, ac peculiarem pænam sensus; est cõmunis Theologorum sententia, teste Suarex l. cit. sed num.5. & colligitur ex varijs locis diuinæ scripturæ, & primo ex 1. ad Cor. 3. saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Secundo patet ex Apoc. 18. quantum glorificauit se in delitijs, tantum datur ei tormentorum. Tertio, ex Paul. 1. ad Cor. 3. qui autem superedificat lignum, fænum, aut stipulam: & de eodem subdit, saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

Quæstio Sexta: an pæna sensus purgatorij sit à vero igne elementari, ac corporeo.

RESpondetur primo, ignem inferni esse verum ignem corporeum, hæc propositio licèt non sit expressa definita de fide, est tamen ita

ita certa, vt opposita temeraria, & errori proxima censeatur, vt recte docet Suarez 3.p.to.4 disq.46.sect.2.quia de igne inferni sunt infinita loca Scripturæ,& in multis eorum nullum est metaphoræ indicium: vnde in eis habet locum regula generalis de propria interpetratione, vbi metaphorica non est necessaria, & in particulari patet ex illo Scripturæ ite maledicti in ignem æternum &c.

Respondetur secundo ignem Purgatorij esse verum ignem corporeum, & Theologi dicunt esse æque certum sicut de igne inferni. Sed Suarez l.cit.dixit non esse ita certum sicut de igne inferni, nam babetnr ex Paul.1.ad Cor.3 saluus erit quasi per ignem, quæ particula quasi, videtur esse diminuens, magisque admittetere analogam significationem.

Suarez. *Pault*

Præterea in Concilio Florentino sess.1. Patres Greci constanter negarunt ignem Purgatorij: sed quia non negarunt locum pænalem Purgatorij, quem dicebant esse obscurum quemdam locum, absque igne, non sunt existimati in fide, vel doctrina necessaria dissentire.

Hæc sanè conuincunt rem hanc non pertinere ad dogmata fidei, nec esse tàm certum sicut de igne inferni, & saltem non esse opposítam opinionem dignam tam graui censura. Satis enim est si improbabilis censeatur, cum Pōtifex absoluti dixerit, bene fuisse de Purgatorio dictum: quamquam ipse loquutus fuerit in

ordi-

ordine ad ſtabiliendum fidem.

Auguſt· in Enchirid.c.69.& lib.8.quæſtion. ad dulced. q. 8. ſolum dixit, incredibile non eſſe dari hunc purgatorium ignem. *Aug. Enchir.*

Nihilominus cenſet Suarez l. cit. eſſe hanc rem certam intra latitudinem opinionis Theologicæ. Primo ob conſenſum Patrum Latinorum in Concilio Florentino. Secundo propter conſenſum Theologorum. Tertio, quia illa particula, quaſi per ignem non eſt adiuncta ad minuendam veritatem ignis, ſed ad explicandum modum ſaluationis, vt dicitur etiam quaſi Vnigenitum a Patre, &c. *Suarez*

Quæſtio Septima, quomodo ignis pæna afficiat animas ſeparatas.

Reſpõdetur ignem illum corporeum eleuari à Deo tamquam inſtrumentum ſuæ diuinæ iuſtitiæ ad torquendum, & cruciandum phyſice, & effectiuè illas animas in Purgatorio, prout phyſicè,& effectiuè torquet Demones,& animas damnatorum in inferno. Vnde Auguſt.lib.21. de Ciuit.Dei cap.10.ait, adherebunt ſpiritus corporeis ignibus cruciandi,accipientes ineffabilibus modis ab ignibus pænas, & eodem loc.idem Auguſt.inquit,ſpiritus torqueri ab igne miris, ſed veris modis. *Aug.*

Multi vero Theologi, & præcipuè D. Tho. lib.4.contra gentiles cap. 90. docet animam pati ab igne corporeo per quemdam alligationem *D. Tho.*

nem spiritus ad ignem sibi in voluntariam de qua valde tristantur. Possunt enim spiritus ait D.Th.l.cit.alligari corporibus, vel per modum formæ, sicut anima corpori humano alligatur, vt det ei vitam: vel etiam absque hoc, quod sit eius forma, sicut Negromantici virtute demonum spiritus alligant imaginibus, & hoc ipsum est in eis afflictionem, quod sciunt se rebus infimis esse alligatos in pænam.

D. Tho.

Quæstio Octaua, an pæna, qua animæ in Purgatorio existentes cruciantur, omnem huius vitæ pænam excedat.

D.Tho. RESpondetur Primo, ex communi Theologorum sententia, & præcipuè ex D. Th. in 4.dist.2.q.1.a.1. q.3. pœnam damni, quam patiuntur animæ in Purgatorio, esto sit temporalis, nihilominus esse grauissimam ex parte priuationis tanti boni, & meritò existimatur maius malum, quàm quodlibet temporale damnum vitæ præsentis. Vnde concludunt Theologi, teste Suarez to.4.3.p.disp. 45. Sect. 3.pænam damni omnibus modis excedere omnes huius vitæ pænas, quia magnitudo tristitię, qua secum affert pæna damni, oritur ex magnitudine boni amissi, seu mali præsentis, & ex vehementiori illius consideratione, & ex magna affectione ad illud: hæc autem omnia excellũt in pæna illa, talis enim est visio, & beatitudo

Suarez.

Cæ-

Cælestis, vt possessio illius ét per diem excedat omnia bona huius vitæ simul sumpta, & per diuturnum tempus possessa. Tale est etiam bonum illud, vt si opera nostra, vel afflictiones per se spectentur, esset superabundans premiũ illorum, etiam si ad breue solum tempus concederetur: ergo è contrario retardatio tanti boni, & priuatio eius, licèt temporalis, maximum malum est, infinitè, vt sic dicam, excedens omnia huius vitæ nocumenta.

Respondetur secundo ex D. Th. Bonauent. Paludan. cit. à Suarez in 3. p. tom.4.disp.46. Sect.3. num.5. pænam sensus, quam patiuntur animæ, quæ sunt in Purgatorio esse acerbiorẽ omni pæna huius vitæ. Idem sensit August. lib.2.contra Manichum c.24.& lib.50.Homiliar.& Bernardus sermone de obitu humberti, & alij. *D.Th. Bonau. Palud. Aug. Bernard.*

At vero Bonauentura in 4.dist.20.art.19.2. dicit licèt ex suo genere illa pæna grauior sit omni pæna sensibili huius vitæ, itaut maximam ad maximam comparando illa excedat, non tamen in indiuiduo: quia magna pæna huius vitæ potest excedere minimam aliquam Purgatorij pænam, & morali ratione hoc videtur, verisimile, quia si anima Purgatorij solum habeat vnum veniale peccatum leue, non videtur mereri propter illud summos cruciatus huius vitæ, & tamen meretur aliquam pænam Purgatorij: ergo non omnis illa ita est acerba, vt snparet omnes huius vitæ. *Aug.*

Ali-

Aliqui tamen Patres generalius loqui videntur, etiam comparando minimam pœnam Purgatorij ad maximam huius vitæ, nempè esse acerbiorem pœnam minimam Purgatorij maxima pœna huius vitæ. Vnde D. Th. 3. p. q. 46. art. 6. ad 3. dicit, quod dolor animæ separatæ excedit omne malum huius vitæ, & dicit, quod dolor Christi fuit maximus, sed non cōparando illum dolori animæ separatæ, quia scilicet est maior ille animæ separatæ, quam ille Christi. Idem docet August. c. 18. de vera & falsa pœnit.

D. Tho.

Sed Petes, an pœna damni sit acerbior in Purgatorio, vel in inferno, quam Pœna sensus.

Crys.

RESpondetur ex Chrys. Homil. 24. in Math. & 35. ac 47. ad populum, & lib. 1. de comp. cordis esse maiorem pœnam damni, quam pœnam sensus,

Quæstio Nona, num pœna Purgatorij per Demones tamquam per Ministros infligatur.

Suarez

RESpondetur ex communi Theologorum sententia teste Suarez 3. p. tom. 4. disp. 46. Sect. 3. negatiuè nempè animabus Purgatorij non infligi pœnam à Demone, quia non sperat ad peccandum posse prouocare, nec actiones de-

demonum ſunt conſentaneæ ſtatui animarum Sanctarum.

Quæſtio Decima, quàm ſit diuturna purgatorij pæna.

RESpondetur primo, certum eſſe pænas purgatorij non eſſe duraturas vltra diem iudicij vt ait Auguſt. 21. de Ciuit. Dei c. 16. his verbis, purgatorias pænas nullus futuras opinetur, ſcilicet homo fidelis, niſi ante illud vltimum tremendumque iudicium, & ſumitur ex ſententia finali Matth.25. per quam proponuntur iudicandi omnes, qui propia opera habere potuerunt, nam de infantibus ibi mentio non eſt, illi autem omnes, vel in beatitudinem recipiuntur, vel in gehennam relegantur, ergo tunc non eſt purgatorius, ſed ſupponuntur purgati omnes, qui ſaluandi ſunt. *Auguſt.*

Reſpondetur ſecundo, duratioñe pænarum purgatorij non eſſe æqualem in omnibus animabus, quæ ibi purgantur; ita docent Scholaſtici cum Auguſtino lib. 8. quæſtionibus ad Dulcitium q. 1. & lib. 50. homil. in 16. *Auguſt.*

Ratio eſt, quia non omnes animæ decedunt cum æquali reatu peccatorum remiſſorũ; ergo nec pæna illorum erit æqualis, ſed quantò magis minuſue tranſeuntia dilexerunt tanto breuius tardiuſq; ſaluabuntur; Nam quanta fuerit peccati materia, tanta erit tranſeundi mora, vt Auguſt. dixit. Beda lib. 5. hiſt. Anglic. c. 13. *Auguſt.* *Beda.*

refert omnes animas purgandas vsque ad diem iudicij in purgatorio detineri ex ordinaria lege, nisi propter Ecclesiæ intercessionem aliquę citius liberentur.

Suarez. Sed Suarez respondere in 3. p. tom. 4. disp. 46. sect. 4. num. 4. hoc de potentia absoluta non repugnare, sed de facto non ita fieri, quod patet primo ex sensu Ecclesiæ; credit enim animas purgatorij ad beatitudinem successiuè trãsire, prout in eis reatus maior, vel minor, plenius, vel tardius expiatur. Nec refert dicere hoc fieri per satisfactiones Ecclesiæ: nam in his etiam satisfactionibus est compensatio secundum quandam æqualitatem, solumq; sufficiunt ad aliquam temporalem pænam soluendam; ergo eadem ratione per ipsam pænam potest fieri liberatio intra aliquod breue tempus. Secundo non videtur conueniens, atquę decens, vt animæ sanctissimæ propter leuissimã culpam, vel reatum, tempore nimium diuturno extra beatitudinem detineantur.

Sed petes possit ne assignari terminus maximus vltra quem duratio pæna purgatorij non transcendat.

Soto. RESpondet Soto in 4. dist. 19. q. 3. art. 3. in fine, & ait hæc formalia verba. Quapropter crediderim numquam aliquem in purgatorio viginti annis extitisse; imo, vt mea fert opinio, nec decem. Nam cum nemo illic sit, nisi

nisi Dei amicus, contritio eius, & post Christum passum, sacramenta, & suffragia, & bonæ quæ egit, opera ad cumulum ei satisfactionis accedunt.

Sed hæc sententia videtur esse sine fundamento probabili, & communiter à Theologis reijcitur; Nam legitur in Surio in vita Sanctæ Larbergiæ, quod quidam Innocentius Papa est in purgatorio retinendus, vsq; ad diem iudicij vniuersalis, & D. August. lib. 9. confess. 1. 13. non solum orat pro matre sua Monacha ante triginta circiter annos tunc mortua, sed etiam rogat, vt quotquot ista legerint, eius meminerint ad altare. *Surius.* *August.*

Confirmatur ex vsu Ecclesiæ dum celebrat anniuersaria pro defunctis, etiam si constet, illos ante ducentos, aut quadrigentos annos fuisse defunctos.

Quæstio Vndecima, an pœnæ purgatorij paulatim per remissionem minuantur, donec finem accipiant, an verò semper crucient æquè grauiter, vsq; in finem, prout à principio taxatæ sunt?

Respondetur ex Enriquez lib. vlt. c. 25. num. 3. & Bellarm. lib. 2. de Purgatorio c. 14. pœnas purgatorij non æquè grauiter semper cruciare, sed paulatim remitti, donec totæ simul finiantur. *Enriq.* *Bellarm.*

Alij verò Theologi existimant pænas illas purgatorij non diminui, vt paulatim decrescāt successu temporis, sed esse easdem, vt à principio taxatæ sunt, & solum diminui, quoad durationem temporis.

Quæstio Decimasecunda, an possint animæ Purgatorij ante finitam purgationem ad tempus inde exire.

Antequam respondeam.

SVppono animam separatam à corpore virtute sua moueri posse, & etiam moueri posse virtute Angelorum, ac etiam demonum.

His positis.

Tertull. *Chrysost.* *Athan.* *August.* *Theoph.* REspondetur ex Tertulliano de anima c. 17. Chrysost. homil. 29. in Matth. Athanasio 9. ad Antioch. August. lib. de cur. pro mort. c. 11. 12. 15. & 16. Theophil. in Matth. 8. communem legem esse, animas purgatorij non posse inde exire, quia hoc est Dei præceptum.

August. Hæc autem lex indispensabilis non est, & ideo August. probabile credit, sæpè fieri veras apparitiones talium animarū ex dispensatione diuina.

Quæstio Decimatertia, vtrum animæ existentes in purgatorio sint omnino certæ de sua salute, post expletam purgationem.

REspondetur ex communi Theolog. sententia omnes animas, quæ in purgatorio sunt, habe-

habere certitudinem suæ salutis, quia existentes in hac vita, fidem habebant, quod qui in purgatorio mictuntur, expletis pænis ad æternam fælicitatem perueniunt, & hæc cognitio remanet eis in altera vita.

Dyonisius verò Carthusianus lib. de quatuor nouissimis art.47.& Michael Baius l.2. de meritis oper. 1.8. existimant varias esse in purgatorio pænas, & vnam esse omnium maximam, incertitudinem salutis, quia istæ licèt re vera, certò saluandæ sint, tamen ipsas hoc ignorare; quam sententiam non amplector, tamen nulla est repugnantia, cum Deus possit suspendere concursum ad hoc, vt animæ cognoscant se esse in statu gratiæ, & consequenter posse esse incertas de earum salute. *Dionys. Carthus. Michael Baius.*

Quæstio Decimaquarta, vtrum animæ, quæ sunt in purgatorio possint aliquid mereri, vel demereri.

RESpondetur non posse, quia cum illæ animæ non sint amplius in via non possunt aliquid mereri, vel demereri: vnde Ecclesiastes 9. dicitur. Mortui nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem, & c. 11. Homo comparatur arbori, quæ quamdiù viuit, crescere potest, abscissa crescere cessat. Si ceciderit inquit, lignum ad austrum, vel ad aquilonem, in quo loco ceciderit, ibi erit. Et Ecclesiastici c. 14. dicitur, Ante obitum tuum operare iusti-

tiam, quia non est apud inferos inuenire cibum.

Hinc.

Colligitur, quod animæ quę sunt in purgatorio, dum non sunt in statu merendi, sunt extra statum viæ.

Quæstio Decimaquinta, vtrum animæ à corpore seiunctæ statim iudicentur.

RESpondetur statim animas post obitum esse à Deo iudicandas, vt constat ex illo Ecclesiast. c. 11. facilè est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas, & paulo infra: in fine hominis denudatio operum eius.

Præterea de fide est, mox à morte impios descendere ad æternam pœnam, vt patet in Luc. 16. de epulon. & Iustos, ad æternam vitam, vt constat ex Luc, 23. de latrone, hodie mecum eris in paradiso.

Quæstio Decimasexta, an animæ existentes in purgatorio præter ignis pænam, etiam à demonibus affligantur.

Beda. Dionys. Guiller. RESpondetur ex Beda lib. 3. hist. Anglican. c. 19. & Dionys. lib.4. de quatuor nouissimis, & Guillerm. in vita Sancti Bernardi lib. 1. cap. 10. aliquas animas, quæ sunt in purgatorio à demonibus affligi. Nonnulli alij dicunt,

quod

quod in purgatorio demones non vexant animas, ſed extra illud, tamen læti de earum pœnis inſultant, irrident, ſubſanant,& ſua viſione torquent.

Sed multo verius eſſe, eas miniſterio demonum non torqueri, quia diuinam iuſtitiam non decet, vt animæ quæ in hoc mundo in vltimo conflictu de demonibus triumpharunt, & confirmatæ ſunt in gratia in purgatorio à victis torqueantur.



TRACTATVS DE LIMBO.

Quæstio Prima, quid sit Limbus Sanctorum Patrum, & an nunc extet.

Ad primum.

RESpondetur limbum Sanctorum Patrum fuisse quoddam receptaculũ vbi animæ, quæ ante Christi passionem in gratia moriebantur ibi detinebantur post purgationem peccatorum in purgatorio; ita Soto in 4. dist. 45. q.1.art. 1. idem locus dicebatur etiam sinus Abreæ, vt patet ex Luc.16. vel quia ibi Abraam erat inquiete, vel quia per fidem Messiæ quam tenuit Abraam illic recipiebantur animę antiquorum Patrũ, qui etiã fuit appellatus Pater credentiũ, quia Abraã fuit primus qui se à cætu infideliũ segregauit, & speciale signum fidei accepit, vt docet D.Th.3 p.q.69.a.4.& ideo, vt Pater recipit filios in sinu suo, sic sinus Abraæ recipiebat animas iustorum post peccatum Adæ: in hoc limbo erant tenebræ, quantum ad carentiam diuinæ visionis, iuxta quod Isai. dicitur: Populus qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam. Non tamen erant tenebræ quantum ad carentiam gratiæ, & scientiæ. Nec erat ibi

Soto.

D.Tho.

pœna

pæna ſenſibilis, quam homines patiuntur pro actuali peccato, ſed erat quędam quies, & refrigerium, & ſecundum hoc non dicitur infernus, ſed ſinus Abraę, & licèt de carentia viſionis affligerentur animæ, quæ erant in limbo, tamen tolerabant afflictionem ex illa certa ſpe gloriæ ex aduentu futuri Meſſiæ: Vnde D. Auguſt. in quodam ſerm. de paſſione Domini dicit, quod lacrimabili obſecratione Chriſtum orabant; iuxta illud act. 2. Deus Chriſtum ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni. D. Augu.

In hoc loco manſit anima Chriſti ab hora mortis ſuæ, quæ fuit feriæ ſextæ nona, vſque ad horam reſurrectionis, quo die ſuæ reſurectionis eos ſcilicet, qui erant in limbo, beatificando, extraxit de lacù, & ſecum ad Cælum deduxit, iuxta illud Oſeæ 13. O mors ero mors tua, morſus tuus ero infernæ; ita docet etiam D. Tho. 3. p. q. 52. art. 5. Nec de limbo puerorum, nec de inferno damnatorum vllum liberauit. De Purgatorio verò non niſi ſecundum diuinam iuſtitiā purgatos, aut illos, qui meruerunt liberari, dum vixerant per fidem, & ſpecialem deuotionem ad mortem Chriſti, vt eo deſcendente, liberarentur à temporali purgatorij pæna; vt recte ait D. Tho. 3. p. q. 52. art. 8. ad 1. D. Th. D. Th.



Ad

Ad Secundum.

Respondetur, post Passionem Christi Limbus Patrum vacuus remansit, quia animæ in cælum translatæ sunt, & pro illo limbo substitutum est cælum; post diem iudicij Purgatorium quoque euacuabitur, quapropter non erunt deinceps nisi tria eademque necessaria receptacula: nempe cælum, infernus, & puerorum limbus, vt docet Soto in 4. dist. 45. q. 1. art. 1.

Soto

Quæstio Secunda. In quo loco erat limbus Sanctorum Patrum.

Enriquez

Respondetur ex Enriquez lib. vlt. cap. 25. num. 3. esse in inferno, sed in parte suprema, idest supra lymbum puerorum, & constat ex lib. 1. Regum cap. 28. vbi anima Samuelis de locis subterraneis ascendere visa est, vidit, inquit Pythonissa, Deos ascendentes de terra.



D E

DE LIMBO PVERORVM.

Quæstio Prima. Quid sit Limbus Puerorum.

Respondetur, Limbum Puerorum esse qnoddam receptaculum eorum qui ex hac vita decedunt cum peccato originali, est communis sententia, qui locus secũdum opinionem Henriquez lib. vlt. c. 25. num. 3. est supra Purgatorium. *Henr.*

Quæstio Secunda. An pueri, qui sunt in limbo, patiuntur pænam ignis?

Respondetur ex D. Thom. in 2. dist. 33. art. 4. quod pueri, qui sunt in limbo propter peccatum originale, non patiuntur pęnam sensibilem, quia acerbitas pœnæ sensibilis, respondet delectationi culpæ, vt dicitur Apoc. 18. quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum, sed in peccato originali non est aliqua delectatio, sicut nec operatio: delectatio enim operationem consequitur, vt ex 10. Ethyc. patet, ergo nec in pęna erit aliqua sensibilis afflictio. *D. Tho.*

Carebunt tamen dicti pueri visione Dei, nihilominus eiusmodi carentia visionis Dei non affert eis afflictionem, vt ait D. Thom. loc. cit. quia sciunt numquam in sua potestate fuisse bonum consequi quo priuantur; sicut rusticus non affligitur de hoc, quod non est Rex, affligeretur autem si Rex esse potuisset, & est communis Theologorum sententia, Fulgentius vero in lib. de fide cap. 27. putat eos pueros puniri pœna ignis æterni; idem videtur sentire August. de verbis Domini serm. 14.

D. Tho. *Aug.*

Sed ad authoritatem Fulgentij, & August. respondet Gregor. de Valentia tom. 2. disp. 6. q. 17. p. 4. per ignem hos Doctores intelligere pœnam damni, quod probat dicto eiusdem August. lib. 3. de lib. arbit. cap. 23. vbi habetur, per ignem posse intelligi quemlibet pœnam.

Fulgent. *Aug.* *Greg.*

Sed petes, quid faciant paruuli in limbo.

Respondeo, quod speculantur naturalia, licèt enim anima humana à principio sui esse sit tãquam tabula rasa, in quo nihil est depictum, nihilominus Deus, qui non deficit in necessarijs, & qui animam creauit intellectualis naturæ, in separatione ipsius à corpore infundit omnes species rerum naturalium, vnde nullus Philosophus vmquam tanta cognouit de naturalibus, & de Deo sicut anima paruuli separata propter quod dici potest, ꝙ sunt quo-

dam-

dammodo ipsi beati naturaliter, ex quo D. Hilarius super Eccles. cap. 6. infert horum paruolorum vitam esse feliciorem, & delectabiliorem vita in hoc mundo. *D. Hil.*

Quidam tamen dicunt, quod post diem iudicij, vt detur spatium corporibus damnatorũ, in superficie terræ habitabunt, & hac sensibili luce perfruentur, Deumque, vt auctorem naturæ cognoscent, amabunt, & laudabunt, quod non est improbabile.



TRACTATVS DE INFERNO DAMNATORVM.

Quæstio Pirma. Quid sit infernus damnatorum.

RESpondetur, infernum damnatorum esse quoddam receptaculum animarum, quæ ex hac vita cum peccato mortali decesserunt, vbi æternaliter à parte post cruciabuntur ab igne.

Quæstio Secunda. Quod infernus damnatorum sit, an sit de fide?

REspondetur esse de fide, quod infernus dãnatorum sit, vt patet ex Matth. 25. discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius, & paulo inferius. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam, est conclusio definitiua in Cõcilio Florentino in decreto vnionis, vbi dicitur illorum animas, qui in actuali mortali peccato, vel cum originali decedunt,

mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas.

Quæstio Tertia. In quo loco sit infernus.

Respondetur ex communi Theologorum sententia, & præcipuè ex Enriquez lib. vlt. cap. 25. num. 3. esse infernum in centro terræ, quod est remotissimũ à Cęlo Empyręo, vt patet Primo ex Luc. 18. vbi dicitur abyssus infernus, id est sine fundo. Secundo patet ex Iob c. 11. excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces. Tertio, ex Isai. 7. dicitur, pete tibi signum à Domino, in profundum inferni, siue in excelsum supra. *Enriq.*

Quæstio Quarta. An alibi, quàm in centro terræ reperiantur loca, in quibus animæ damnatorum torquentur?

Respondetur affirmatiuę, vt refert D. Greg. lib. 4. Dial. c. 30. vbi ait se certa relatione cognouisse, eodem ipso momento, quo è corpore emigrauit Rex Theodoricus Arrianus visam fuisse animam eius proijci in puteum vulcani, qui est in Siciiia. Et Laurentius Surius in Historia anni 1537. scribit circa montem Heelam Insulæ Islandiæ, vbi erumpunt flammæ, & audiuntur quædam quasi tonitrua horribilia, *D. Greg.* *Lau. Sur.*

sæpè apparere animas, quæ dicunt se micti ad illum montem.

Quæstio Quinta, quot, & quænam sint pænæ Inferni. Quæstio est vtrum damnati in sola pæna ignis affligantur.

Respondetur primo tamquam indubitatum in inferno adesse pænam damni, quæ consistit in perpetua priuatione visionis Dei, vt patet ex Matth. 22. Nemo virorum illorum gustabunt cænam meam, & est communis sensus Patrum, & Theologorum, & hæc est maior afflictio, q̃ habent dānati. Vnde August. cit. à S. Fausto lib. 5. de quatuor receptac. anim. q. 31. ait, quod si daretur optio damnatis, vel exire de illis pænis, & non videre Deum, vel videre Deum in illis pænis, eligerent videre Deum, & remanere in illis pænis, quæ sunt supramodum acerbissimæ. Et D. Gregor. super Matth. c. 7. dicit si mille gehennas mihi proponas, non tantum has reputo, neque abhorreo, sicut a gloria illius societatis iucunditate repelli, atq; exosum fieri Creatori. Terribilis est gehenna, sed terribilior facies Iudicis summi irata, sed quod omnem vincit terrorem est elongatio sẽpiterna à contemplatione Trinitatis.

Aug.

a

D. Greg.

Neque obstat, quod damnati non diligant Deum, sed odio potius habent Deum, quandoquidem non cupiunt videre Deum secundum quod vergit in Dei gloriam, & honorem, sed secun-

secundum quod vergit in propiam eorum felicitatem. Vnde Greg. in Homil. 40. sic ait dubium non est, quia hi, qui in inferno sunt, ad sortem Beatorum transire desiderent, & D. Dionysius lib. 4. de diuin. nom. dicit, quod omnia, bonum, & optimum concupiscunt, *Greg.* *D. Dion.*

Sed dubium est an pæna damni sit æqualis in omnibus damnatis.

Respondetur ex Scoto d.50.q.6. §. ad primũ sic cit. à S. Fausto l. cit. esse inæqualem, non ratiõne sui cum sit priuatio, priuatio autem si pura est, maior, minorue esse nequeat: sed ratione causæ, quæ est maior, aut minor inimicitia Dei reijcientis eos à suo conspectu, & à participatione omnium bonorum, talis autẽ reiectio, magis, aut minus torquet, prout maior, aut minor est indignatio eius, qui reijcit. *Scoto*

Respondetur secundo damnatos præter pænam ignis multipliciter affligi, vt docet D. Th. in 3.p.q.97.art.1.& 2.& 3. Primo dãnatos pati remorsum conscientiæ. Secundo in inferno adesse tenebras, sed cum quadam luce: vt videãt damnati ea, quæ animam torquere possunt. Sic D. Th. art. 4. tenebræ vero sunt palpabiles, tum exteriores, tum interiores, de quibus dicitur 1. Reg. 2. & impij in tenebris conticescent, & Ps. 57. supercecidit ignis, & non viderunt Solem, & iterum in æternum non videbit lumen, & Matth. 22. mictite eum in tenebras exteriores, *D. Tho.* *D. Th.*

& Iud. 1. procella tenebrarum conseruata est impijs in æternum.

Tertio, tenebræ exteriores densissimæ sunt & reales propter situm loci, quia in centro terræ est, quæ à nullo Solis radio illuminantur, & licèt ibi sit ignis perpetuus tamen ob situm loci, non potest esse ignis clarus, sed fumosus, turbidus, ac fæculentus est, vt damnati nihil voluptatis habeant ex ignis claritate: sed velut in vmbra densa videant, quæ afflictionem afferant cordi ipsorum. Vnde D.Greg. lib.9.moralium c.49.ait, quod ignis inferni, quamuis ad consolationem non lucet, vt tamen magis torquet, ad aliquid lucet. Nam sequaces quoque suos secum in tormento reprobi flamma illustrante visuri sunt, quorum amore deliquerunt de hac visione Isai.13. dicitur vnusquisque ad proximum suum stupebit. Videbunt enim tormenta sua, & aliorum, ex quorum horribili visione, valde cruciabuntur maximè ex tormentis eorum, quos supra Deum amauerunt; & qui ipsorum causa damnati sunt.

D.Greg.

Quarto substinent damnati interiores tenebras, quia lumine gratiæ priuantur, & quamuis in eis remaneat synderis, quæ est lumen rationis remurmurans contra malum: hoc est eis ad penam, & hic est vermis ille, de quo dicitur Isai. vltimo, vermis eorum non morietur. Adeo autem obscurati, vt Deum reputent esse iniustum, & crudelem, & odiant eum in quãtum punientem, secundum illud Psal. 73. Super-

perbia eorum, qui te oderunt ascendit semper, & licèt damnati amittant omnem notitiam, quæ posset eos delectare, non tamen obliuiscũtur eorum, quæ sibi possunt tristitiam afferre, vnde solum retinent memoriam malorum, quæ hic gesserunt, ob quæ ibi sustinent pęnam, & bonorum, quę amiserunt.

Itaque scientia, quam hic acquisierunt, & per mortem auctior facta est; quæ Beatis est solatio, in damnatis supplicium auget, dum per eam clarius cognoscunt quantum Beatitudinis damnum sua culpa patiantur, ex quo resurgit remorsus conscientiæ, qui dicitur vermis.

Quinto erit in inferno horribilis confusio clamorum, lamẽtorum vlulatuum, maledictionum, blasphemiarum cõtra Deum, & Sanctos, & contra seipsos, & socios suos, qui occasionẽ ipsis prębuerunt peccandi, vt patet ex Apoc. 16 blasphemauerunt Deum Cæli, & manducauerunt linguas suas pro doloribus, & vulneribus suis. Bernardus in suis meditationibus ait in inferno nihil aliud audietur: nisi fletus, & planctus, & vlulatus, merores, atque stridores dentium. Et hoc est, quod scribitur Sap. 5. turbabuntur timore horribili, & Iob. 2. sonitus terroris in aures eius, & 1. Reg. 2. Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in Cęlis tonabit, vnde D. Th. 2. 2. q. 13. art. 4. communiter receptus docet post vniuersalem resurectionem in damnatis futuram esse vocalem plasphemiam, sicut in Sanctis erit vocalis laus.

Bernard.

D. Tho.

Sexto, adest societas terribilium cacodemonum, & continua cum eis horribilis conuersatio, quorum aspectus adeo terribilis est, vt *Antonin.* quidam Religiosus, teste D. Antonino, vnius solius aspectu exterritus, & fere exanimatus, postea in se reuersus dixerit: malle se in fornacem ignis ardentissimam intrare, quàm denuo in icto oculi eum aspicere; immo dicunt communiter Theologi, quod si quis per momentum videret turpitudinem diaboli in essentia sua omni turpitudine propter peccatum deformata, statim moriretur. De hac autem demonum apparitione dicitur Iob 20. vadent, & venient super eos horribiles, qui nullo placantur magis illis, quis seruiet, tanto fortius illi eum torquebunt, de quibus Ecclesi. 39. dicitur: sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua, & in tempore consumationis effundent furorem.

Nec societas afflictorum aliquod prestat suffragium, iuxta illud commune dictum, solatium est miseris socios habere pœnatos: sed ex damnatorum societate, nullam percipiunt consolationem, etiam amicorum, & parentum, quos hic multum dilexerunt, sed potius pœnæ augmentum. Vnde D. August. de damnatis dixit. *August.* Non propterea minus ardebunt, qui cum multis ardebunt.

Septima pœna est, afflictio totius corporis, nam damnati in omnibus sensibus exterioribus horribiliter cruciabuntur, vt verificetur in eis illud

illud Sap. 11. per quæ peccauit, per hæc, & punietur, & primo, in tactu totius corporis ex flagellationibus, & physica adustione ignis, & cæteris tormentis iuxta illud Prouerb. 19. Mallei percutientes stultorũ corporibus, & Matth. 18. tradidit eum tortoribus, donec redderet vniuersum debitum. Secundo, in viso ex tenebricoso igne, & fumo inferni, qui nullum habebit respiraculum, iuxta illud Apoc. 9. obscuratus est aer de fumo putei, & illud Psalm. ascendet fumus ex ira eius. Tertio, in olfatu, ex pessimo fætore sulphureo ignis, corporum etiam ipsorum iuxta illud Iohel 2. ascendat fetor eius, & putredo, & illud Isai. 14. de cadaueribus eorum ascendit fætor. Quarto, in auditu ex horribilibus clamoribus, atq; lamentis, & maledictionibus, & stridoribus, opprobijs damnatorum, iuxta illud Isai. 3. Tu multuabitur puer contra senem, & ignobilis, cõtra nobilem. Vnde D. August. in serm. ad Heremitas dicit, quod Lucifer non cessabit clamare in corpore assumpto alijs demonibus, vt percutiant, & torqueant hinc, & inde: & dicet etiam illud Apoc. c. 17. date, scilicet huic, vel illi sitibundo, calicem indignationis iræ Dei, & illud Ezechiel. 33. potabis, vsq; ad feces, & fragmenta eius deuorabis. *August.*

Quinto, in gusto, ex corruptis humoribus intrinsecis, aut extrinsecis, iuxta illud Psal. 74. fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ, & illud Deuteron. 32. fel Dra-

conum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile; vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Vnde sicut in cęlo erunt ad plenum satiati, & omni dulcedine pleni, ita damnati erunt pleni omnibus doloribus, & infirmitatibus, & in omnibus membris, & sensibus semper indicibilem dolorem sentient, iuxta illud Iob 5. irruet in eum omnis dolor.

Octaua pæna est, vermium edacissimorum corrosio, de qua dicitur Isai. 14. subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes, & c. 34. cubile Dragonum, & pascua strutionum, & occurrent demonia, & c. 50. sicut vestimentum, sic comedet eos vermes, & c. 66. vermis eorum non morietur.

Nona pæna est, quod damnati in inferno transibunt ex vehementissimo frigore ad vehementissimum calorem, sine hoc quod in eis sit aliquod refrigerium, vt docet D. Th. in 3. p. q. 97. art. 1. ad 3. & patet ex Iob 24. ab aquis niuium, transient ad calorem niuium, Matth. 18. dicitur ibi erit flectus, & stridor dentium.

D. Tho.

Decima pæna est, æternitas pęnæ, vt patet ex Matth. 25. ite in ignem æternum, & Isai. vlt. dicitur vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

August. Dicit August. de vera, & falsa pęnit. c. 17. quod pæna quam patiuntur damnati in inferno excellit omnem pænam, quam vmquam aliquis expertus est in hac vita: numquam enim ait

August. August. in carne tanta est pęna: licèt mirabi-

lia

lia Martyres passi sunt tormenta; vnde ait Isai. 33. quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante, & ardoribus sempiternis, ijs pęna est feruentissima fames, iuxta illud Luc. 6. ve vobis, quia saturati estis, quia esurietis.

Vndecima pęna est, ardentissima sitis, vt patet ex Iudit. cap. 7. sit finis noster breuis in ore gladij qui longior sit ariditate sitis, hinc diuiti, qui non contulit pauperi Lazaro micam, denegauit Deus aquæ potum.

Sed petes primo, an ignis inferni sit verus, & corporeus?

RESpondetur communis Theologorum sententia est, ignem inferni esse verum ignem, & corporeum ab initio mundi cum alijs creaturis productum, & ordinatum à Deo ad improbos cruciandos, vt patet ex Matth. 25. ite maledicti in ignem ęternum: qui quidem ignis si non esset corporeus sequeretur, quod diuina scriptura, vt terreret nos, supposuisset falsum, quod nullo modo est asserendum; idem sensit August. in lib. 1. de mirabilibus sacræ Scripturæ c. 2. & lib. 21. de Ciuit. Dei c. 10. vbi ait. Gehenna illa, quod, & stagnum ignis, & sulphuris dicitur corporeus ignis est, & D. Gregor. lib. 4. dialog. c. 29. inquit, ignem gehennę corporeum esse non ambigo, quo certum est corpora cruciari. Nam, vt aquę, quę sunt super cęlos, teste D. August. q. 27. ad Horosium, *August.* *D. Greg.* *August.*

rosium, cum istis aquis inferioribus eiusdem speciei sunt, ita à simili ignis, qui sub terra est, eiusdem speciei cum nostro igne erit.

Aristot. Confirmatur etiam ex Aristotele 1. topic. qui dicit omnis aqua, omni aquę est eadem specie, ita eadem ratione, omnis ignis omni igni est idem specie.

Differt tamen ignis inferni à nostris in multis.

Primo, quia ignis noster naturaliter vrit, sed non ligat: at ignis inferni vrit, & ligat spiritum in inferno.

Secundo, quia ignis noster successione indiget, & lignis nutritur, quia violenter in alienã materiam est introductus: at ignis inferni successione non indiget, nec lignis nutritur, quia est in propia materia, vnde ab homine non est accensus, sed à Deo iuxta illud Isai. 30. flatus Domini sicut torrens sulphuris, succendet eum.

Tertio, quia ignis noster sua luce delectat, at ignis inferni est fumosus, turbidus, ac fęcundus, vt damnati nihil voluptatis habeant ex ignis claritate: sed velut in vmbra densa duntaxat videant se ad inuicem, vt magis torqueantur; Vnde D. Greg. ait, quod ignis dãnati non lucet ad consolationem, sed ad confusionem, vt videant secum quos inordinate dilexerunt, vel, vt videant ad miseriæ augmentum, & D. August. in lib. meditat. c. 34. inquit, quod ignis gehennę semper ardebit, & num-

D. Greg.

D. Aug.

quam

quam lucebit, ſemper exuret, & numquam conſumet, ſemper afficiet, & numquam deficiet.

Quarto, quia ignis noſter non habet ſecundum virtutem propiam, quod aliquos cruciat magis, aut minus. Ignis autem inferni cruciabit ſecundum modum culpę. Vnde D. Greg. in 4. dialog. dicit, vnus quidem eſt gehennę ignis, ſed non vno modo omnes cruciat peccatores, vniuſcuiuſq; enim quantum exigit culpa, tantùm ſentietur pęna. *D. Greg.*

Quinto, quia ignis noſter conſumit, at ignis inferni non conſumit corpora, quia ibi agit vt inſtrumentum diuinæ iuſtitię per quam modificatur.

Sextò, quia ignis noſter habet ardorem naturalem, non in infinitum extenſiue, ſed ignis inferni reſpectu huius noſtri habet ardorem incomparabilem. Primo ratione loci infernalis, vbi eſt clauſus, & coarctatus. Secundò ratione contrarij frigoris circunſtantis, nam ex propinquitate vnius contrarij, alterum contrarium fortificatur, vnde propter has rationes dicit D. Auguſt. quod ignis noſter reſpectu illius, reputatur ignis depictus in muro. *Auguſt.*

Septimus, & vltimo, quia ignis noſter eſt corruptibilis deficiente materia: at ignis inferni eſt incorruptibilis, quia eſt in materia immortali ſcilicet anima, & corpore incorruptibili.

Cauſa verò huius incorruptibilitatis eſt iuſtiſſima Dei voluntas, per quam corpora illa per-

perpetuò erunt subiecta suis animabus, vt in sempiternum puniantur damnati, quoad corpora, & animas.

Alia verò causa huius incorruptibilitatis est cessatio motus Cęli, nam vt optime post D. Th. & cęteros Theologos annotauit Sotus in 4.d. 48.q. 2. art. 2. motus cæli est saltem conditio, quędam naturaliter requisita, vt cęlum in inferiora corpora agat, sine cuius actione nulla causa inferior potest naturaliter quidquã agere, ac proinde neque corrumpere aliquid, itaque cęli motu cessante, quod in mundi fine futurum est, cessabit omnis generatio, & corruptio.

D. Tho. *Soto.*

Petes secundo, an ignis inferni, & ignis purgatorij distinguantur.

RESpondetur distingui in multis. Primo, quia ignis inferni est ęternus, ignis vero purgatorij, quoad effectum purgationis est temporalis. Secundo, quia ignis inferni indurat, & deuorat, ignis vero purgatorij excoquit, & purgat. Tertio, quia ignis inferni res fortes, & pulchras debiles, & turpissimas facit, ignis autem purgatorij, fortiores, & pulchriores facit, sicut aurum in igne non detoriatur, sęd purificatur, & pulchrius efficitur. Quarto, quia ignis purgatorij est purgatiuus, ignis vero inferni est exterminatiuus. Vnde D. Gregor. lib. 4. dialog. ait, sub eodem igne in substantia

D. Greg.

ftantia fcilicet purgatorij, & inferni, electus purgatur, & damnatus exterminatur. Quinto, quia ignis purgatorij eft folum ordinatus ad purgandum reliquias peccatorum, & ideo pęna purgatorij vocatur pęna ignis: ignis autem inferni eft ordinatus folum ad affligendum, & ideo alijs nominibus nominatur, quę apud nos vehementer affligere folent, fcilicet gehenna, baratrum, tartarus, abyffus, lacus miferię, putęus, interitus fepulchrum, vmbra mortis &c. Sexto, quia ignis inferni eft obfcurus, & tenebrofus, fub quadam vmbrofitate, vt fic damnati videre poffint, vnde doleant, iuxta illud Pfal. 11. peccator videbit, & irafcetur: ignis autem purgatorij eft clarus, & lucidus. Septimo, & vltimo, quia ignis inferni affligit, & torquet ratione malorum habituum, & vitiorum, & falfarum opinionum in mundo contractarum, ignis autem purgatorij purgat ab omnibus prędictis.

Petes tertio, quando, & ad quem finem fuit creatus ignis inferni.

RESpondetur ab origine mundi, & ad hoc vt Deus in eo timeretur, nam licèt homo non dum peccaffet, habebat tamen poteftatem peccandi, & offendendi Deum, & ideo vt haberet, vnde Deum timeret, fuit ille ignis creatus, qui poterat Dei offenfam vindicare: Vnde ante peccatum ignis habuit iftum actum, vt fcili-

ſcilicet in eo diuina iuſtitia timeretur, & ad hoc principaliter, & per ſe fuit ordinatus: ad puniendum autem accidentaliter fuit ordinatus, iam exiſtente peccato, vt recte docet S. Fauſt. lib. 5. de quatuor recept. q. 29.

Petes quarto, vtrum in inferno erunt vermes materiales.

D. Tho. RESpondetur ex D. Thom. 3. p. q. 98. art. 2. quod poſt diem iudicij nullum corpus mixtum remanſurum eſt, ac proinde vermis, qui damnatis aſſignatur, non erit materialis, ſed ſpiritualis, qui conſcientię remorſus dicitur, & conſequenter illud Iudith. vlt. dabit Dominus omnipotens ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiant in ſempiternum. Et illud Eccleſiaſt. 7. vindicta carnis impij ignis, & verbis, intelligendum eſt ſecundum D. Th. de ſpirituali verme. D. Tho.

Alij vero exiſtimant, eſſe vermes materiales in inferno.

Alij deniq. dicunt, quod demones accipient formam vermium, ſerpentum, ac viperarum, ſimiliter, & tigrium, atque leonum, & in tali forma cruciabunt miſeros damnatos, & ita intelligunt illud Deutor. 32. dentes beſtiarum immictam in eos cum furore trahentium ſuper terram, atque ſerpentium, & deuorabunt eos aues morſu amariſſimo.

Pe-

Petes quinto, vtrum omnis voluntas damnatorum sit mala.

REspondetur ex D. Th.3.p.q.98. art.1.quod in damnatis potest esse duplex voluntas, scilicet voluntas deliberatiua, & voluntas naturalis. Naturalis quidem non est eis ex ipsis, sed ex actione naturæ, quæ in natura hanc inclinationem posuit, quæ naturalis voluntas dicitur: vnde cum natura in eis remaneat, secundum hoc bona poterit in eis esse voluntas naturalis, sed voluntas deliberatiua est eis ex ipsis, secundum quod in potestate est eorum inclinari per affectum ad hoc, vel illud, & talis voluntas est in eis solum mala: & hoc ideo, quia sunt perfectè auersi à fine vltimo rectę voluntatis, nec aliqua voluntas potest esse bona, nisi per ordinem ad finem prædictum, vnde etiam etsi aliquod bonum volunt, non tamen bene volunt illud, vt ex hoc voluntas eorum bona dici possit; & consequenter etiam naturalis inclinatio ad bonum per eorum malitiam corrumpitur, quia appetunt bonum naturæ sub malis circumstantijs, vt optime docet D. Tho. l.cit.ad 1. D. Th. D. Tho.

Petes sexto, vtrum damnati pœniteant de malo quod fecerunt.

REspondetur ex D. Th.l.cit. sed art.2. quod damnati per se non pœnitebunt de peccatis, D. Th.

tis,ſed per accidens, in quantum affligentur à pæna, quam pro peccato ſubſtinent; vt patet ex Sapient. 5. vbi dicitur de damnatos intra ſe pænitentiam agentes.

Petes ſeptimo, vtrum damnati recta ratione vellent non eſſe.

D.Th. Reſpondetur ex D.Th. l.cit. ſed art.3. quod damnati non vellent non eſſe in quantum non eſſe conſideratur ſecundum ſe, quia illud non eſt appetibile: in quantum verò conſideratur, vt eſt ablatiuum pænalis vitæ, aut alicuius miſeriæ: non eſſe, poteſt deſiderari à damnatis. Ratio eſt, quia non eſſe ſimpliciter non habet rationem boni,& conſequenter non eſt appetibile, ſed non eſſe in quantum eſt ablatiuum pænalis vitæ non eſſe accipit rationem boni, & conſequenter eſt appetibile, vt *Ariſtot.* dicit Ariſtot. in 5. Ethic.

Scotus verò in 4.ſent.diſt. 50. & alij dicunt quod recta ratione damnati non poſſunt appetere non eſſe cauſa euadendi malum pænæ, ratio eſſe poteſt, quia non eſſe deſtruit totam naturam, non ſic malum pęnæ. Ratio verò *Scotus.* Scoti l. cit.eſt, quia ad eſſe eſt appetitus naturalis, & talis appetitus conſonat diuinæ voluntati, & patet ex hoc dicit Scotus, quia Deus ipſum eſſe cauſat immediatè in creatura rationali, & in perpetuum conſeruat. Pæna autem non eſt diſſona voluntati diuinæ, quia infligit eam:

eam: ergo propter ipsius fugam non est appetendum non esse.

Sed communis opinio docet, damnatos posse recta ratione appetere non esse propter carentiam pœnarum inferni, quia non esse non est malum de per se, supplicium autem æternum est infinitum malum, ergo eligibilius recta ratione non esse, quod de se non est malum, quam pœna æterna, quod est malum infinitum. Vnde August. in sermone de murmuratione sic ait. Melius est enim fratres mei carere esse, quàm perpetuò cruciari. Nam non esse quid sit ignoro: sed habere esse, & perpetuò cruciari, quid est aliud, quam mortem sine morte semper habere, verum igitur, & indubitanter dicere audeo, melius esse, non esse, quàm cum esse perpetuò cruciari, vel æternaliter affligi: hæc August. *August.* *August.*

D. Hieronym. super illa verba maledicta dies in qua natus sum, dicit de damnatis formalia verba. Melius est non esse, quam semper malè esse, nam licèt non esse absolutè sit malum, consideratum tamen tamquam mediũ, ad cauendam summam miseriam, est bonum. *Hieron.*

D. Bernard. serm. 35. in Cantica loquens de his, qui igni perpetuo sunt tradendi: sic ait. Nec dubium fore deterius his, qui sic erunt, quam his qui omnino non erunt. *Bernard.*

Potest verò confirmari sententia horum Theologorum ex Matth. 26. melius ei fuerat si natus, non fuisset homo ille.

Petes

Petes octauo, an recta ratione eligibilius sit hommi appetere non esse, quam esse cum peccato.

Scotus RESpondet Scotus in 4. sent. dist. 50. quod dupliciter comparari potest voluntas ad non esse, & ad miseriam culpæ, scilicet vniformiter, & difformiter. Vniformiter, vt sit causa ipsius non esse; sicut est causa ipsius culpæ, & hoc modo quæstio nulla esset, quia nullo modo potest esse causa ipsius non esse, nec etiam si posset, deberet velle se facere non esse propter fugiendam culpam, quia in hoc peccaret mortaliter.

Scotus Et sic probat Scotus loc. cit. nam sicut post esse diuinum maximè teneor diligere esse meũ, sic post odium esse diuini maxime teneor vitare, & fugere odium esse propij: ergo odiendo esse propium, & volendo ipsum facere non esse pecco mortaliter: ergo oportet vt intelligatur quæstio secundum quod ad ea comparatur voluntas difformiter, videlicet, secundum quod voluntas potest appetere non esse, non vt sit causa, sicut est causa peccati, sed vt voluntarie substineret ipsum non esse si infligeretur sibi, & sic non est quasi velle simpliciter, sed quasi non nolle: & talis voluntas est semper, quando duo mala ponantur maius, & minus malum, quia quando sunt duo mala in eligendo minus malum est fugere maius malum, quia ibi vnum

habet

habet rationem boni respectù alterius, vt patet ex 5. ethicor. c. 6. sic ergo intelligendo quæstionem, dicit Scotus, quod voluntas creata tenetur non vitare non esse à Deo annihilante: aliter enim peccaret mortaliter. Ratio est ait idem Scot. quia quilibet secundum rectam rationem tenetur seruare præceptum diuinum quamdiù non est reuocatum, & per consequens non facere peccatum in quocumq; casu, quia quodcumq; peccatum, est peccatum, quia est contra præceptum diuinum: ergo in quocumq; peccato quis transgreditur præceptum diuinum, sed non nolendo se à Deo annihilari non transgreditur quis præceptum diuinum, sed inclinationem naturalem vitare, autem peccatum includit præceptum, quod non est reuocatum. Hoc autem semper sic est: ergo tenetur ad istud, vt fugiat, & vitet illud, sed hæc opinio communiter reijcitur à Theologis, vt patet vt supradictis, & patet ex Matth. 26. Melius ei fuerat si natus non fuisset homo ille. *Scotus.* *Scotus.*

Petes nono, an omnes damnati vniformiter, atq; æqualiter puniantur?

RESpondetur minimè, sed acerbius, & minus acerbè secundum quod plus, aut minus peccauerunt, vt patet ex Apoc. 18. quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum, & Deuter. 25. pro mensura peccati erit, & plagarum modus. & Matth.

D.Greg. 7. in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis, & D. Greg. lib. 4. dialog. c. 43. dicit, quod ſicut ſol omnes tangit, non tamen omnes æqualiter calefacit, ſed ſecundum eorum qualitatem, ſic non æqualiter omnes damnati punientur, & patientur, ſed pro quantitate, & grauitate peccatorum.

Petes decimo, vtrum Deus iuſtè puniat peccatores in peccato mortali morientes pœna æterna.

Reſpondetur affirmatiuè, & ratio eſt, quia homo dum peccat, offendit perſonam infinitè dignam, nempè Deum, ergo homo puniri debet à Deo pæna æterna, ac infinita, non quidem acerbitate, quia ſic conſumeret naturam, ſed duratione.

Præterea qui mortale peccatum committit, propia voluntate ſe ponit in ſtatu à quo erui non poteſt, niſi diuinitus, vnde eo ipſo quod vult peccare, vult perpetuò in peccato manere, hoc enim eſt ſpiritus vadens in peccatum, & non rediens per ſeipſum; ſicut ſi aliquis ſe in foueam proijceret, vnde exire non poſſet, niſi adiutus, poſſet dici quod in æternum ibi manere voluit, quantumcumq; aliud cogitaret.

Addo deniq; quod qui in peccato mortali moritur oſtendit ſe cupere ſemper viuere, Auguſt. vt ſemper peccare poſſet, vt D. Auguſt. ait de pænit. d. 7. cap. fin. hæc ſunt formalia verba,

qui

qui impenitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur, quia qui impenitens finitur, si semper viueret, semper peccaret: mala autem voluntas pro facto reputatur; idem affirmat D. Gregor. lib. 4. dialog. c. 44. ergo ad magnam iustitiam iudicantis pertinet, vt numquam careant supplicio, qui dum viuerent numquam voluerunt carere peccato, vt concludit D. Gregor. l. cit. *D. Greg.* *D. Greg.*

Petes 11. cur Deus damnatos ad nihilum non redigat.

RESpondetur quia id non esset consonum diuinæ iustitiæ, nam sicut secūdum D. Greg. lib. 17. moral. damnati dum viuebant, eorum vita semper fuit mortua in culpa, sic post mortem debent semper viuere in pæna; vnde ait idem Gregor. l. cit. Cruciabitur, & non extinguetur, morietur, & semper viuet, finietur, & sine fine manebit. *D. Greg.*

Neq; obstat, quod dicatur in scripturis damnatum dici, redigi ad nihilum iuxta illud Ps. 14. ad nihilum deductus est in conspectu eius peccator, nam id intelligitur methaphoricè, quia spiritualibus bonis priuatur secundum illud 1. ad Cor. 13. Si charitatem non habuero nihil sum.



Petes 12. vtrum damnati vellent esse in inferno alios damnatos.

D. Tho. RESpondetur affirmatiuè ex D. Th. l.cit.art. 4. & ratio est, quia sicut in Beatis erit perfectissima charitas, ita in damnatis perfectissimum odium: vnde sicut Sancti gaudebunt de omnibus bonis, ita, & ipsi de omnibus bonis dolebunt: ergo dolent de felicitate Beatorum, & eorum damnationem appetunt: vnde dicit Glosa super illud Isai. 14. surrexerunt de solijs, solatium est malorum, multos socios habere pœnarum.

Petes 13. vtrum damnati odio habeant Deum.

RESpondetur affirmatiuè, secundum illud Psalm. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

Petes 14. vtrum damnati demereantur, vel Beati mereantur.

D. Th. RESpondetur ex D. Th. 3.p.q. 98. art. 6. & est communis Theologorum sententia, quod damnati ante diem iudicij possunt demereri, non quantum ad pœnam essentialem, sed quantum ad pœnam accidentalem, vsque ad diem iudicij, & hoc præcipuè in demonibus, vel

vel Angelis bonis fit verum, quorum officio aliqui trahuntur ad ſalutem ex quo officio creſcit gaudium Beatorum Angelorum, vel ad damnationem ex quo creſcit pæna demonum.

Poſt diem iudicij non erit aliquod meritum, vel demeritum, quia meritum, vel demeritum ordinatur ad aliquod bonum, vel malum vlterius conſequendum, poſt diem autem iudicij erit vltima conſumatio bonorum, vel malorum, ita quod nihil erit vlterius addendum de bono, vel malo: vnde & bona voluntas in Beatis non erit meritum, ſed premium: & mala voluntas non erit in damnatis demeritum, ſed pæna tantum.

Petes 15. vtrum damnati poſſint vti notitia, quam in hoc mundo habuerunt.

Reſpondetur ex D. Th. l.cit. ſed art.7.quod damnati habebunt actualem conſiderationem eorum, quæ ſciuerunt, vt inde triſtitia, non vt lætitia afficiantur, quia ſpecies intelligibiles in anima ſeparata remanent, vt docet idem D.Th. conſiderabunt damnati mala, quæ geſſerunt ex quibus damnati ſunt, & bona delectabilia, quæ amiſerunt, & ex vtroq; torquebuntur. *D. Th.*

Petes 16. vtrum damnati aliquando cogitabunt de Deo.

D. Tho. Respondetur ex D. Th.l.cit. art. 8. sed quod dānati nullo modo possunt cogitare de Deo per se, hoc est tanquam totius bonitatis principio: per accidens verò, hoc est per Dei effectus, in quantum punit, & alia id genus, poterit Deus à damnatis cogitari.

Petes 17. vtrum damnati gloriam Beatorum videant.

D. Th. Respondetur ex D. Th. l.cit. sed art. 9. quod damnati ante diem iudicij bonos in gloria sua vident, sed post diem iudicij visione Beatorum priuabuntur; Sed aduertendū est, quod cognoscunt damnati non gloriam Beatorum qualis sit, sed solum cognoscunt eos esse in gloria inæstimabili: &.ex hoc turbantur, tum propter inuidiam dolentes de felicitate eorum, tum propter hoc quod ipsi talem gloriam amiserunt: vnde dicitur Sap. 5. de impijs. Videntes turbabuntur timore horribili, quod damnati vident bonos in gloria, colligitur ex Luc. 16. quod diues in tormentis positus vidit Abram, & Lazarum in sinu eius: Post diem iudicij, vt supra dictum est omnino priuabuntur damnati eorum visione, nec tamen ex hoc eorum pœna minuetur, sed augebitur: quia me-

memoriam habebunt gloriæ bonorum, quam in iudicio videbunt, vel ante iudicium; & hoc erit eis in tormentum: ſed vlterius affligentur in hoc quod videbunt ſe indignos reputari etiam videre gloriam, quam Sancti merentur habere.

Petes 18. vtrum Deus puniat damnatos citra condignum.

RESpondetur ex communi Theologorum ſententia affirmatiuè, quoad acerbitatem pænarum, non autem quoad durationem, nam pænam quoad durationem eſt æterna, & Deus nihil relaxat propter incorrigibilitatem culpæ, ſed quoad intenſionem, ſeu acerbitatem pænæ, Deus quaſi infinitam partem relaxat propter immenſitatem ſuæ miſericordiæ quandoquidem in omnibus operibus Dei inuenitur miſericordia, & iuſtitia, iuxta illud Pſal. 24. vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas.

Petes 19. vtrum in inferno ſit aliqua pænarum mitigatio.

RESpondetur negatiuè ex ſententia omnium Theologorum, & ratio eſt, quia numquam remictitur pæna, niſi remiſſa culpa; ſed culpa numquam remictitur in inferno, ergo neque in inferno remictitur pæna.

Sed difficultas est de culpa veniali non remissa, & de culpa mortali remissa; ratio dubitandi est, quia culpæ veniali, etiam si non sit remissa, non debetur pæna æterna, neq; culpæ mortali remissæ; nam per confessionem factam ab homine quando viuebat fuit commutata pæna æterna debita culpæ mortali, in temporalem; ergo non debet amplius reuiuiscere æternitas pænæ respectu culpæ mortalis iam remissæ ratione alterius culpæ mortalis, propter quam homo impænitens fuit ad infernum damnatus, ex alia vero parte sequeretur in inferno adesse alicuius pænæ mitigatio, nempe completa satispassione respectu venialium, & mortalium iam remissorum, quod videtur absurdum esse.

Scotus RESpondetur ex Scoto in 4. dist. 21. q. 1. quod veniali culpæ non remissæ non debetur pæna æterna in inferno, idem dicitur respectu culpæ mortalis remissæ per pænitentiam factam ab homine quando viuebat, media confessione, nempè non deberi pænam æternam ratione adiuncti peccati, quod non fuit remissum: sed cum illo, impænitens homo mortuus est, & ad infernum fuit dãnatus: ratio est, quia secundum se culpæ veniali, vel mortali remisso non debetur pæna æterna, ergo si coniugatur alteri nõ ob id debet pæna esse infinita eò ma-

gis

gis, cum Deus puniat citra condignum, vt supra dictum est.

Ad rationem dubitandi.

RESpondetur nullo modo eas minui, vel mitigari, quæ respondent peccatis ob quæ damnantur.

Petes 20. vtrum in inferno pæna hominum damnatorum sit maior, quam demonum.

REspondetur esse maiorem, quia Deus numquam pro malignis spiritibus mortuus est, sicut pro hominibus, & ideo homines ratione maioris ingratitudinis, quia pretium passionis Christi contempserunt, plusquam demonum puniuntur.

Præterea demones semel tantum à Deo auersi sunt, at verò homines millies ab eo auertunt.

Denique quia demones carent corpore, & ideo solum puniuntur, quoad substantias spirituales, homines verò in corpore, & anima cruciabuntur.

Petes 21. vtrum in inferno reperiantur animæ cum corporibus.

REspondetur negatiuè, nempè non esse in inferno animas simul cum corpore; vt colligitur ex Paul. ad Hebr. 9. Statutum est hominibus semel mori; vnde si omnis homo mori debet, sequitur quod anima separata à corpore,

re, amplius non vnitur corpori, nisi in die resurrectionis, & consequenter quando impenitens ex hac vita discedit, ipsa sola, pœnas inferni substinebit, absq; corpore.

Neque dicas quod anima post mortem vnitur corpori ex Dei voluntate, & postea simul cum corpore ibit ad supplicia æterna, quia licèt hoc non repugnet, tamen diuina clementia propensior est ad præmiandum, quàm ad ita, sic puniendum cum enim punit, opus alienum à se facit, iuxta illud Psal. 29. quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.

Nec obstat, quod Euangelista Lucas c. 16. adducit epulonem cum lingua, & num. 16. dicitur Chore, Datan, & Abiron descendisse ad infernum viuentes, nam locutio Euangelistæ est metaphorica, scilicet ad ostendendum nobis illam pęnam, secundum nostrum modum concipiendi: & loc. cit. num. responderi potest, quod descenderunt Chore, & socij ad infernum viuentes, non vita humana, sed spirituali, & corpora eorum remansisse sepulta, & solum animas eorum nunc substinere æterna supplicia, ita mihi videtur exponere dictum locum, saluo meliori iudicio.

Est bene verum, quod in Cælo sunt cum corporibus propijs, vt multi Sancti Patres, testantur, B. Virgo, Sanctus Ioseph, S. Ioannes Euangelista, & pleriq; alij.

Petes 22. vtrum animæ defunctorum ex receptaculis suis aliquando egredi valeant.

RESpondetur ex D. Th. 3. p. q. 69. art. 3. quod aliquem exire de inferno, vel de Paradiso potest intelligi dupliciter. Vno modo ita quod simpliciter inde exeat, vt iam locus eius non sit paradisus, vel infernus: & sic nullus inferno, vel paradiso deputatus finaliter inde exire potest. Alio modo intelligi potest, vt exeat ad tempus, & in hoc distinguendum est, quid eis conueniat secundum legem naturæ, & quid eis conueniat secundum ordinem diuinæ prouidentiæ. Secundum ergo naturalem cursum animæ separatæ deputatæ propijs receptaculis, à conuersatione viuentium pænitus segregantur: sed secundum dispositionẽ diuinæ prouidentiæ aliquando animæ separatæ à suis receptaculis egressæ conspectibus hominum præsentantur, sicut August. narrat de Felice Martyre, qui ciuibus Nolanis visibiliter apparuit, cum à Barbaris oppugnarentur; & hoc etiam credi potest, ait D. Th. loc. cit. quod aliquando damnatis contingat, nempè ad eruditionem, & terrorem quantum ad illos, qui sunt in inferno, & ad expetenda suffragia, quantum ad illos qui sunt in Purgatorio, & hoc secundum ordinem diuinæ prouidentiæ. Animæ Beatorum possunt ex vi gloriæ, & gratiæ gratis datæ pro

D. Th.

August.

D. Tho.

D. Th. libito quando volunt ad nos venire, vt ait D. Th. loc. cit.

Sed primo aduertendum, quod quando ex diuina dispensatione animę egrediuntur ad tēpus de purgatorio non cessat eorum pęna: idē dicitur quando animæ damnatorum exeunt de inferno ex diuina permissione, & apparent viuis, nempè semper circumferre in seipsis ignē inferni.

Secundo aduertendum est, quod quando animæ Beatæ ex Paradiso exeunt, & viuentibus apparent, vel ad solatium suorum, enarrando suam felicitatem, vel ad suos admonendum pro rebus necessarijs saluti &c. nunquam desinunt ęsse beatæ, quia semper Deum vident.

Tertio aduertendum est, quod cognosci potest bona, vel mala apparitio ex hoc, quod in Angelo bono post timorem succedit lætitia. Contra in apparitione angeli mali, quia remanet timor his, quibus facta est apparitio; ita D. Th. cit. à S. Faust. lib. 5. de quatuor recept. q. 48. in fine tract. de indulg.

D. Tho.

Petes 23. an defuncti possint per resumptionem corporum, atq; adeo per resurrectionem ad hanc vitam mortalem reuocari?

RESpondetur hoc nō implicare, imo de facto costat aliquos ex purgatorio, vel limbo Sanctorum Patrum fuisse ad vitam reuocatos, nam

nam mortui quos excitarunt Helias, Heliſeus, atq; etiam Chriſtus, & Apoſtoli, cum fideles fuerint, creduntur fuiſſe in purgatorio, aut in limbo Sanctorum Patrum; & abſq; dubio credendum eſt ſupradictos, eſſe in gratia confirmatos, vt nullo modo peccare mortaliter potuerint, quia alioquin iniuria illis facta fuiſſet; vt recte ait S. Fauſt. in lib. de quatuor receptaculis lib.5.q.48. circa finem. *S. Fauſt.*

Sed difficultas eſt, an ex Cælo, aut inferno animæ poſſint, aſſumptis corporibus, ad hanc vitam mortalem reuocari.

Reſpondetur negatiuè, & primo, ſi loquamur de defunctis, qui ſunt vere, & abſolutè Beati in Cælo, non poſſunt ad hanc vitam redire, vt ſint iterum viatores, quia de ratione vere beatitudinis eſt certitudo de non amittenda vnquam felicitate, vt docet Auguſt. in lib. de corrept. & gratia c. 10. alioquin non eſſet ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Si verò loquamur de defunctis qui ſunt in inferno, dico, quod ſi prædicti abſolutè per ſententiam definitiuam ſunt ad pœnas æternas damnati, non poſſunt ad vitam præſentem reuocari, itaut corpori denuo anima vniatur, & rurſus viatores fiant, quia de ratione verè dãnationis eſt perpetuitas, iuxta illud Matth.25. ibunt in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam; vnde D. Auguſt. lib.21. de *Auguſt.* *D. Aug.*

ciuit.

ciuit. Dei c. 24. sic inquit, nimis temerarium est, asserere eos non esse mansuros perpetuò in igne.

Damasc. Neq; obstat, quod Damascenus in oratione pro mortuis affirmat, animam Troiani Imperatoris fuisse liberatam ex inferno ad preces D. Gregorij, nam esto admictamus, hoc esse verum dicendum est Troianum non fuisse simpliciter, & finaliter ad inferos damnatum, sed solum punitum in inferno secundum præsentia eius demerita, & suspensam sententiam propter præuisas preces D. Gregorij, & ob id non immediatè ex inferno ad Cælum transisse, sed prius corpori vnitum, & tunc baptizatum, & pænitentiam in hac vita egisse, & sic non sine peculiari instinctu diuino D. Gregorius cæpit orare pro liberatione Troiani.

Francisc. Victoria. Canus. Greg. de Valentia Soto. Confiteor vero multos Theologos factum Troiani Imperatoris negare simpliciter, vt est, Franciscus Victoria in summa sacram. q. 123. Canus l. 11. c. 2. & Gregor. de Valentia tom. d. 11. q. 1. p. 2. & Sotus in idem videtur inclinare.

Baronius Baronius in 2. tom. Annalium, & in obseruatione ad Martyrolog. Rom. die 23. mensis Ianuarij hanc Troiani historiam negat, & idem *Bellarm.* dicit Bellarminus lib. 2. de purgatorio c. 8. & 18.

Richard. Durand. Nauarr. Alij verò Theologi dicunt esse verum factũ Troiani, & Richardus in 4. dist. 45. q. 1. art. 2. Durandus in 4. d. 45. q. 2. ad 3. Nauarr. de oratione

tione miscell. 58. & Enriquez lib. 9. c. 16. nu. 4. dicunt factum Troiani esse verum, & D. Tho. in 4. d. 45. q. 2. art. 2. ad 5. dicit factum Troiani posse probabiliter extimari, quod precibus B. Gregorij ad vitam fuerit reuocatus, & ibi gratiam consecutus sit, per quam remissionem peccatorum habuit, & per consequens immunitatem à pœna; addit D. Th. l. cit. sequentia verba. Sicut etiam apparet in omnibus illis, qui fuerunt miraculosè à mortuis suscitati, quorum plures constat idolatras, & damnatos fuisse. De omnibus enim similiter dici potest, quod non erant in inferno finaliter deputati, sed secundum præsentem iustitiam propiorum meritorum; secundum autem superiores causas, quibus præuidebantur ad vitam reuocandi, erat de eis aliter disponendum. *Enriq.* *D. Tho.* *D. Th.*

Hinc

PRimo, non est audiendus Abulenses in 4. Reg. q. 57. qui dixit D. Gregor. orando pro Troiano mortaliter peccasse. *Abulens.*

Secundo non est etiam audiendus Ledesma 2. p. q. 3. art. 2. qui inquit Troianum immediatè à Deo ab inferno translatum fuisse ad gloriam: quia Deus ab æterno, & firmo decreto statuit, nemini peccatum dimictere sine pœnitentia viæ, ergo dicendum est prius Troianum in via egisse pœnitentiam, & deinde fuisse translatum ad gloriam. *Ledesm.*

Petes 24. cur Deus creat animas, quas nouit damnandas. & Angelos quos nouerat lapsuros.

RΕspondetur hoc Deum fecisse tribus rationibus, Primo, quia si solum electi nascerentur, credidissent homines se saluari ex necessitate non ex diuina gratia, cooperante libero arbitrio. Secundo, quia mali sunt causa purgationis bonorum, vnde Augustin. lib. 3. de Trinit. ait, Mala, quæ ab iniquis fideles perferunt, ipsis vtiq; valdè prosunt, vel ad exercendam, probandamq; iustitiam, vel ad augendam gloriam; vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam, & lib. 12. de Ciuit. Dei cap. 1. dicit, melius iudicauit Deus de malis bona elicere, quàm mala non esse.

August.

Tertio, deniq; permictit Deus nasci malos, & creauit Angelos, quos sciebat lapsuros, quia si solum boni nascerentur, & Angeli tantumodo permansuri creati fuissent, solum appareret misericordia Dei, & non iustitia in punitione reproborum. Non ergo facit iniuriam Deus alicui permictens ipsum nasci, cùm ipsum bonum creauerit, iuxta illud Eccles. 15. fecit Deus hominem rectum, & reliquit eum in manu consilij sui. Vnde creatio non est causa, vt aliquis damnetur, sed solum peccatum.

***

Tra-

TRACTATVS DE PARADISO.

Quæstio Prima, quid sit Paradisus.

Antequam respondeam.

SCiendum est, quod alius est Paradisus terrestris, alius cæleſtis.

His positis.

REſpondetur primo, quod paradiſus terreſtris non eſt alius, niſi locus ameniſſimus, ſeu ortus in Oriente, vt ait D. Th. 1.p.q.102. art. 1. in quo loco poſuit Deus hominem, quem formauerat,& in eo nunc viuere Enoch, & Eliam reddituros poſtea in hunc mundum tempore antichriſti, & ſecundũ aliquos Theologos etiam Ioannes Euangeliſta eſt ibi,& redditurus ſimiliter ante diem iudicij, vt videtur colligi ex Apoc. 10, & de eo dicitur, Iterum te oportet prophetare gentibus, & populis, & linguis,& Regibus multis,ſed Eccleſia videtur tenere ipſum Ioannem ſenio confectũ obijſſe, vt habetur in ejus officio,quod recitatur ſexto die Maij. *D. Tho.*

Reſpondetur ſecundo, Paradiſus Cæleſtis, eſt Empyreum, & eſt corpus ſubtiliſſimum, immobile, lucidum, quantitate maximum, ſphericum, ſitu ſupremum,& habitaculum cæleſtium

 leſtium

lestium spirituum omniumq; Beatorum. Dicitur Empyreum, ideſt igneum, non ab ardore, sed à splendore lucidiſſimo, quia charitas Dei illum illuminat, vt dicitur Apoc. 20. Dicitur etiam Paradiſus propter ſummam amenitatem, quæ adeo eſt ingens,& inexplicabilis,vt Apoſt. 1. ad Cor. 2. dicit, Nec oculus videt, nec auris audiuit &c. Vnde Boetius dicit,beatitudinem eſſe ſtatum omnium bonorum, aggregatione perfectum: de hoc loco dicitur Baruch. 3. ò Iſrael quam magna eſt Domus Dei,& ingens locus poſſeſſionis eius magnus, & non habens finem.

Boetius.

Quæstio Secunda an Beati videant pænas damnatorum, & compatiantur?

D. Tho. RΕſpondetur ex D. Th. in 4. diſt. 50. art. 4. Beatos videre penas damnatorum,& gaudere de pænis eorum, quatenus conſiderant in eis diuinam iuſtitiam,& ſuam liberationem ab illis pænis, ac proinde hæc duo erunt per ſe cauſa gaudij, illud Pſalm. 57. letabitur iuſtus cum viderit vindictam.

Quæstio Tertia, vtrum in Cælo vna anima videat diuinam eſſentiam limpidius, quam alia?

Molina. RΕſpondetur ex communi Theologorum ſententia teſte Molina 1. par. q. 12. art. 6. affir-

affirmatiuè nempè vnum Beatum videre clarius essentiam diuinam, & hoc prouenit ex eo, quod vnus Beatus plus luminis gloriæ, quàm alius participat, plus autem participabit de lumine gloriæ, qui plus habet de charitate: quia ibi est maior charitas, ibi est maius desiderium: & desiderium quodammodo facit desiderantem aptum, & paratum ad susceptionem desiderati. Vnde qui plus habebit de charitate, perfectius Deum videbit, & beatior erit, vt ait D.Thom.1.p. q. 12.art. 6. & August. hom.4. super Ioann. sic ait, non numerositas operum, non diuturnitas temporum, sed maior charitas auget meritum; ait præterea Molina l.cit.quod de fide est, quod vnus Beatus perfectior alio videt Deum; ex eo colligitur, quod Beati non omnes sunt æquales, quoad premium essentiale, sed pro quantitate meritorum vnus est beatior alio: cum ergo visio beatifica, vel sit prima, & præcipua pars premij essentialis, vel certè pro quantitate ipsius sit quantitas amoris, & fruitionis, quæ cum visione integrum premium essentiale constituunt: fit, vt videntium diuinam essentiam vnus alio perfectius eam videat, patet ex varijs locis diuinæ scripturæ, & primò, ex Ioann. 14. in domo Patris mei mansiones multæ sunt. Secundo, 1. ad Cor. 15. alia est claritas solis, alia lunæ, alia claritas stellarum, stella enim à stella differt in claritate: sic, resurrectio mortuorum. Tertio ex Matth. 25. pro diuersitate talentorum; alij plus, alij minus

D.Th.
August.
Molina.

lucrati sunt. Tertio patet ex 2. ad Cor. 9. qui parce seminat, parcè, & metet, quod medio lumine gloriæ Beatus videat diuinã essentiam patet Psal.35.in lumine tuo videbimus lumen.

Quæstio Quarta, quot erunt gaudia, quibus fruentur Beati in Paradiso.

RESpondetur esse innumerabilia, sed in primis, gaudium Beatorum consistit in clara visione, & fruitione perpetua diuinæ essentiæ, iuxta illud Ioann.7.hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & 1.ad Cor.13. videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem, & Ioann. 3. cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eũ sicuti est, & Ioann.14. qui diligit me, ego diligo eum, & ostendam me ipsum illi, & Isai. 35. ipsi videbunt gloriam Dei, & decorem Dei nostri, & Psal. 15. adimplebis me lætitia cum vultu tuo,& satiabor cum apparuerit gloria tua.

Secundum gaudium Beatorum consistit in dilectione qua Beati in Cælo Deum ardentissimè, ac sincerissimè diligunt, imo incomparabiliter plus, atq; ardentius, quàm seipsos, vniuersasq. creaturas, & de cuius infinita sapientia, omnipotentia, pulchritudine, sanctitate, pietate, iustitia, opulentia, & Beatitudine incomparabiliter plus letantur, quàm de beatitudine propia.

Simi-

Similiter omnes Beati diligunt se inuicē valdè ardenti amore, & vnusquisq; non solum de sua beatitudine gaudet, sed, & de aliorum omnium, ac singulorum tamquam de propia: & idcirco in hac parte vnusquisq; Sanctorum in Cælo habet tot gaudia gloriosa, quot sunt Angelici spiritus in nouem ordinibus Angelorum, & quot sunt animæ Sanctæ in Regno Cælorum.

Tertium, gaudium Paradisi consistit in completione omnium desideriorum, iuxta illud Psal. 64. replebimur in bonis domus tuæ, & illud Psal. 20. desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum, & illud Prouerb. 10. desiderium suum iustis dabitur.

Vnde D. Bernard. in libro de interiori homine sic ait; in ea felici iucunditate, ac iucunda felicitate, quidquid desiderabimus habebimus, & Vgo de S. Victore sic ait, Desiderium Beatorum in Deo, vndiq; circumquaq; complebitur, quia Deus in patria erit Beatis omnis veritas intellectui, omnis bonitas affectui, omnis speciositas aspectui, omnis nobilitas ignobili, omnis libertas, & potestas seruienti, omnis suauitas auditui, omnisq; copiositas indigenti.

Bernard.

Vgo de S. Victor.

Quartum, gaudium consistit in abundantia omnium rerum desiderabilium. de quo dicitur in Psal. 111. Gloria, & diuitiæ in Domo eius. Vnde D. Aug. lib. 22. de ciuit. Dei ait. O qualis

August.

erit illa fælicitas supernæ patriæ, vbi erit omne bonum, & deerit omne malum.

Quintum, gaudium Beatorum consistit in cessatione omniũ malorũ, de quo dicitur Apoc. 21. absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum; & mors vltra non erit, neque luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quia priora abierunt; & cap. 22. sic dicitur, omne maledictum non erit amplius, sed sedes Dei, & agni in illa erunt, & serui eius seruient illi; & videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum; & nox vltra non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neq; lumine solis: quoniam Deus illuminabit eos; & regnabunt in secula seculorum; & cap. 7. non esurient, neq; sitient amplius, nec cadet super illos sol, neq; vllus estus, & Isai. 5. gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus.

August. Vnde D. August. in sermone quodam contra Arianos ait; qui vult ad æternam vitam peruenire, contra omnes diaboli laqueos debet fortiter vigilare, Non enim qualis est ista vita, talis inuenitur in illa.

Sextum, gaudium Paradisi dicitur exultationis, iuxta illud Isai. 35. lætitia sempiterna supra capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt, & Psal. 149. exultabunt Sancti in gloria, & lætabuntur in cubiculis suis, & vltra exultationem quam habent de visione, & fruitione Dei, quæ est premium essentiale, habent etiam miram iucunditatem in visione; & con-

tem-

templatione humanitatis Christi, iuxta illud Psal. 15. adimplebis me lætitia cum vultu tuo, & illud 1. Petri 1. in quo desiderant Angeli prospicere. Vnde D. Hieronym. in quadam epistola dicit. Si dulciores sunt in hac vita lachrymæ pœnitentium, quàm sint omnes diuitiæ diuitum, quid quæso futurum est in cælesti Patria? in qua non lachrymæ, sed radij pleni dulcesidine apparebunt. *Hieron.*

Septimum, gaudium consistit in decore mirabili, quod habebunt Sancti, & tum in lumine gloriæ eleuante intellectum, iuxta illud in lumine tuo videbimus lumen, quod Lyranus exponit de lumine creato, quo mediante videbimus lumen diuinæ essentiæ; nam intellectus creatus non potest videre lumen increatum, nisi eleuetur ad hoc per lumen gloriæ. *Lyran.*

Octauum, gaudium Beatorum consistit in magno honore incomparabili, nam omnes sunt Sancti per deuotionem qua in totum se Deo dedicauerunt: tum quia sunt omnes filij Dei per adoptionem, si filij ergo, & hæredes, cohæredes autem Christi. Tum quia erunt omnes Reges, & Reginæ per exaltationem; nam in Paradiso quilibet erit Rex, quia quilibet ibi regnabit, iuxta illud Matth. 25. Percipite Regnum. Tum demum, quia erunt Dij per participationem, iuxta illud Ps. 81. Ego dixi Dij estis; & de his potest exponi illud 1. Regum 28. Deos vidi ascendentes de terra.

Nonum, gaudium consistit in habitatione,

habitabunt enim Electi in Cælo Empyreo, in quo ipse incomprehensibilis Deus suam gloriam, siue seipsum videndum, ac possidendum omnibus Beatis exhibet. De quo dicũt Theologi in 2. lib. sent. quod est maximum mole, quia omnes alios orbes volubiles continet, & ideo rectè appellari potest palatium summi Regis, tùm propter speciositatem, tùm propter amenitatem, & claritatem, est enim clarissimũ, & omni iucunditate gratiosum, est autẽ cælum immobile totum collucens vnde; & Empyreũ dictum est, non ab ardore quem nullum habet, cùm sit æque, ac alia cælestia incorruptibile, sed à splendore.

Altitudinem autem, & magnitudinem istius Cæli si quis contemplari voluerit, debet primò considerare magnitudinem terræ, & aliorum elementorum, quorum singula excedunt se inuicem in declupo; & postmodum considerare latitudinem orbis lunæ, qui est maior in declupo omnibus elementis simul. Deinde extendere considerationem suam, vsque ad ipsum Cælum Expyreum, discurrẽdo mente magnitudinem aliorum nouem Cęlorum, quorum singuli excedunt inferiores omnes in declupo: & sic aliquo modo intelliget indicibilem altitudinem, & magnitudinem ipsius decimi Cæli, scilicet Empyrei, quod excedit in declupo omnes alios. Vnde dicunt quidam, quod si massa plumbea à Cælo Empyreo descenderet, vix in quingentis annis vsque ad terram veniret; & simi-

ſimiliter poterit inueſtigare aliqualiter pulchritudinem ipſius, conſiderando pulchritudinem omnium elementorum, & Cęlorum, quorum quodlibet excedit inferiorem in declupo, quoad formoſitatem, & ſpecioſitatem ; & tunc intelliget ; quod inexplicabilis eſt pulchritudo ipſius Cæli Empyrei : De quo Cęlo Ioannes in Apoc. 21. dicit, oſtendit mihi Angelus Ciuitatem ſanctam Hieruſalem, habitantem claritatem Dei, & erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide, ipſa verò Ciuitas de auro mundo, fundamenta muri Ciuitatis, omni lapide prætioſo ornata, & portæ eius erant ex margaritis, & platea Ciuitatis aurum mundum. Hæc Ciuitas non eget ſole, neq; luna, vt luceant in ea, quia nox non eſt illic, nam claritas Dei illuminat illam, & lucerna eius eſt Agnus ; & Baruch 3. admiratus eſt de tanta magnitudine illius exclamat dicens ; O Iſrael quàm magna eſt Domus Dei ; & ingens locus poſſeſſionis eius, magnus, & non habens finem, excelſus, & immenſus. Dauid quoq, Pſal. 83. pulchritudinem Cæli conſiderans inquit Deo, quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum : & iterum elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum, quia melior eſt dies vna in atrijs tuis, &c. & Pſalm. 25. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, & Pſal. 41. quando tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſq; ad domum Dei.

In hoc igitur Cæli Palatio erit habitatio Sanctorum, & ideo quilibet illorum in illo amenissimo loco cantabit illud Psal. 131. hęc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.

Decimum, gaudium Beatorum est Societas Angelorum; & de continua cum eis dulcis cōuersatio; vt dicitur Apoc. 7. vidi turbam magnam, quam denumerare nemo poterat; & Daniel. 7. millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Vnde D. August. in lib. soliloq. dicit. ó quanta erit nostra consolatio, quando in Cælo videbimus tātam multitudinē Regū, & Regiharū .i. Sanctorum; & Sanctarum nobiscū Deum laudantiū.

August.

Vndecimum, gaudium Beatorum cōsistit in duratione, nam Regna huius mundi sunt transitoria, & caduca, iuxta illud Ecclesiast. 2. nihil est stabile sub Sole, sed Regnum Cæleste erit æternum secundum illud Daniel. 7. potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius, quod non corrumpetur, & illud Ioan. 16. iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum, nemo tollet a vobis, & Matth. 25. ibunt iusti in vitam ęternam, & Psal. 33. iusti autem in perpetuum viuent, & Iob 13. magnus es Domine, in æternum, & in omnia secula Regnum tuum, & Psal. 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te; vnde D. August. in lib. soliloq. ait. O Regnum æ-

ternum, Regnum omnium seculorum, vbi lumen indeficiens, & pax Domini, quæ exuperat omnem sensum; in qua Sanctorum animæ requiescunt. O quam gloriosum est Regnum, in quo cum Christo regnant omnes Sancti amicti lumine sicut vestimento, habentes in capite suo coronam de lapide pretioso.

Duodecimum, & vltimum, gaudium Paradisi dicitur decorationis; nam corpora Beatorum decorabuntur quatuor dotibus, scilicet impassibilitate, subtilitate, agilitate, & claritate, de quibus scriptum est Sap. 3. fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.

Sed Petes primò, an Christus quando fuit in mundo vsus sit dotibus gloriosis nempè impassibilitate, subtilitate agilitate, & claritate.

REspondeturTo affirmatiuè, & primo ostendit dotem claritatis in sua transfiguratione, quando resplenduit facies eius sicut Sol Matth. 27.

Secundo ostendit dotem agilitatis, quando ambulauit super aquas siccis vestigijs Matth. 14.

Tertio, ostendit dotem impassibilitatis quando in vltima Cæna dedit seipsum edendo in Sacramento Matth. 26.

Quarto, ostendit dotem subtilitatis, quando exiuit de vtero materno, saluo signaculo virgi-

Aug. ginali. De his quatuor dotibus dicebat Aug. lib.22.de Ciuit.Dei cap.20. ab erit à corporibus nostris omnis tarditas, omnis deformitas, omnis infirmitas, omnisque corruptio. Tunc verificabitur illud prouerb.vlt.omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, scilicet dotibus animæ, & corporis.

Petes Secundò, an impassibilitas corporum Beatorum oriatur ab intrinseco, an ab extrinseco scilicet à Deo; ratio dubitandi est, quia corpora Beatorum sunt composita ex contrarijs.

RESpondetur hanc impassibilitatem corporũ Beatorum oriri ex redundantia Beatitudinis animæ, quæ corpus suum potenter continet, itaut à nullo exteriore agente valeat immutari. Et quamuis corpora Beatorum sint cõposita ex contrarijs, illa tamen contrarietas erit ad omnimodam æqualitatem, & concordiam redacta.

Aliqui verò Theologi putant hanc impassibilitatem, esse donum supernaturale non ab intrinseco corporibus gloriosis inherens, sed per diuinam voluntatem non concurrentem cum causis secundis, vt in corpora Sanctorum agere possint, quia cum sint corpora materialia, & habeant primas qualitates, erunt ab intrinseco passibilia. Vnde impassibilitas erit donum supernaturale ab extrinseco proueniens, scili-

cet, quia Deus ratione status illa perpetuò cōseruabit.

Alij etiam putant ad hoc satis esse cessationem motus cælestis, cum qua erit quoque cessatio generationis, & corruptionis: vel secundum D. Bonauent. sufficere dotem subtilitatis, vt occurratur extrinsecæ causæ corrumpenti. *Bonau.*

Petes Tertio, quid sit dos subtilitatis, & eius effectus.

Respondetur, quod corpora Beatorum nō dicuntur subtilia præ nimia raritate, vt ignis, vel ventus, sed ab effectu, quia nimirum virtute dotis subtilitatis habent potentiam penetrandi, idest penitus intrandi ad quemcunq; locum, non expellendo corpus in illo præexistens. Et hæc subtilitas non erit æqualis in omnibus partibus corporis, sed vna erit rarior, alia densior, prout requirit corporis armonia: est benè verum, quod omnes partes erunt subtiles, & constituent corpus proportionatum.

Hęc verò subtilitas aufert grossitiem corporis causatam ex compositione elementalium qualitatum, erunt enim eorum corpora secundum Apost, 1. ad Cor. 15. spiritualia, idest subtilia instar spiritus, vnde poterunt quodcunq; corpus non gloriosum penetrare, idest in eodē loco cum quocunque alio corpore non glorioso coexistere, vt patet exemplo Christi, qui post resurrectionem clauso sepulchro est egressus,

ſus, & ianuis clauſis ad diſcipulos ingreſſus. Nec parietes, ſeu montes poterunt corpora gloriosa impedire ne tranſeant liberè ſine vllo impedimento, iuxta illud Pſal. 17. in nomine tuo trangrediar murum, ita etiam poterunt corpora gloriosa ſe prebere tangibilia, & non tangibilia, vt eis placebit.

Dixi conſultè, corpus non glorioſum, quia quamuis corpus glorioſum ratione ſubtilitatis eodem loco cum corpore non glorioſo coexiſtere poſſit; non tamen duo corpora glorioſa ſe poterunt penetrare, quia hoc priuilegium corporibus glorioſis conceditur, vt habeant ſuper corpora non glorioſa imperium, quo ſuper corpus glorioſum vti nequeunt, alioquin ſequeretur inconueniens, ſcilicet, quod in vno quoque corpore glorificato eſſet potentia agendi, ac intrandi partes alterius corporis; in alia vero impotentia reſiſtendi.

Petes Quarto, quid ſit agilitas corporis glorioſi, & eius effectus.

RESpondetur agilitatem corporis glorioſi cõſiſtere in magna fortitudine, itaut quocunque voluerit, diſcurret, vt conſtat ex Paulo 1. ad Cor. 15. ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute: non quod anima beata moueat corpus de loco ad locum in inſtanti, vel ſine medio, quia hoc facere non poteſt, ſed in tam breuiſſimo, ac imperceptibili tempore, quod quaſi

videtur

videtur hoc facere in instanti: & si magna est agilitas aquarum currentium, maior auium volantium, maior sagittarum, maior solis, maior imaginationis, quæ subito vadit, quo vult. at super omnia maior erit agilitas corporum gloriosorum. Hæc autem agilitas corporis gloriosi ortum habet ex plena, atque integra subiectione corporis ad animam. Nam vt anima est subdita Deo, ita etiam corpus subiectum erit, vt sine aliqua resistentia ad eius imperium moueatur. Vnde Isai. 40. dicitur, qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ, current, & non laborabunt, & non deficient, & sap. 3. & Matth. 13. fulgebunt iusti, & tamquam scintillæ in arundineto discurrrent. Vnde August. lib. 22. de Ciuit. Dei, quod Deus auferet pondus à corporibus Beatorum, & ideo vt voluerit spiritus, ibi erit protinus, & corpus. August.

Hic motus fiet, vt visus Beatorum reficiatur, pulchritudine diuersarum creaturarum, in quibus Dei sapientia eminenter elucebit: & dum ambulabunt semper Deum videbunt, nec locum inter Beatos amictent, prout est de Angelis, qui nos custodiunt, vt habetur Matth. 18. Dico enim vobis, quod Angeli eorum in Cælis semper vident faciem Patris mei, qui in Cælis est.

D. Aug. lib. 12. de Ciuit. Dei c. 12. & 54. & D. Anselm. in lib. de similitud. addunt de fortitudine Beati, quod in tantum erit fortis, vt etiam Aug. Anselm.

etiam si velit, totam terram mouere possit, & ita faciliter mouere posset vnum magnum mõtem, sicut vnam pennam.

Petes Quinto, quid sit corporis gloriosi claritas, & eius effectus.

RESPONDETUR claritatem corporis gloriosi consistere in magno splendore, & luce, iuiuxta illud Matth. 13. fulgebunt iusti sicut Sol in Regno Patris eorum, hæc lux in corporibus gloriosis redundat secundum D. Thomam ex luce animæ, vt lux Solis in Lunam redundat, & quanto maiorem gradum gloriæ anima habet in Cælo, tanto lucidius eius corpus lucebit, & vt Theologi dicunt in 4. dist. 48. corpora Beatorum septies tunc erunt clariora, quàm Sol nunc est, vt dicitur ex Isai. 30. in die illa erit lux Lunæ sicut lux Solis; & lux Solis erit septipliciter, sicut lux septem dierum.

D. Th.

Et sic quilibet Sanctus ad minus lucebit septies quàm nunc Sol lucet; & qui in duplo erit beatior, quatuordecies erit luminosus, & sic multiplicando de gradibus beatitudinis Beatorum vsque ad Virginem, & Christum. De hac claritate dicit Iob 23. non adequabitur ei aurum, vel vitrum.

Sed Petes primo, an in potestate animæ beatæ sit occultare splendorem corporis sui, ne videatur.

RESpondetur affirmatiuè, vt constat exemplo Christi Domini, qui quando voluit tenuit oculos discipulorum euntium in Emaus, ne eum agnoscerent, & quando voluit fecit se agnoscere, vt patet ex Luc. vlt. immo non solũ potest animæ beata sui corporis splendorem omnino occultare, vel in toto ostendere, sed etiam valet medio modo plus, vel minus illum demonstrare, & idem dicitur de colore, & lineamentis.

Petes Secundo, an oculus non gloriosus naturaliter possit videre fulgorem corporis gloriosi.

RESpondetur ex communi Theologorom sẽtentia oculum non gloriosum naturaliter corpus gloriosum videre non posse, nisi Beatus suum fulgorem temperet, quia, vt ait Aristoteles in lib. de sensu, & sensato, quod excellens sensibile corrumpit sensum, & hæc est ratio, ob quam teste August. lib. 22. de Ciuit. Dei Christus post resurectionem suam non ostendit discipulis suis fulgorem sui corporis gloriosi, quia non potuissent eius splendorem pati, nec ipsum Christum agnouissent in claritate sua. *Arist.* *August.*

X Pe-

Petes Tertio, an corpora Beatorum futura sint transparentia.

Greg. Respondetur corpora Beatorum futura esse transparentia, sed cum soliditate, quale est vitrum, & gemmæ, vt indicat D. Gregor. lib.28.moral.c.27. & ratio id conuincit, quia delectabile est lustrare oculis interiores partes corporis,

Sed aduertendum est, quod non omnes partes corporis æqualiter lucebunt, sed secundum proportionem membrorum in hac vita, & secundum proportionem, quam requirit pulchritudo corporis, nam hic plus lucēt oculi, quam aliæ partes, sic erit in corporibus gloriosis in Paradiso, vt est etiam in corpore mystico Ecclesiæ, vbi sunt alij alijs clariores, & sapientiores, vt Prælati, & Doctores.

Petes Quarto, an quilibet sensus corporis Beati habuerit remunerationem, ac premium in Paradiso.

Respondetur affirmatiuè, & primò visus habebit propriam actionem, & beatificabitur, de qua visione dicitur Cant. 3. ægredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonē in diademate, quo coronauit eum mater mea, & Isai. 33. Regem in decore suo videbunt, & Luc. 3. Bernar. videbit omnis caro salutare Dei, vnde Bernar.

in quodam sermone sic ait plenum prorsus omni suauitatis dulcedine videre hominem hominis conditorem. Ecce enim dulce lumē, & delectabile oculis videre Solem iustitiæ Christū Dominum, de his duabus visionibus loquitur Saluator noster Ioan. 17. hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

Et hanc visionem oculorum in Paradiso nil poterit impedire, neque distantia loci, neque differentia situs, neque interpositio quælibet aliorum corporum, neque quoduis aliud impedimentum, nam Sancti in quacunque parte Cæli fuerint, poterint contemplari faciem Christi, ac si esset coram ipso, cùm illam Beatus Stefanus hic adhuc positus viderit in Cælo existentem.

Delectabuntur etiam Beati in visione gloriosissimæ Matris Filij Dei, quia ipsa præ omni pura creatura in esse creato subsistente, est inenarrabiliter speciosa, sancta, perfecta, & gloriosa, bona, amabilis, pia, & ad intuendum delectabilis.

Secundo auditus erit in actu suo, & beatificabitur in audiendo dulcedinem, cantus, & melodiarum Cęlestium laudantium, & benedicentium Deum, iuxta illud Psal. 150. exultationes Dei in faucibus eorum, & illud Isai. 51. gaudium, & letitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis, & Apoc. 4. dicitur de Sāctis, quod non cessabunt dicere Sanctus Sāctus

Sanctus Dominus Deus Omnipotens, & cap. 19. audiui vocem in Cęlo quasi tubarum multarum dicentium alleluia, laus, & gloria, & virtus Deo nostro &c. Vnde D. August. in Psal. 149. dicit Sanctorum corda, & linguæ non cessabunt laudare Deum.

D. Aug.

Est autem valde rationi consentaneum, vt in Cælesti Patria sit laus Dei vocalis quoad homines, qui habent organa, vt non solum mentibus laudent Deum cum Angelis, sed etiam ipsum magnificent cum lingua, & voce, vt sic totus homo feratur in laudem Dei: & eadem ratione idem dicendum erit de sono, qui conuenienter debet esse in Cælo, vt Beati non solũ laudent Deum in anima, sed etiam in corpore sonando manibus, & ore, iuxta illud Psal. 150 Laudate eum in sono tubæ, & illud Apoc. 14. audiui vocem, scilicet in Cælo sicut citharedorum citharizantium in citharis suis, & cantabant quasi canticum nouum ante sedem Agni &c. & illud Psal. 20. cantabimus, & psallemus virtutes tuas. Ita D. Th. & cæteri Theologi in 4. qui addunt etiam, quod Beati audient Dominum Iesum loquentem, & de hoc sentient gaudium inexplicabile iuxta illud Psal. 50. auditui meo dabis gaudium, & letitiam, & Cant. 5. anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est. Et alibi eloquia tua super mel ori meo: & ita dulciter loquetur Christus cum suis Sanctis, quod si in hoc mundo loqueretur, audientes præ dulcedine deficerent, nisi Deus per mira-

D. Th.

raculum eos cõſeruaret, vt colligitur ex Ioan. 16. multa habeo vobis dicere, ſcilicet in Cęlo, quæ non poteſtis portare modo, ſcilicet in terra, huic etiam facit illud Ioan. 7. nunquam ſic loquutus eſt homo; immo Beati in Paradiſo nõ ſolùm audient Ieſum loquentem, ſed etiam dulciſſimè cantantem ad beatificãdos ſuos electos, vt habetur in officio Beatæ Agneſis dicẽtis. Amo Chriſtum, in cuius talamum introiui, cuius Mater Virgo eſt, cuius Pater Fæminam neſcit, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Erit etiam ibi cantus aliorum Sãctorum, de quo dicitur ab Eccleſia. In Ciuitate Domini clarè ſonant iugiter organa Sãctorum, & in hymno dedicationis dicitur. Omnis illa Deo ſacra, & dilecta Ciuitas plena modulis in laude, & canore iubilo trinum Deum, vnumque cum feruore prædicant.

Sed dices primo, qua lingua loquentur.

RESpondetur probabiliter dici poſſe futuram eſſe Hebraicam propter eius, tum antiquitatem, tum ſimplicitatem, tum Sanctitatem, qua, & Deus ipſe, atque Chriſtus Dominus vſi ſunt, & præcepta legis ſcripta fuerunt.

Dices Secundo, an in Paradiſo ſit riſus.

REſpõdetur ex D.Th. quodlib. 10. quod Beatis in Paradiſo erit riſus quod eſt proprium D. Tho.

 ho-

hominis iuxta illud Iob 8. donec impleatur os tuum risu, & labia tua iubilo, & illud Luc. 6. Beati, quia ridebitis; dictus autem risus erit, absque aliqua imperfectione.

Tertio odoratus erit in actu suo, & iucundabitur, ac beatificabitur in odoribus suauissimis reduntantibus ex optimo temperamento, non solum Corporis Christi, sed etiam Beatissimę Virginis, & aliorum Sanctorum. De odore Christi Cant. 1. dicitur in odorem vnguentorum tuorum cucurimus. De odore B. Virginis dicitur Cant. 3. quæ est ista, quæ ascendit per desertū sicut virgula fumi, & aromatibus mirræ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij. De odore vero aliorum Beatorum Apoc. 5. scriptum est habentes singuli citharas, & phialas plenas adoromentorum. Itaque Sancti singulari odore redolebunt, hic plus, & ille minus secundum gradus gloriæ. Recipient etiam adorationem ex sui subsistentia, nam quilibet Beatus dulciter sentiet odorem corporis sui, & de illo gaudebit.

Quarto gustus habebit suum vsum, ac voluptatem ex suauissimo humore, qui erit in lingua Beatornm, qui habebit omne genus saporum, ad ipsius arbitrium, qui sapor, aut fiet à Deo, per creationem, aut causabitur ex Beatitudine animæ, & talis sapor erit in gustu Beatorum, qualis esse posset melioris cibi, vel potus, qui excogitari possit iuxta illud gustate, & videte quàm dulcis est Dominus.

Quin-

Quinto, sensus etiam tactus erit in actu, & beatificabitur, quia beati inuicem seipsos suauissimis osculis honestissimis, & amplexibus se tangent, in qua contrectatione erit mira delectatio propter perfectionem sensus, & obiecti tangibilis, & quod in Paradiso erit sensus, tactus põt colligi ex illo Io. 20. infer digitũ tuũ huc, & ibidem noli me tangere non dum enim ascendi ad Patrem meum: insinuans, quod quãdo ascenderit, licebit tangere ei, & alijs beatis, & hæc delectatio secundum tactum non erit libidinosa, licèt excedat omnes delectationes huius mundi.

Petes Quinto, quot sunt dotes animæ?

REspondetur ex communi Theologorum sententiã teste D. Th. in 4. dist. 49. art. 5. tres esse animæ dotes, nempè visionem, dilectionẽ & fruitionem, vel secundum alios visionem, dilectionem, & comprehensionem, alij vero dicunt esse dotes animæ visionem, comprehensionem, & fruitionem, sed omnes reducuntur in idem, vt rectè ait D. Thom. l. cit. dos verò est aliquid animæ inherens, per quod ordinatur ad operationem, in qua consistit beatidudo. *D. Tho.* *D. Tho.*

Correspondent tres dotes supradictæ tribus virtutibus Theologicis. Primò habet claram visionem Dei, quæ correspondet fidei, quam hoc habuerunt. Secundò comprehensionem seu possessionem beatissimæ visionis, quæ cor-

respondet spei: & tertio fruitionem, quæ charitati huius vitæ correspondet.

Petes Sexto, cur in Beatis ponendæ sunt dotes, & cur appellantur dotes.

D. Tho. Respondetur ex D. Th. in 4. dist. 49. q. 4. art. 1. poni dotes in animabus cuiusque hominis, quando in eorum gloriam transferuntur, ad eorum perpetuum ornatum, nempè animæ, & corporis, & sunt dona à Deo propter amorem Dei, quem habet erga Beatum collata, nā idem significat dos, quam donatio, & quamuis dotes à parente puellæ consueuerunt assignari; tamen quandoque contingit, quod sponsus, vel Pater sponsi assignat dotes vice Patris puellæ, quod contingit dupliciter, vel pro nimio affectu ad sponsam, sicut fuit de Sichem, qui voluit assignare dotem, quam debebat accipere propter vehementem amorem filij sui ad puellam, vel hoc fit in pænam sponsi, vt virgini à se corruptæ dotem de suo assignet, quam Pater puellæ debebat assignare; sed in casu nostro dici potest, quod idcirco Deus confert dona Beatis propter magnum amorem, quem habet erga ipsum Beatum.

Petes Septimo, vtrū dos à Beatitudine differat.

D. Tho. Respondetur ex D. Th. in 4. dist. 49. q. 4. art. 2. dotem differre à beatitudine, quia beatitudo

tudo dicitur ipsa operatio perfecta, qua anima beata Deo coniungitur, sed dotes dicuntur habitus, vel dispositiones, vel quæcunque aliæ qualitates, quæ ordinantur ad huiusmodi perfectam operationem, & sic dotes ordinantur ad beatitudinem magis, quam sint in beatitudine, vt partes ipsius.

Præterea dos datur sine meritis: sed beatitudo non datur sine meritis, ergo denique beatitudo est vna tantum, dotes verò sunt plures, ergo beatitudo non est dos.

Petes Octauo, vtrum Christo competat habere dotes.

RESpondetur ex D. Th. in 4.dist.49.q.4.art. 3. negatiuè, nempè non competere Christo habere dotes, quia inter sponsum, & sponsam exigitur discretio personarum: sed in Christo non est aliquid personaliter distinctum à filio Dei, qui est sponsus, vt patet ex Ioan. 3. qui habet sponsam, sponsus est. Ergò cum dotes sponsæ assignentur, vel pro sponsa, videtur quod Christo non competat habere dotes. D. Tho.

Præterea non est eiusdem dare dotes, & recipere: sed Christus est, qui dat spirituales dotes; ergò Christo non competit dotes habere.

Petes Nono, vtrum Angeli habeant dotes.

D. Tho. RESpondetur ex D. Th. l.cit.sed art.4.quòd ea, quæ ad dotes animæ pertinent, non est dubium Angelis, sicut, & hominibus conuenire, sed secundum rationem dotis non ita eis, sicut hominibus conueniunt; eò quod non ita propriè conuenit Angelis ratio sponsæ sicut hominibus: exigitur enim inter sponsum, & sponsam, vt sint eiusdem speciei, hoc modo autem homines cum Christo conueniunt, in quantum humanam naturam assumpsit, per quam assumptionem factus est conformis in natura speciei humanæ omnibus hominibus: Angelis autem non est conformis secundum vnitatem speciei, neque secundum naturam diuinam, neque secundum humanam naturam, & ideo ratio dotis non ita propiè conuenit Angelis sicut in hominibus, itaque ratio dotis non conuenit Angelis propiè, sed metaphoricè, idest non quantum ad omnia.

Petes Decimo, an in Beatis ponendæ sint aureolæ, & quid sit aureola.

D.Th. RESpondetur ex D. Thom. in 4.dist.49.q.5. art. 1. quod multi Beati in Cælo habebũt suas aureolas; aureola autem cõsistit in gaudio quodam de operibus à se factis, & datur pro aliquõ facto insigni, scilicet martyrio, Virgi-

ni-

nitate, vel prædicatione, differt verò aureola à premio essentiali, quod dicitur aurea, & metaphoricè dicitur corona, quandoquidem premium essentiale consistit in visione diuinæ essentiæ, vnde quodammodo homo fit particeps diuinitatis, & per consequens Regiæ potestatis iuxta illud Apoc. 5. fecisti nos Deo nostro Regnum, & Sacerdotes, & aureola præter gaudium essentiale dicit peculiare gaudium de operibus à se factis, dicitur aureola diminutiuè; quia quasi minimum est hoc præmium accidétale respectu præmij essentialis visionis diuinę, & de hac aureola cantat Ecclesia. Filiæ Hierusalem venite, & videte martyrem cum corona scilicet victoriæ, pro qua datur in die solemnitatis, & letitiæ.

De aurea, scilicet corona nempè de præmio essentiali dicitur Eccles.45. corona aurea super caput eius, expressa signo sanctitatis.

Dicitur aurea ratione materiæ, quia sicut auro nullum metallum est pretiosius, ita visione Dei, quæ est gaudium essentiale, nullum aliud gaudium maius, & nobilius esse potest. D. Tho.

Dicitur aurea, corona, quia corona est signum Regiæ potestatis, vel ratione circuli, nã figura circularis est perfectissima, eo quod nihil sibi addi potest, quin sit eo minus, & significat præmium essentiale Beatorum, cui nullũ præmium addi potest quin sit eo minus, quia nihil est maius visione Dei.

Dicitur denique corona, quia sicut corona

finit

finit in puncto, à quo incæpit, sic Beatus per hoc præmium, quod corona dicitur, coniungitur Deo, à quo exiuit per creationem.

Sed dices, an aureola dici possit palma.

RESpondetur negatiuè; quia palma est præmium, seu gaudium accidentale, quod non operi, sed voluntati debetur. Tale præmium habuit S. Martiuus, eò quòd martyrium concupiuit: vnde de ipso cantatur, quam scilicet animam, & si gladius persequutoris non abstulit, tamen palmam martyrij non amisit, itaque distinguitur palma ab aureola, quia aureola non consistit in voluntate, sed in opere.

Petes Vndecimo, an aurea, vel aureola differat à fructu.

REspondetur ex D.Th.in 4. dist. 49.q.5.art. 2. quòd fructus differt ab aurea, scilicet à præmio essentiali, & ab auraola, scilicet à præmio accidentali, quia aurea cōsistit in gaudio, quod habetur de Deo, aureola verò in gaudio quod habetur de operum perfectione, fructus autem consistit in gaudio, quod habetur de ipsa dispositione operantis secundum gradum spiritualitatis, in quem proficit ex semine verbum Dei.

Petes Duodecimo, an ratione Virginitatis debeatur aureola.

RElpondetur ex D.Th.in 4.dist.49. q. 5. art. 3.quod ratione virginitatis debetur aureola, & est omnium Theologorum sententia, quia magna habetur victoria contra carnem, vt patet ex Paul. galat. 5. spiritus concupiscit aduersus carnem,&c. ergo victori debetur aureola. *D. Tho.*

Sed difficultas est, cui Virginitati debeatur aureola.

REspondetur quidam dicunt aureolam actui deberi, vnde illa, quæ actu seruat Virginitatum aureolam habebit, si sit de numero saluandorum. Alij dicunt, quod aureola debeatur statui, & non actui, vt illæ tantum Virgines mereantur aureolam, quæ in statu Virginitatis, perpetuæ seruandæ per votum se posuerunt.

Sed D.Tho.l.cit. tenet, quod illis tantum Virginibus aureola propiè debetur, quæ propositum habuerunt Virginitatem perpetuò cõseruandi,siue hoc propositum voto seruauerũt, siue non, quamuis hoc propositum aliquãdo fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo in fine vitæ inueniatur, quia Virginitas mentis reparari potest, quamuis non Virginitas carnis. *D. Tho.*

Si

Si autem aureolam largè accipiamus pro quocunque gaudio, quod in Patria habebunt super gaudium essentiale, sic etiam incorruptis carne aureola respondebit, etiam si propositum non habuerunt perpetuò Virginitatem seruandi.

Sed dices, an Beatæ Virgini, vel Christo debeatur aureola; ratio dubitandi est, quia nec B. Virgo, nec Christus passi sunt stimulos carnis; ergò in eis non fuit pugna, ergo non est po nenda in eis aureola.

D. Th. Respondetur primo ex D. Th. l. cit. ad 2. quod Beatæ Virgini debetur aureola, nam etsi B. Virgo non habuerit pugnam per tentationem, quæ est à carne, habuit tamen pugnam per tẽtationem ab hoste nempè à diabolo, qui etiam Christum tentauit.

D. Th. Respondetur secundo ex D. Th. l. cit. sed art. 2. quod Christo non conuenit aureola, quia nomen aureolæ importat aliquid, seu diminutum participabile, non plenum, sed in Christo inuenitur principalis, & plena ratio victoriæ, per cuius victoriam omnes alij victores constituuntur, vt patet ex Ioan. 16. confidite, ego vici mundum, & Apoc. c. 3. dicit, qui vicerit, faciam eum sedere in throno meo, sicut ego vici, & sedeo in throno Patris mei, vnde quamuis id, quod est in Christo, non habeat rationem aureolæ, tamen est excellentius omni aureo-

reola. Competit vero Christo aurea, vel corona.

Petes Decimatertio, an Angelis debeatur aureola.

Respondetur negatiuè ex D. Th, l. cit. ad 2. quæstionem, nempè Angelis non deberi aureolam, quia aureola propiè respondet cuidam perfectioni in excellenti merito; ea verò quæ in hominibus ad perfectionem meriti pertinent, Angelis sunt connaturalia, vel etiam spectant ad communem eorum statum, aut etiam ad ipsum præmium: & ideo ratione eorum, qua hominibus debetur aureola Angeli non habent aureolas, non enim virtutis est in Angelis, quod omnino de delectationibus carnis abstineant, cum huiusmodi delectationes in eis esse non possint, neque debetur Angelis aureola per illos actus, quos nos docent, quia pertinent ad gloriam eorum, & ad communem eorum statum, neque debetur eis aureola ratione martyrij, quia dum sunt omnino spirituales sunt impassibiles. D. Th.

Petes Decimaquarto, an conuenienter desfignentur tres aureolæ.

Respondetur ex D. Th. in 4. dist. 49. q. 5. art. 5. affirmatiuè, & ratio est, quia aureola est quodam priuilegiatum præmium priuilegiatæ vi- D. Th.

victoriæ respondens, & ideo secundum priuilegiatas victorias in tribus pugnis, quæ cuilibet homini imminent, tres aureolæ sumuntur; in pugna enim, quæ est contra carnem, ille potissimam victoriam obtinet, qui à delectabilibus venereis, quæ sunt præcipua in hoc genere, omnino abstinet, & ideo virginitatis aureola debetur. In pugna verò quâ contra mundũ pugnatur, illa est præcipua, cum à mundo pſecutionem vsque ad mortem substinemus; unde, & martyribus, qui in ista pugna victoriam obtinent, secunda aureola debetur. In pugna uero qua contra diabolum pugnamus, illa est præcipua uictoria, cum aliquis hostem non solum à se, sed à cordibus aliorũ remouet, quod fit per prædicationem, & doctrinam, & ideò Doctoribus, & Prædicatoribus tertia aureola debetur, neque *Doctoris* aureolam consequi *Doctorem* otiosum, sed solos, qui prædicando, docendo, scribendo munus docendi subeunt, & quidem in his, quæ ad salutem animarum spectant.

Petes Decimaquinto, an sit maior aureola Virginitatis, quam martyrij, vel Doctoris, & Prædicatoris,

D. Th. Respondetur ex *D.* Th. l. cit. simpliciter loquendo aureola martyrum inter omnes est potior, & ideo dicit Matth. 5. in glos. quod in octaua beatitudine est, quæ ad martyres pertinet

tinet, scilicet Beati, qui persecutionem patiũtur, &c. & omnes aliæ perficiuntur. Propter hoc etiam Ecclesia in cõnumeratione Sanctorum Martyres Doctoribus,& Virginibus præordinat:sed quantum ad aliquid nihil prohibet alias aureolas excellentiores esse.

Aureola vero Virginitatis, respectu Doctoris, & Prædicatoris, mihi videtur maior, quia pugna carnis est periculosior, in quantum est diuturnior, & magis nobis imminet è vicino.

Dicunt præterea Theologi in 4.quod in capitibus istorum Beatorum erunt insignia quædam, quibus huiusmodi aureolas in anima habere præseferent.Ratio est,quiá sicut gaudium essentiale in corpus per quatuor dotes resultat: ita,& accidentale insignia corporalia certis coloribus distincta redundabit.Virgines siquidem in capite aliquam coronulam albam, Doctores viridem, & martyres rubeam gestabunt.

De aureola Martyrum dicit Apoc.2.vincẽti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen meum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.

De aureola Virginum dicit Isai.56. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & à filiabus.

De aureola denique Doctorum habetur illud Daniel. 12. qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti,& qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.Et illud Matth.5.qui autem

fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in Regno Cælorum.

Petes Decimosexto, si mulier amiſit per vim virginitatem carnis, an amittat aureolam virginitatis.

RESpondetur negatiuè nempè non amittere aureolam virginitatis, nam non non corrũpitur corpus, niſi de conſenſu mentis. Vnde Sancta Lucia dixit Quintiniano ſi me inuictam violari feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam: non quod habeat duas virginitatis aureolas, ſed quia duplex præmium reportabit, vnum pro integritate cuſtodita, & aliud pro iniuria, quam paſſa eſt.

Petes Decimoſeptimo, an Beatæ Virgini debeatur aureola Doctoratus & Virginitatis, & Martyris.

RESpõdetur affirmatiuè nempè deberi Beatæ Virgini aureolam Doctoratus, quia Patres eam vocant Magiſtram fidei, & Doctricem Apoſtolorum, & non ſolum veritates fidei Apoſtolis, & præſertim Ioanni, & Lucæ aperuit, vt dicit Bernard. Homil. 4. ſuper miſſus eſt, ſed etiam ipſis Iudeis, ſcripturas, & Prophetas enucleauit, eorumque imminens exitum, vt docet Greg. Nazianzenus in tragedia de Christo patiente. Inſuper etiam debetur Bea-

Bernard.

Gregor. Nazanz.

B. Virgini aureola martyrij, quia etsi B. Virgo mortua non sit ex gladio materiali, vel vulnerata, tamen passa fuit tot cruciatus, quod meritò Ecclesia appellat B. Virginem Martyrem, immo Reginam martyrum. Ratio est, quia ad martyrium secundum Theologos; duo præcipuè desiderantur, vnum est, quod dolor, quē quis patitur, sit ex se illatiuus naturaliter mortis, etiam si per miraculum non moriatur, & aliud, quod substineatur pro fide Christi, vel pro alia virtute, castitatis, immunitatis, Ecclesiasticæ, vel alterius veræ virtutis: sed omnia supradicta inueniuntur in Beata Virgine, ergo Beata Virgo fuit verè martyr.

Minor probatur; nam Beata Virgo tantum dolebat ex compassione damnationis humani generis, quod pro redemptione parata erat, & desiderabat in cruce mori cū filio si opus fuisset; vnde Ambros. sup. Luc. ait quamuis multæ tribulationes transfoderint animam Mariæ; tamen illa specialiter materna transfixit viscera Domino in cruce moriente. de qua prædixit Simeon: & tuam ipsius animam pertrāsibit gladius. Tamquam si diceret, maternis tuis visceribus gladio tribulationis trāsuerberaberis. Videbis in cruce pendentem, quem Angelo nunciante in Virginitate permanens filium edidisti, & ibidem idem Ambrosius, denique illo pendente in cruce Iudei præsentes, vt descenderet, insultabant, Apostoli fugientes de cruce illum descendere posse non credebant, quæ vt

Ambros.

Ambros.

vidit Maria: necesse fuit materna, piaque viscera ex eius cõpassione gladio tribulationis trãsfigi. Hæc Ambrosius: passa quoque fuit Sacratissima Virgo martyrium macerationis. In tantum enim in filij passionem Corpus suum, & omnia membra macerauit, quod quodammodo martyrium sibi intulit, vt ait Magister Iacobus de Voragine in sub lib. B. Virg. in verbo martyrium, vbi allegat August. sic dicentem. Ipsa quippè Mater immani dolore eiulans, pectoraque delicata contundens, ita ipsa viscera, cęteraque fatigauerat membra, vt iam deficiens ad Christi funus vix potuerit peruenire.

Ambros. *M. Iaco. de Vorag.* *Aug.*

Prædictus Iacobus de Voragine dicit, quod martyrium Virginis habuit quatuor conditiones graues, quia in mente martyrizata est. Vnde atrocius passa est; dum passionis Christi gladium in anima sua substinuit, quam si corporaliter perempta esset, vt ait Hieronym. ad Eust.

Iacob. de Vorag. *Hieron.*

Item, quia eius dolor non fuit particularis, sed vniuersalis, quia totam animam repleuit, & nulla in eius corde remansit particula, quæ doloribus non fuerit plena. Vnde Hieron. ait cõstat nempè quod Maria in tantum doluit, vt totam animam eius pertransiret, ac possideret vis doloris ad testimonium eximiæ dilectionis.

Hieron.

Item quia eius dolor non fuit superficialis, sed præcordialis, nam vsque ad cordis intima pertransiuit.

Vnde Hieronym. ait eius nimirum dilectio morte fortior extitit, quia mortem Christi suã fecit

Hieron.

fecit. Item quia eius dolor non fuit momentaneus, sed diuturnus; nam etiam post filij resurrectionem, & ascensionem eius passiones in memoria retinebat, & sine magni doloris gladio de eis recordari non poterat. Vnde dicebat illud Cant. 1. Fasciculus myrræ dilectus meus mihi; inter vbera mea commorabitur. Fasciculum enim myrrhæ vocat collectioné amaritudinum, & passionum Christi, quas ipsa inter vbera animę, idest in memoria retinebat, & ex his vulnerabatur præ dolore, cruciabitur præ amore, & extumbat præ desiderio, & maxima compassione.

Itaque dicendum est, quod B. Virgo fuit verè martyr, immò Regina Martyrum, quia tot cruciatus, diuturnos passa est ex motiuo compassionis mortis sui vnigeniti Filij Christi Domini.

Deniq; debetur Beatæ Virgini aureola Virginitatis, quia licèt non habuerit tentationem intrinsecam, tamen habuit tentationem à Demone, vt supra dictum est, & consequenter B. Virgo pugnauit, ita D.Th. in 4. dist. 49.

Petes Decimo octaua, in qua ætate Beati resurgent.

Respondetur in ea ætate, in qua Christus obijt, scilicet triginta trium annorum, quę est perfectissima hominis ętas, licèt mortui fuerint infantes, vel senes iuxtà illud Psal. 102. re- D. Th.

nouabitur; vt aquilæ iuuentus tua. In Cælesti enim gloria omnes erunt iuuenes, & hoc est quod voluit dicere Apostolus ad Ephes. 4. donec occurramus omnes in virum perfectum ad mensuram plenitudinis Christi; idest in illa perfecta dispositione corporali resurgemus, in qua in ætate plenitudinis Christi fuimus, vel fuissemus, si ad illum nullo impedimento interueniente peruenissemus.

Petes Decimonono, in qua quantitate, & magnitudine Beati resurgent.

RESpondeo, quod Beati cum tanta quantitate resurgent, quantam vsque ad 33. annos habuerant, vel natura non errante habituri fuissent si eo vsque vixissent, iuxta illud Paul. ad Ephes.4. omnes occurremus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Petes Vigesimo, an omnes in ætate virili resurgent.

RESpondetur ex communi Theologorum sẽtentia in 4. dist. 49. quod vnaquæque persona in suo sexu resurget.



Pe-

Petes Vigesimoprimo an in Beatis quando corporibus erunt imbuti futura sit potentia nutriendi, & generandi.

Respondetur ex communi Theologorum sententia in 4. dist. 49. quod potentia nutriendi, & generandi erit in Beatis, non quidē ad vsum, vt falsissimè Saraceni persuadent, sed ad naturæ perfectionem. Vnde D. August. ait, in corporibus Beatorum non esse auferendam comedendi, & generandi facultatem, sed egestatem. *August.*

Petes Vigesimosecundò, quot sunt gaudia particularia, quæ quilibet Beatus habet in se.

Respondetur esse ineffabiles, & innumerabiles. Vnde D. Bernard. sic ait. Merces Sanctorum, tam magna est, quod non potest mensurari: tam multa, quod non potest numerari: tam copiosa, quod non potest finiri: tam pretiosa, quod non potest extimari. Et D. August. ait, illud, quod promittit Deus, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur, desideria, & vota trascendit, acquiri potest, extimari non potest. *Bernard.* *August.*

Gaudebūt itaque Sancti supra se de Dei visione, infra se de Cæli, & aliarum creaturarum corporalium pulchritudine: intra se de corpo-

ris glorificatione, extra se de Angelorum, & hominum associatone, Deus omnes sensus ineffabili delectatione reficiet, nam ipse erit speculum visui cithara auditui, mel gustui, balsamum olfactui, flos tactui. Ibi enim, vt ait August. Deus sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur.

Aug.

Et idem Aug. in tractatu de corporis, & animæ miseria sic ait. O caro illam vitam amplecti debuisses, vbi vita sine morte, vbi iuuentus sine senectute, vbi lux sine tenebris, vbi gaudium sine tristitia, vbi pax sine discordia, vbi voluntas sine turbatione, vbi Regnum sinemutatione. Et alibi illa beatitudo in duobus consistit, scilicet in necessaria præsentia omnis boni, & in necessaria absentia omnis mali.



TRA-

TRACTATVS DE OPERIBVS Sex dierum.

ANtequam perueniam ad tractatum de operibus sex dierum in particulari.

Suppono primo mundum hunc visibilem ex nihilo Deum in eius principio condidisse; est de fide, & docent communiter Theologi in 2. d. 1. & patet ex varijs locis diuinæ scripturæ. Primo 2. Mach. 7. peto nate, vt aspicias ad Cælum, & terram, & ad omnia, quę in eis sunt, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus. Secundo Ecclesiast. 18. Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Tertio Psal. 32. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Quarto ad Rom. 4. quia ita vocat ea, quæ non sunt, sicut ea, quæ sunt.

Denique ita definiuit, & declarauit Concil. Lateranens. sub Innoc. 3. in cap. firmiter de Deo dicens. Vtramq; de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem, Angelicam, videlicet, & humanam.

Suppono secundo, non per occasionem pecca-

cati, nec in pœnam spirituum, qui peccauerunt, sed per se ex primaria voluntate, & intensione sua mundum hunc visibilem, & corporalem procreasse, ut patet ex diuersis locis Sacrę Scripturę. primo Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsũ operatus est Dominus Secundo ex Paul. ad Colos. 1. in ipso, & per ipsum condita sunt vniuersa, in Cœlo, & in terra, uisibilia, & inuisibilia, ex quo colligitur falsam esse opinionem originis, qui putauit Deum creasse mundum occasione peccati, & in pœnam spirituũ, qui peccauerunt, non ex primaria voluntate, ac intentione Dei; sed hoc est falsum, ut dictũ est.

Et ratio sumi potest ex illo principio, quod creatura corporalis per se bona est, & Dei etiã bonitatem, sapientiam, ac potentiam manifestat. Ergò per se est intenta à Deo. Vnde dicitur Ecclesiast. 39. opera Domini vniuersa bona valdè.

Damasc. Neque ad hũc finem dixit Damascenus lib. 2. de fide Deum quædam velle primario, & ex sua tantum bonitate, & liberalitate inductum; quædam verò secuudario, & quasi à nobis cõpulsum.

Suppono tertio, aliquos Philosophos errasse, ponentes, mundum æternum, ex quibus aliqui posuerunt illum improductum, alij productum per necessariam emanationem; cuius sententiæ præcipuus Auctor censetur Aristotales *Arist.* 8. physic. & 2. de generat. & 1. de Cælo c. 10. &

12.

12. & metaphyſ.c.6.nam veritas catholica docet mundum vniuerſum non eſſe æternum, ſed habuiſſe ſui eſſe, ſuæque creationis principiũ; vt patet, ex diuerſis locis diuinæ Scripturæ. Primo ex Paul. ad Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem. Secundo ex Ioan. 17. Clarifica me Pater claritate, quam habui priuſquam mundus eſſet apud te. Terrio prouerb. 18. Dominus poſſedit me in initio viarũ ſuarum, antequam quicquam faceret à principio 4. Eccleſ. 24. ego ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. 5. Geneſ. 1. in principio creauit Deus Cælum, & Terram; Denique defintta eſt hæc veritas in Concil. Lateranen. ſub Innoc. 3. relato in cap. firmiter de ſumma Trinit. & in 6. Synod. act. 11. & conſentiunt Patres omnes, & tamquam dogma fidei profitetur Sophron. in ſua Epiſt. quam concilium recipit. *Sophron.*

Sed petes, an ſufficienter probetur mundum nonfuiſſe ab æterno ex illis verbis Gen. 1. in principio creauit Deus Cælũ, & terram. Rattio dubitandi eſt, nã particula, in, licèt frequenter ſit deſignatiua temporis, aut loci iuxta propŷſsimam lattnam ſignificationem tamen in ſcriptura ſæpè ponitur pro particula per, vt ad hebr. 1. nouiſſime loquutus eſt nobis in filio, ideſt per filium, & pſal. 121 fiat pax in virtute tua, ideſt per virtutem tuam.

Re-

RESpondetur hoc teſtimonio efficaciter, & de fide probari mundum non ab æterno, ſed in tempore fuiſſe creatum, quia verba ipſa ſimpliciter, & ſine vlla vi, aut propietate intellecta hunc ſenſum præſeferunt præſertim cum ſermo ille ſit hiſtoricus, ac proinde in omni propietate, ac ſimplicitate ſermonis, verba eius accipi debent.

Præterea illud principium aſſignat Moyſes tamquam initium tam illornm ſex dierum, in quibus completa eſt mundi inſtitutio, quam

Baſil. totius temporis ſubſequentis. Vnde optimè colligit Baſil. Hom. 1. ex illo teſtimonio conuinci non fuiſſe plures annos durationis temporis, ſeu mundi, quam poſſint vſque ad illud principium ſupputari, & in hunc ſenſum con-

Suarez ſpirant omnes Patres, teſte Suarez tract. de opere ſex dierum lib. 1. c. 2. n. 26.

Neque obſtant, quæ de alijs expoſitionibus allata ſunt: nam qui vt litterales illas admiſerit non debet vllo modo hanc excludere, ſed in eadem litera plures ſenſus literales admictere, vt probabilior Theologorum ſentẽtia fert. Verum fatendum eſt, non repugnare, res permanentes ab æterno creari, & per æternitatem conſeruari ſine vlla mutatione, quamdiù Deus illas ita conſeruare voluerit: quia de ratione creationis non eſt, vt nihil, ſeu non eſſe duratione præcedat creationem, ſed ſatis eſt, quod præcedat ordine naturæ, quia res de ſe non habet eſſe, & nihil eſſet, niſi ab alio reciperet eſ-

ſe.

se. Quam sententiã benè etiam defendit Vasquez cit. à Suarez, quem ipse sequitur l, cit. sed num. 21, *Vasquez* *Suarez*

Sed conueniêntius est, vt res creatæ nõ sint ab æterno creatæ, tum quia res creatæ in tempore euidentius ostendunt dependentiam a primo ente per essentiam, & indigentiam influxus eius, vt coexistere valeant, quam si ab æterno semper fuissent; tum etiam quia hoc modo manifestatur apertius Deum non ex necessitate naturæ, sed liberè mundum, & omnes res eius produxisse. Tum propterea, quia ita clariùs constat, Deum non propter suum commodum, sed propter solam voluntatem benefaciendi alijs res procreasse.

Suppono quarto ex communi Theologorum sententia in illo principio mundi, seu primo instanti creationis eius, creata esse omnia cęlestia corpora mobilia à primo mobili vsque ad vltimam Lunæ spheram inclusiuè, & etiam Cælum Empyreum.

Suppono quinto in instanti creationis nihil esse simul factum præter Cælos, & elementa cum locis, & propietatibus suis, & Angelos, qui sub Cælis compræhendũtur, vt docet Suarez de opere sex dierum lib. 1. c. 10. nu. 8. Ratio autem, seu congruentia reddi potest, quia Cæli, & elementa sunt corpora simplicia per se primò pertinentia ad constitutionem vniuersi, & ideo voluit Deus illa prius creare, quam cætera. *Suarez*

Præ-

Præterea solis simplicibus corporibus quasi connaturale est, vt per propiam creationem ex nihilo fiant, quia vnum per se loquendo, non est materia alterius, & ideo quodlibet illorum, & omnia simul ex nihilo facta sunt; at verò in mistis connaturale est fieri ex simplicibus, eorumque mixtione, & ideo non ita sunt simul cum simplicibus facta.

Vnde

PRimo, infertur in puncto creationis Cælũ, & Terram, cæteraque simplicia corpora in propijs locis sensibilibus connaturali ordine fuisse collocata. Vnde fuit vniuersa terra aquis circumdata, & vndique cooperta, quia etiam aquis naturale est secundum propiæ speciei, ac perfectionis conditionem vsque ad terram descendere, & supra illam consistere, vt satis experientia, & philosophia docent, & docet Chrysost. Homil. 4. in Gen. his verbis, Terra autem erat inuisibilis, & incomposita, quia à tenebris, & aquis obtegebatur.

Chrisost.

Secundo infertur Cælos, & elementa fuisse à principio creata rotunda, seu sphericæ figuræ, quæ cum illis concreata est, Vt rectè probat Suarez l. cit. sed n. 14. & 16. & probat etiã de elemento terræ, & de Cælo Empyreo.

Suarez.

Tertio infertur Cælos, & elementa in primo instanti creationis omnes, & solas illas propietates habuisse in primo instãti concreatas, quę ita sunt ipsis connaturales, vt vel ab intrinseca natura, & essentia dimanent, vel ita sint illis ne-

necessariæ, vt absque illis monstruosa, & in sua propia natura imperfecta existerent.

Quarto infertur ex dictis aliquã mundi formationem concreatam illi fuisse, aliquam verò successu temporis illi esse additam, & è contrario aliqu m mundi, seu materiæ informitatem tantum ordine naturę fuisse priorem mũdi creatione, aliquam verò etiam tempore pręcessisse declaratur. Nam informitas materiæ duplex est, scilicet substantialis, vel accidentalis. Prior absolutè sumpta non præcessit tempore, quia nec materia est facta sine forma, nec sub generica tantum, & non specifica, nec sub aliqua vniformi specifica forma imperfecta, & communi toti materię in principio creatæ. Vnde in materia Cælorum nullo omnino informitas substantialis tempore præcessit. In materia verò terræ, & elementorum dici potest aliquo modo ex parte præcessisse, quia in illo primo instanti non fuit formata formis mistorum, quibus formabilis erat, & posteà formata est.

Hæc verò formatio licèt in se substantialis sit, respectu materiæ est quasi accidentalis, quia ipsa indifferens est ad has, vel illas formas recipiendas, & ideo quasi accidẽtarium illi est hac, vel illa forma carere, vel formari.

Item respectu terræ, & elementorum illa informitas accidentalis fuit, sicut è contrario pulchritudo, quæ ex plantis, & animalibus terræ accessit, accidentalis formatio fuit. Igitur absolutè loquendo informitas substantialis ma-

te-

teriæ non præcessit tempore, ordine autem naturæ præcessisse dicitur, quia ciatio corporum secundum ordinem naturæ necessario debet incipere à creatione materiæ, quia tantum, ex ea parte incipit ex nihilo corporis creatio; nam forma non fit, nisi ex materia, vel in materia, & ita consumatur totius productio.

Altera item informitas, scilicet accidentalis sub distinguenda est: nam quædam esse potest per comparationem ad accinentia. Et sic informitas accidentalis consistet in carẽtia propiorum accidentium connatutalium. Alia verò informitas est per carentiam accidentium communium, quæ rem ornant, vel perficiunt, si adsint, & ideo dicuntur accidentaliter eam formare, siue illa sint propia accidentia physica, & inherentia, vt sunt color, quantitas, & similia, siue sint extrinseca ornamenta, quę accidẽtia prædicabilia dici solent, vt esse nudum, vestitum, &c. De prima ergo informitate dicendum est, non præcessisse tempore in Cælis, & elementis, præcessisse autem ordine naturæ.

Primum patet, quia in eodem instanti simul cum substantia habuerunt simplicia corpora propietates suas. Secundo verò probatur, quia prior natura est substãtia, quam propiętas, quę illam cõsequitur; ergò prius natura ex vi creationis præcisè spectatæ fit substantia informis à propieiatibus; posterius verò natura formatur per propietates, quæ propterea concreari dicuntur.

De

De alterâ vero informitatê concedendum est, etiam tempore præcessisse in mundo; qui propterea, vt nunc est, factus dicitur ex materia inuisâ, seu informi, quia per opera sex dierum formatum est vniuersum, prout nunc est, ex quâ formatione quædam accidentalis pulchritudo, vel ornatus singulis elementis accessit: nam terra apparuit, & visibilis quodammodo facta est, & floribus, cæterisque viuentibus ornata; ergò informitas huic ornamento opposita, tempore præcessit; & ideò cum proportione est de cęteris elementis. Nam opera sex dierum successiuè sunt facta, & per illa ornata sunt elementa, quæ informitas opposita, tempore præcessit.

Sed dices huic doctrinæ obstare verba Ecclesiast. 18. qui viuit in æternum creauit omnia simul.

Respondet Suarez l.cit.sed n.22.quod verba supradicta diuinæ scripturæ intelligi debēt de his, quæ per propiam creationem facta sūt, quidquid enim Deus ex nihilo, & propiè, ac immediatè creauit, simul creauit; secus verò esse de cæteris, quæ vel per transmutationem vnius rei in aliam produxit, vel per accidentalem mutationem perficit. Altero enim ex his modis facta sunt omnia sex dierum opera. In primo verò instanti simul Angeli, & omnia simplicia creata sunt, illa enim tantum per im- *Suarez.*

mediatam, & propiam creationem sunt facta. Neque in his innumeratur anima rationalis, quia licèt propiè creetur, non sine præuia dispositione materiæ creatur.

Dices denique in scriptura haberi ista verba: in principio creauit Deus Cælum, & Terram; ergo omnia simul creata, sunt, & non opere sex dierum, quandoquidem sicut sub nomine Cæli intelliguntur Angeli, ita etiam sub nomine terræ debent intelligi mista, & consequenter homines.

Greg. Respondetur ex Gregor. 32. moral. non intelligit corpora mixta, sed tantum Angelos, & corpora simplicia, ex illis verbis, in principio creauit Deus Cælum, & terram. Nec refert, quod in alijs locis scripturæ sub nomine Cæli, & terræ, etiam mista, & alia opera cõpræhendantur, quia cum hæc significatio non sit explicita, sed implicita, potest maior, vel minor esse: qualis autem sit, ex materia subiecta, & ex antecidentibus, vel consequentibus colligendum est. In dictis autem verbis Genesis, ex materia ipsa constat, tantum esse sermonem de simplici mundi creatione, & ex particula in principio, & ex verbis subsequentibus satis declaratur de solis simplicibus esse sermonem: in alijs verò locis ex circumstantijs, & alijs verbis constat esse sermonem de Cælo, & terra, vt iam sunt completa, & ornata per sex die-

pierum tempora, & ideo non est de illis similis ratio.

Suppono sexto in productione vniuersi tria opera distingui à Theologis, scilicet creationis, formationis, seu distinctionis, & ornatus, vt ait D. Th. 1. p. q. 70. art. 1. & habet fundamentum in verbis scripturæ, nam Genes. 1. de opere cretionis dicitur in principio creauit Deus, &c. De opere distinctionis. Diuisit lucem à tenebris, & diuidat aquas ab aquis, & iterum congregentur aquæ; quæ sub Cælo sűt in locum vnum, & apparet arida. Quæ verba opus cuiusdam distinctionis significant. D. Tho.

De opere verò ornatus intelligit D. Thom. verba illa quarti diei fiant luminaria in firmamento Cæli. Expressius verò in initio cap. 2. fit mentio ornatus in illis verbis igitur perfecti sunt Cæli, & terra, & omnis ornatus eorum. D. Tho.

His positis.

Quæritur primo, an sex dies creationis mundi naturales, seu materiales, an spirituales, seu intelligibiles fuerint.

Antequam respondeam.

SVppono primo diem naturalem, non esse aliud nisi connotationem tanti motus Cæli secundum partes priores, & posteriores, media luce, quæ nobis manifestat tempus diuisum in mane, & vespere, vt dicitur Genes. 1. quæ lux alia est matutina, alia est vespertina, lux vesper-

tina dicitur; quando lux est iam remissa per ferè occasum Solis, & sumitur ex quadam carentia, vel diminutione lucis; lux verò matutina est principium diei, & est quasi fons, & origo lucis vespertinæ.

Suppono secundo diem spiritualé, qua gaudent Beati in Paradiso consistere in cognitione matutina, & vespertina; cognitio matutina est cognitio, quæ habetur de creaturis ex vi visionis verbi, cognitio verò vespertina est cognitio creaturarum extra verbum, & per propias species creaturarum, vt docet præsertim Aug. August. lib. 4. Genes. ad litteram c. 8. & c. 22. & lib. 11. de Ciuit. Dei c. 7. & 26. cognitio matutina in verbo licèt sit creaturarum, est supernaturalis, non ex parte obiecti, sed tantum ex parte modi intelligendi, scilicet in verbo, qui modus non est connaturalis homini, neque Angelo, cum sit connaturalis hominibus, & Angelis; cognitio vespertina imperfecta, & per propias species.

His positis.

RESpondetur ex communi sententia Patrum dies creationis mundi fuisse naturales, ac materiales, & fuisse sex existentes in re, & sibi succedentes, & in singulis illorum dierum aliquod opus esse factum, prout à Moyse in aliquo vero sensu narratum est. Præcipuum fundamentum est plana, & syncera litera scripturæ, nam verba scripturę non sunt ad metaphoras transferenda, nisi, vel necessitas cogat, vel

ex ipsa scriptura constet. Sed hæc ratio non minus cogit ad intelligendum propiè dierum numerum, quam diei qualitatem, quia non minus vno modo, quam alio destruitur synceritas, immo, & veritas historiæ. Et hoc valdè confirmant alia scripturæ loca, in quibus hi sex dies tamquam veri, & inter se distincti commemorantur, vt exod. 20. dicitur: sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die sabbatum Domini tui est. Et infra sex enim diebus fecit Dominus Cælum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt.

Quæritur secundo, quo die fuit creatus mundus.

Respondetur ex Trid. sess. 2. mundum fuisse creatum die Dominico, quia ait Trid. Deũ condidisse lucem die Dominico. Trid.

DISPVTATIO I.

Quæstio prima, quodnam fuit opus primi diei.

Respondetur Deum primo die creasse Cælum, & terram, & lucem, & diuisit lucem à tenebris, vt patet ex Genes. 1. sub nomine Cæli comprehenduntur Angeli, vt docet Suarez de

August. opere sex dierum lib. 1. c. 10. n. 8. & prius August. ex lib. 9. confess. c. 9. & 16. & l. 1. gen. c. 9. sub nomine terræ intelligi omnia corpora simplicia, vt sunt elementa, quæ constant ex duobus qualitatibus, & idcirco dicuntur corpora simplicia ita Suarez l. cit.

Sed Petes primo, an verba, fiat lux, &c. fuerint sensibilia.

Suarez. Basil. Respondetur ex Suarez lib. 2. c. 1. n. 1. non fuisse sensibilia, quia nec tunc erant creaturæ, quæ sensibile verbum audire possent, vt ibi Basilius adnotauit; nec sensibile verbum productioni lucis inseruiebat, neque oportebat tunc illud tamquam instrumentum ad lucē creandam miraculosè sumere; ac proindè dicit August. lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 29. illo verbo, fiat lux, significatur diuinum imperium internum spirituale, quo efficaciter vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt.

August.

Petes secundo, an lux producta à Deo primo die, fuerit spiritualis, an materialis.

Chrisost. Respondetur ex communi Patrum sententia, & præsertim Chrisost. Hom. 3. productionem lucis factam à Deo primo die fuisse sensibilem, & materialem, quia verba scripturæ, quoad fieri possit in propietate sunt accipienda, præsertim in historica narratione: sed lux

Ii xnn significatione maximè propia, & vsitata hâc sensibilem vocem significat; ergò de hac intelligenda sunt verba Moysis Gen.1.

Nam, vt D. Th. notauit 1.p.q.67.art.1.hęc vox lux primò imposita est, ad significandum id, quod facit manifestationem in sensu visus, posteà verò extensa est ad significandam spiritualem lucem, ac proindè metaphoricè transfertur ad spiritualia. D. Thom.

Petes Tertio, quæ nam fuerit illa prima lux à Deo producta primo die; Ratio difficultatis est, quia in quarto die dicitur Deus fecisse magna luminaria in Cælo; præterea augetur difficultas, nam si corpora simplicia fuerunt producta à Deo in primo instanti creationis mundi, consequenter etiam Sol fuit productus, ergo etiam lux, quia vel lux est forma Solis, vt ait Nazianzenus, vel est propietas naturalis ita intrinseca Soli, vt absque illa, sine magno miraculo creari non potuerit, ergo lux concreata est corporibus in primo instanti; quomodo ergò posteà facta dicitur.

Antequam respondeam.

SVppono primo lucem, & lumen in rigore philosophico, non esse idem; nam lucem vocant philosophi, quæ per se, & quasi ab intrinseco coniuncta est alicui substantiæ, & quasi fons est, & principium luminis, lumen autē

vocant splendorem, seu qualitatem similem luci, ab illa defluentem, & corpori, in quo inest intrinsecus aduenientem.

Eugub. Ascan. Suppono secundo Eugub. & Ascanius in Glossa magna, illa distinctionem lucis, & luminis in scriptura non seruari, itaque illa verba Genes. 1. fiat lux, idem sonant, ac fiat lumē, vt notauerunt prædicti auctores.

Suppono tertio lucem diuidi posse in naturalem, & gloriosam; naturalis est, quàm in his corporibus naturalibus videmus, gloriosam autem vocamus, quæ in Sanctorum resurgentium corporibus futura est.

Suppono quarto, quod omnibus in confesso est lucem primi diei naturalis ordinis fuisse, nam ad naturæ ornamentum pertinuit, & ad distinguendum naturalem diem, & noctem creata est.

Suppono quinto lucem in abstracto sumptā, seu conceptam non esse rem subsistentem, nec *D.Th.* substantialem formam, sed qualitatem accidētalem, realem, & materialē. Ita docuit D. Th. 1. p. q. 67. art. 2. & 3. & traditur à Philosopho in 2. de anima.

Suppono sexto prius extitisse tenebras, quā lucem, vt patet ex Genes. 1. & tenebræ erant super faciem abyssi, dixit Deus fiat lux, & facta est lux, & diuisit Deus inter lucem, & tenebras.

His

His positis.

RESpondetur illa verba Genes. 1. fiat lux, nó significare aliud nisi lucem emanantem à Sole creatum in instanti, in quo erat informis, & postea creauit non in se, sed in diffusione sua, & ad hoc recepit diurnum motum primi mobilis, & ita fuit accidentaliter formatus. Ita colligitur ex Dionys. c.4. de diuin. nominibus 1.p. sequitur hanc sententiam D.Th. 1.p.q.67. art. 4. ad 2. addit verò lucem illam Solis fuisse informem, quia tantum habebat virtutem illuminatiuam in communi, postea verò fuisse formatam, quia data est ei specialis virtus ad particulares effectus, & ita intelligenda sunt illa verba Genes. 1. fiat lux, & hæc ratio est pro responsione ad rationem dubitandi, nempè de opere quarti diei de luminare magno, vt suo loco dicemus, scilicet tunc recipisse Solem virtutem non intensiuam, sed extensiuam illuminandi. *Dionys.* *D. Tho,*

Itaque verbum fiat lux, non significat productionem ex nihilo, sed eductionem formæ accidentalis ex præexistente subiecto, quæ per causam secundam fieri potest. Vnde cum talis causa secunda tunc non deesset, scilicet Sol, per illam fieri debuit.

Quia verò facta est, iubente Deo, & volente, & ordinem vniuersi disponente, ac cooperante, ideo cum omni propietate scripsit Moyses, dixisse Deum fiat lux. Sicut etiam in alijs operibus sequentium dierum videbimus, multa

fe-

fecisse Deum cooperantibus aliquo modo, vel Angelis, uel alijs causis secundis, & nihilominus Deo tamquam primo auctori,& motori simpliciter tribui.

Ex quibus

Colligimus ad opus huius diei primi pertinuisse non tantum luminis productionem, sed etiam diurnum motum Solis, seu motum primi mobilis,ad cuius raptum diurna circulatio Solis efficitur. Ita DT.h.1.p.q.70.art.2.ad 3. quia illa lux facta est per illuminationem successionum vniuersi secundum diuersas partes, seu hemisphæria eius:sed illa successio non potuit habere aliam causam propiam, & cõnaturalem, nisi motum Solis illuminantis; ergò motus ille simul cum lumine cæpit, atque ita explicantur facilè omnia verba Genes. quibus opus huius diei refertur.

D.Th.

Nam in primis ponuntur illa verba fiat lux, quæ satis iam explicita sunt, & illorum efficacia, per sequentia ostenditur, cum dicitur, & facta est lux; per id verò, quòd traditur, & vidit Deus lucem, quod esset bona, non solum conuenientia talis operis, & commoditas vniuersi, quæ in illo cernitur, sed etiam perpetuitas, & duratio talis operis declaratur. Nam per hoc,quod dicitur placuisse Deo tale opus,eius permansionem à Deo fuisse decretam significatur. Intelligendum autem hoc est de permansione operi accomodata. Diximus enim lucem tunc denuo factam non fuisse lucem inherenté

so-

Soli, quæ eadem numero semper durat, sed fuisse lumē aeri inditum, quod non ita permanet idem in indiuiduo, sed continua successione mutatur, & ideo permanentia illius operis in perseuerantia illius continuæ successionis posita est, & ita consequenter additur, & diuisit lucem à tenebris, quæ diuisio eodem modo durabilis facta est, vt vsq; ad finem mundi perseueret. Resultat autem illa diuisio ex circulari motu Solis, qui tunc factus est, vt diximus. Cæteraque deniq; verba satis per se clara sūt, solumque est in eis notanda diuersa significatio nominis diei, nam cum dicitur, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem nomen diei artificialem, quem vocant diem, significat; cum verò additur, & factum est vespere, & mane dies vnus, naturalem diem designat, idest integrum, & viginti quatuor horarum, quem propterea Moyses appellauit diem vnum, idest completum, & perfectum.

Sed Petes primo, quid sit Abyssus, sic appellatus à Moyse, & tenebræ erant super faciem Abyssi Gen. 1.

Respondetur ex Suarez lib. 2. de opere sex dierum c. 2. num. 23. esse superficiem conuexam aquæ aeri contiguam,

Petes secundo, quanta mora inter primam rerum creationem, & productionem lucis, prout facta narratur per illa verba, fiat lux intercesserit.

Bonau. RESpondet D. Bonauentura cit. à Suarez lucem factam esse primo die post moram sex horarum. Quamuis enim illam moram tunc motus Solis non mensuraret, quia motus Cæli nondum erat, tanta verò fuit, vt si motus diurnus Solis iam esset, sex horas in illa consumeret D. Bonauentura hanc opinionẽ tribuit Bedæ, Sed D. Bonantura non approbat, neque reijcit hanc opinionem.

Suarez. Sed Suarez lib. 2. de opere sex dierum c. 3. n. 7. ait verisimilius esse, lucem fuisse factam ex vi illius imperij; fiat lux, immediatè post primum instans creationis mundi, seu intrinsecè fieri incepisse, quia verisimilius est motum primi mobilis factum esse intrinsecè immediatè post primum instans creationis, seu quod perinde est, cæpisse extrinsecè in ipso instanti creationis ergo in eodem instanti cæpit hic mundus quoad hoc hemisphærium illuminari à Sole.

D. Tho. Antecedens sumitur ex D. Thom. 1. p. q. 46. art. 3, & 66. art. 4. ad 3. quatenus ibi ait tempus esse concreatum, cum Cælo, & Terra, & tempus illud fuisse in motu Cæli, si supponatur primum mobile in principio creatum, vt nos supponimus.

Con-

Consequentia probatur, quia lumen post creationem factum, non fuit, nisi huius hemispherij illuminatio, quæ per motum Solis fieri incepit.

Potuit autem Sol in tali dispositione situs creari, vt immediatè post, motus eius fieret, & ipse inciperet supra nostrum horizontem ascẽdere, & totam hanc superiorem partem illuminare.

Neque obstant verba illa Scripturæ tenebræ erant super faciem Abyssi; quia satis est, quod in aliqua reali duratione saltem momentanea præcesserint Solis illuminationem.

Itaque Cælum, Terra, & omnia corpora simplicia in instanti sunt creata, post tale instans cum non detur aliud instans in bona philosophia debet succedere tempus, & quia tempus non est aliud nisi motus primi mobilis secundum partes priores, & posteriores, consequenter nunquam potest res incipere intrinsecè post aliquod instans, sed debet incipere extrinsecè per correspondentiam ad partes temporis inadequatè sumptas, cum quælibet pars temporis constet ex motu partium antecedentium, & succedentium, & idcirco non potest dici, quod talis inceptio correspondeat tali parti temporis, ergo dicendum est, quod inceptio temporanea correspondet parti temporis inadequatè, seu non determinatæ parti temporis ergo eductio lucis post instans creationis mundi incepit extrinsecè, & realiter præcessit

crea-

creatio, mundi, & tenebræ super faciem abyssi.

Petes tertio, in quo situ Orbis Sol primo illuminauit.

Beda *Hugo de S. Victore*

RESpondetur ex Beda in examerон, & Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacram. p. 1. c. 69. & 29. Solem creatum fuisse in parte orientali huius hemispherij, & inde incepisse illuminare. Ratio congruentiæ est, quia Paradisus, & primus homo in orienti fuerunt creati.

DISPVTATIO II.

De opere secundi diei.

Quæstio prima, quodnam fuit opus secundi diei.

RESpondetur fuisse diuisionem aquarum opus secundi diei, vt patet ex Genes. 1. Dixit quoque Deus fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento ab his, quæ erant super firmamentũ, & factum est ita, vocauitque Deus firmamentum.

Pe-

Petes primo, an ſint aquæ elementares, quæ ſub firmamento ſunt.

REpondetur citra controuerſiam eſſe de aquis, quæ fuerunt ſub firmamento fuiſſe aquas elementares.

Sed difficultas eſt de aquis, quæ ſupra firmamentum poſitæ ſunt, aut permanſerunt.

REſpondent aliqui fuiſſe aquas non corporales, ſed ſpirituales, ideſt Angelos ipſos cœleſtes, qui per metaphoram aquæ Cælorum vocantur.

Alij dicunt aquas ſupra firmamentum eſſe quidem corporeas, non tamen elementares, neque ex aqua elementari factas, ſed eſſe quoddam corpus cæleſte, quod chryſtallinum vocāt incorruptibile, & per creationem ex cæleſti materia factum. Ita Bonauentura, Durandus, Caietanus, Lyran. & alij cit. à Suarez lib. 2. c. 4. num. 4. *Durand.* *Caiet.* *Lyran.*

Suarez verò l. cit. ſed num. 5. & 8. ait tam aquas inferiores ſub firmamento, quam ſupra firmamentum eſſe veras elementares, vt benè probat, & citat. Quaſi innumeros DD. pro hac ſententia. *Suarez.*

Sed

Sed maior difficultas quid intelligatur per firmamentum super quò dicuntur esse posita aquæ Genes. 1.

RESpondent, multos graues Doctores tenere aquas fuisse à Deo collocatas suprà octauã spheram cælestem. Fundamentum huius senté-tiæ est in propietate verború Genesis; vbi dicitur supra firmamétum fuisse positas aquas, à qua non est facilè recedendum propter solá operis admirationem; & rationes philosophicas.

Suarez. Aug. Sed Suarez l.cit. sed num.20. simul cum D. August.l.2.de Gen. ad litter.c. 4. & Beda lib. 2. de elem. & alijs apud Suarez dicunt aquas esse collocatas supra Cælum aereum, ideſt in superiore quadam regione ejus, illasque aquas non esse alias, nisi aquas nubium, & aliarum similium impressionum, quæ in superna aeris regione fiunt.

Fundamentum huius sententiæ est etiam in varijs locis diuinæ scripturæ, nam dicitur Psal. 146. qui operit Cælum nubibus, & parat terræ pluuiam, & Psal.17. teuebrosa aqua in nubibus aeris, & Psal. 76. multititudo sonitus aquarũ vocem dederunt nubes.

Neque obstat, quod Genes.1. dicatur Deum posuisse aquam supra firmamentum, nam statim Deus vocauit firmamentum Cælum, quod supra Cælum aereum, rectè potest inielligi, vt ait

ait Suarez l. cit. sed num. 22.

Neque obſtant verba Dauid Pſal. 148. Laudate eum Cæli Cælorum, & aquæ omnes, quæ ſuper Cælos ſunt. Nam cum prius Cælos Cęlorum ad laudem Dei prouocaſſet, poſtea non dicit, & aquæ, quæ ſuper Cælos Cælorum sũt, ſed quæ ſupra Cælos ſunt, vtique ſupra illos Cælos, reſpectu quorum alij dicuntur Cæli Cælorũ, ſub quibus intelligere poſſumus omnes Cælos æthereos, nam reſpectu aeris meritò dici poſſunt Cæli Cælorum. Suarez

Neque obſtat, quia dicitur in plurali. Cęli Cęlorum, quia in Hebræo nomen Cęli caret plurali, & ideò nihil obſtat quominus illa locutio ad vnum Cælum aereum propiè accomodetur.

Petes ſecundo, quodnam corpus fuerit firmamentum ſecundo die factum, & quomodo ad diuidendas aquas ab aquis firmatum, ſeu poſitum ſit.

REſpondetur ex communi Thelogorum ſententia, & præſertim ex D. Th. 1. p. q. 68. art. 1. aerem illum, qui nomine firmamenti in verbis illis ſignificatus eſt, non eſſe factum quoad ſubſtantiam per illa verba fiat firmamentum in medio aquarum, ſed tantum accepiſſe per illa verba munus, & ſtatum firmamenti. D. Th.

Declaratur breuiter explicando ſimul totum opus huius ſecundæ diei.

Omnia enim opera istorum dierum ordinanata sunt ad dispositionem vniuersi faciendam generationi, conseruationi, & habitationi hominum, & aliorum mistorum accomodata. & quia hæc omnia ex luce, & motu primi mobilis maximè pendent, ideo dispositio vniuersi ab illis in primo die inchoata est.

Deinde verò necessarium erat, aquã segregare, & in vnum locum colligere, vt terra esset locus mistis accomodatus. Quia verò terra per se, & in sola sua dispositione, & ariditate sumpta non est ad generationem mistorum apta materia: nisi conuenienti humiditate disponatur, ideo necessarium fuit ante separationẽ aquæ à terra, seu ante maris effectionẽ, aquas eleuare in superiorem locum, vt inde postea possent opportunis temporibus descendere, & terram irrigare, & ad rerum procreationem fecundare, simulque, vt descendendo calorem aeris temperarent. Hac igitur de causa in hoc secundo die primum omnium magna portio aquarum terrestrium vsque ad secundam regionem aeris eleuata est, & ita deuisæ sunt aquæ ab aquis, mansitque aer interpositus, tamquam terminus separans aquas pluuiales à terrestribus, & ita factus est non simpliciter in esse aeris, sed secundum quid in esse firmamenti; seu intrasgressibilis termini, vt August. dixit, & Aug. & hoc significatur, quia non simpliciter dictum est, fiat firmamentum, sed additum est, & diuidat aquas ab aquis.

Ad-

Addendnm verò vlterius est ex D.Tho.non ſolum in aqua factam eſſe mutationem, vel localē, per aſcenſionē alicuius partis eius, vel alterationis per mutationem in vapores, vel nubes; ſed etiam in ipſo aere factam eſſe aliquam alterationem per cōdenſationem partium eius, quam D.Th.1.p.q.68.art.1. ſpiſſitudinem vocat, per quam alterationem ille locus aptus, & quaſi connaturalis factus eſt ad generationem aquarum pluuialium, & ad recipiendam, & quaſi ſubſtentandam materiam illi generationi aptam. Et hinc conſequenter etiam factum eſt, vt totus aer vſque ad terram eam diſpoſitionē reciperet, vel retineret, quæ ad illud munus diuidendi aquas ab aquis, apta eſſet, & ita totum huius diei opus fuit conſumatum. *D. Tho.* *D. Tho.*

Petes tertio, an ſub firmamento ſint aquæ ſicut aquæ, quæ hic ſunt an vapores?

RESpondetur ex Suarez de opere ſex dierum lib.2.c.5.num.20.negatiuè nam, vt verè, et propiè dicantur aquæ diuiſæ ab aquis, & ſupra firmamentum collocatæ, ſatis eſt, quod per nubes, & vapores aſcenderint, & ſupra firmamētum detētæ fuerint. Quidquid enim ſit de phyſica quæſtione, an vapores iſti, vel nubes habeant formam ſubſtantialem diſtinctam à forma aquæ, vel an aqua ſit formaliter in nube quoad ſubſtantiam ſuam, vel tantam potentiā, & quaſi in materia proxima; nihilominus com- *Suarez*

muni, & vulgari ſermone dicitur aqua in nubibus contineri, & ſcriptura ipſa interdum loquitur iuxta illud Iob.26. qui ligat aquas in nubibus ſuis.

Gregor. Naziãz. Vnde eleganter dixit Gregor. Nazianzenus orat. 34, his verbis quis aquam in nubibus alligat, eamque partim in nubibus figit, ò rem admirandam, verbo compreſſam, tametſi natura ſuá fluxam, & labilem; partim in totius terræ faciem effundit, ac tẽpeſtiuè, & æquali modo ſpargit.

Sic ergo cum omni propietate communis, & vſitati ſermonis dicuntur aquæ pluuiales diuiſæ à terreſtribus, & ſupra firmamentum eleuetæ ratione nubium, & vaporum etiamſi non ſtatim fuerint in pluuiales aquas tranſmutatæ.

Petes quarto, cur in opere huius diei non ſint addita illa verba, & vidit Deus, quod eſſet bonum.

Reſpondetur, quia diuiſio aquarum fuit inchoata in hac ſecunda die, & fuit perfecta in tertia die, & idcirco in opere tertię diei fuerunt addita illa verba, & vidit Deus, quod eſſet bonum, ita D.Th.1.p.q.74.art. 3. ad 3. refert etiam D.Th.l.cit. rationem moralem nimirum quia numerus binarius recedit ab vnitate.

D.Th.

DI-

DISPVTATIO III.

De opere tertiæ diei.

Quæstio Prima; quodnam fuit opus tertiæ diei.

RESpondetur fuiſſe congregationem aquarum in vnum locum, ex qua congregatione aquarum fuerunt appellata maria, & fuerunt producta vegetabilia, vt patet ex Geneſ. 1. Dixit vero Deus, congregentur aquæ; quæ ſub cælo ſunt in vnum locum, & appareat arida, & factum eſt ita, & vocauit Deus aridam terram, congregationeſque aquarum appellauit maria, & vidit Deus quod eſſet bonum, & ait: Germinet terram herbam virentem.

Petes Primo, an in hoc opere aliqua mutatio, vel ſubſtantialis productio aquæ, aut terræ interuenerit.

RESpondetur ex cõmuni ſententia antiquorum Patrum, & Doctorum etiam modernorum, teſte Suarex de opere ſex dierum lib. 2. c. 6. num. 3. neque aquam, neque terram fuiſſe hoc die ſubſtantialiter productam; neq; aliam aliquã mutationem ſubſtantialem fuiſſe Suarez

per se, & propter aquarum congregationem necessariam. Sed mutationem tantum localem, cum aliqua congruenti alteratione admista; patet ex loc. cit. Genes. & præcipue ex illis verbis, congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, & appareat arida; Nam verbum congregandi nō significat productionem rerum, quæ congregātur, sed iam existentium coaceruationem, quæ per mutationem localem, vel aliam similem accidentalem mutationem fit: Sumitur etiam argumentum ex illo verbo, & appareat arida; nam in vigore, quod apparere dicitur, existere supponitur.

Petes Secundo, an congregatio aquarum facta fuerit supra eandem conuexam superficiem terræ, cogendo vniuersam aquam ad quandam partem eiusdem superficiei, & reliquam terræ partem discoopertam, & oculis expositam reliquendo, absque vlla mutatione in terra facta.

RESpondetur congregationem aquarum fuisse factam per motum localem descendendo in nouum locum. Nam Deus in visceribus terræ magnam concauitatem, & sinum in ea aperuit, in quam statim aquæ sese demiserunt, & ita fuerunt in vnum locum congregatæ. Ita sensit August. 1. de Genes. ad lit. c. 12. & Damasc. l. 2. de fide c 9. & 10. & Beda in examerон, & probabiliter putat D. Th. itaque

August. *Damasc.* *Beda.* *D. Tho.*

Deus

Deus in hoc tertio die fecit in terra concauitates, & auxit altitudines terræ, & fecit eminere supra aquam; & fecit, vt aqua impleret cõcauitates terræ.

Verisimile autem est in vtroque elemento factam esse aliquam non paruam alteratiouem: & in primis, in qua credi potest, factam esse aliquam condensatiouem; non quidem propter loci angustias, quia neque in terra deerat capacitas; vt intra eam fierent concauitates amplissimæ, quæ vniuersam aquam sine vlla eius condensatione in se possent recipere, quia profunditas terræ multo maior est, quàm fuerit aquæ; vt Mathematici ostendunt. Si ergò in aquis facta est aliqua condensatio propter mista, & cõmoditates hominum facta est. Nimirum vt essent aptè dispositæ ad productionem, & conseruationem piscium; vel fortasse etiam ad generationem fluminum, & fontium, vel etiam nubium, & ventorum; vtique melius recipiẽdo influentiam Cęlorum, & ministrando materiam ad hos effectus necessariam

Denique etiam ad maris nauigationem potuit esse illa dispositio aquæ conueniens, & necessaria, quia quo aqua est crassior, & est grauior, & consequenter aptior ad nauium pondera substinenda. Hæc autem vtilitas etiam intenta, & inspecta fuit ab Auctore naturæ, tũ ad maiorem hominum societatem, & communicationem, tum etiam ad rerum necessariarũ transuectionem, & reciprocam participationẽ,

Theodor. vt benè prosequitur Theodoret. serm. 2. de prouid.

Petes tertiò, quando, & vnde indita est mari salsedo.

Suarez. REspondetur ex Suarez l. cit. sed num. 21. statim in ipsa aquarum Congregatione ab ipso Auctore naturæ, aquam esse salsedine affectam, interuentu terrestrium exhalationum, quod fortasse iudicatum est illis verbis, cõgregationesque aquarum appellauit maria. Dicit enim Isidor. l. 13. orig. c. 14. propiè mare appellatum esse, eo quod aquæ eius amaræ sunt. Ratio est etiam, quia salsedo non per accidens, sed per se ex intentione Auctoris naturæ aquæ maris indita est propter commune bonum vniuersi. Nam habet easdem vtilitates, quas maior eius condensatio, tum ad multorum piscium conseruationem, qui in dulcibus aquis, vel nõ diù, vel omnino non viuunt, tum vt ipsa aqua melius conseruaretur, & calore Solis non putresceret; tum denique ad alias hominum vtilitates; quibus sal ipsum inseruit, quod ex aqua maris in pluribus locis conficitur.

Verum hæc propietas salsedinis non debetur aquæ secundum propiam naturam, & ideo preternaturalis dici potest, & non fuit concreata ipsi aquæ neque illi data, donec in ordine ad mistorum vtilitatem cæpit disponi.

Petes


Petes quarto, an in elemento terræ fuerit aliqua alteratio necessaria.

REsponđetur affirmatiuè ; vt ait Suarez de operibus sex dierum lib.2.c.6.num. 22. & ratio est, quia exhalationes terrestres, non potuerunt ascendere ; & commisceri aquis sine magna terræ alteratione;Diximus enim huiusmod i exhalationes necessarias fuisse ad saliendas aquas, ergo per alterationem terræ eleuatæ sunt. *Suarez.*

An verò in hoc eodē die aliquæ partes terræ in lapides saxa, rupes, arenam , & similia commutata sint , vel paulatim actione solis , & alijs influentijs Cælorum , interuenientibus alijs mutationibus , & mistionibus elementorū facta fuerint, incertum est.

Petes quinto, à qua efficiente causa hæc congregatio aquarum facta fuerit.

REspōdetur ex Suarez l.cit.sed num.24.fuisse à Deo medio Angelorum ministerio, vt probabile est. *Suarez.*



Pe-

Petes sexto, per quam causam terra fuit facta arida cum sub aquis humanam, & lutulenta, seu limosa fuisse videntur. Nam ex Genes. 1. dicitur, & appareat arida.

Suarez RESpondetur ex Suarez l. cit. sed num. 28. Deum sua omnipotentia exsicasse terram nec est probabile, quod medio Sole fuit exsiccata terra, vt putauit Eugubinus, quia non potuit Sol, neque in isto emisphero in tam breui tem pore omnino terram exsiccare. *Eugubin.*

Petes Septimo, quo sensu dictum fuerit, aquas fuisse congregatas in vnum locum; cùm videamus nunc in plura loca, imo, & in plura maria esse diuisas, nimirum, Oceanum Mediterraneum, Rubrum, Arabicum, Persicum, Gaspium; præter quæ sunt etiam multa fiumina, stagna, paludes, &c. Quæ omnia non est verisimile postea fuisse diuisa, sed à principio ita fuisse aquas congregatas non ergo in vnum, sed in plura loca congregatæ sunt, & augetur difficultas, quia non est verisimile totã aquam vniuersi hoc die salsam fuisse effectam, id enim non fuisset terræ proficuum.

Suarez REspondetnr ex Suarez loc. cit. sed num. 30. non esse necessarium, illum loci vnitatem, re-

respectu omnium aquarum intelligere, sed tãtum respectu terræ, ita vt perinde dictum sit, in locum vnum, ac si diceretur, in locum separatum, ita vt amplius terram non operiret.

Quod fieri optime potuit, congregando aquas in varia loca partialia, quæ ad prædictum finem vnus integer locus dici possunt, quãuis non sit continuus.

Addit vero Basilius, locum illum verè, & propriè fuisse vnum, cuius principale est corpus oceanum, eius verò partes minus principales sunt cætera aquarum loca, quæ non sunt omnino diuisa, sed per externas vias, vel internos meatus terræ illi coniunguutur. *Basilius.*

Atque hac ratione licèt aquę dicantur fuisse congregatę in locum vnum, nihilominus statim in plurali dicitur congregationesque aquarum appellauit maria, vt indicauit Ambros. lid. 3. exam. cap. 5. *Ambros.*

Petes Octauo, cur non omnes aquæ sint salsedine affectæ cum sint vnum, & idem cum mari.

Respondetur ex Suarex loc. cit. quia aquæ dulces licèt à principio, & fine cum aqua salsa continuentur, quia existit in aliquibus locis distantibus à mare, ita est dulcis. *Suarez.*

Vnde addit Suarex loc. cit. verisimile esse hoc tertio die facta fuisse loca fluminum, præsertim principalium. *Suarez.*

Petes

Petes Nono, quomdodo herba virens, & cætera vegetabilia hoc die fuerunt producta.

Suarez. RESpondetur ex communi ſententia Patrum, teſte Suarez loc. cit. ſed cap. 7. num. 2. produxiſſe Deum hoc die herbam, arbores, & alia vegetabilia actu in propria ſpecie, & natura; ratio eſt, quia ſunt miſtá, ergo non fuerunt facta in primo inſtanti creationis; & patet etiam ex Geneſ. 1: Germinet terra, & factum eſt ita, & ſubditur, & protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, ergo terra hoc die tertio, non habuit prius ſemen, quã plantã, vt à graui Doctore fuit aſſertum; itaq; Deus non tantum hoc tertio die dedit terræ virtutem germinandi, ſed etiam fecit eam ſtatim germinare, producendo in illa primas plãtas, arbores, &c. Dedit vero Deus hoc die terræ virtutem germinandi in perpetuum per cõtinuam ſucceſſionem generationum, & producendo plantas, arbores, &c. ab illis ſemina procederent, quibus poſtea fuit terra facta fœcunda ad ſimilia germinãdum.

Ex quibus

PRimo, colligitur hoc opus, ꝓut hoc die factũ eſt, nõ ad opus ꝓpagationis pertinuiſſe, quia non eſt ex præiacto ſemine ordinario generationis modo factum, ſed ad primam conſtitu-

ſtitutionem vniuerſi; quatenus ab Auctore totius naturæ, non ſolum quoad corpora ſimplicia, ſed etiam quoad miſta præcipua, vt ita dicam, in vniuerſo per ſe intenta, immediatè productam eſt, ita D.Thom.p.p.q.69. *D. Tho.*

Secundò, colligitur ſpecialiter pertinuiſſe ad opus ornatus reſpectu terræ, nam cum in principio inanis eſſet, & vacua, atque etiam inuiſibilis, & operta aquis, remotione aquarum viſibilis facta eſt, ſaltem quoad remotionem impedimenti, ne autem eſſet vacua, & inanis, herbis, & arboribus ſtatim ornata eſt, vt patet ex Geneſ. 2. vbi dicitur, quod in his ſex diebus, perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum.

Petes decimo, an ſolus Deus ſua virtute hoc opus fecerit, nempe vt geminaret terra, an mediante cauſa ſecunda.

RESpondetur ex Baſilio, Ambroſio, Chryſ. Lyran. Abulenſ. & alijs apud Suarez loc. cit. ſed nu.7. quod ſolus Deus tamquam principale, proximum, ac totale principium efficiens ex terra tamquam ex materiali cauſa plantas produxerit; itaque terra tantum concurrit in genere cauſæ materialis ad productionem plantarum, & in genere cauſæ efficientis ſolus Deus abſque miniſterio Angelico produxit plantas, quia ad hunc effectum nullus *Baſil. Ambroſ. Chriſoſt. Lyran. Abulenſ.*

præ-

præuius motus localis erat necessarius, quem solum Angeli possunt efficere. Neque terra potuit naturali virtute dictam efficientiam habere, neque etiam habebat semina rerum in quibus hæc virtus esse solet, & licèt terra potuerit esse eleuata à Deo supernaturaliter, ad effectiue producendas plantas, tamen hoc non constat ex scriptura.

Petes vndecimo, in quanta varietate, seu specierum multitudine fuerint vegetabilia simul hoc die producta.

REpondetur ex omnium sententia fuisse productas omnes species arborum, segetũ, & olerum perfectorum, quæ & ad perfectionẽ vniuersi, & ad vsum hominum, vel etiam ad cibum iumentorum necessaria sunt. Nam ista ab Auctore naturæ per se intenta fuerunt, & ad dictos fines ordinata.

Sed quid de plantis venenosis, aut nociuis.

REspondetur etiam fuisse productas, nam etiam per se bona sunt, quoniam licèt ad quosdam effectus sint noxiæ, ad alios sunt vtiles, & medicinales, præsertim cum alijs mistæ, & bene temperatæ. ergo non fuerunt solum productæ in pœnam peccati Adæ, vt aliqui putarunt. sed communior sententia Patrum teste Suarez loc. cit. est, supradicta fuisse producta.

Suarez.

Neque

Neque obſtant verba Geneſis, ſpinas,& tribulos germinabit tibi, quæ verba fuerunt dicta in pœnam peccati hominis, nam ſi homo non peccaſſet,produceret quidem terra ſpinas, & tribulos, ſed illa in pœnam,vel incommoditatem hominis non redundarent, vt patet per verba, germinabit tibi.

Petes Duodecimo, vtrum Paradiſus terreſtris fuerit hoc die tertio productus,ſeu plantatus.

RESpondetur affirmatiuè, vt patet ex Geneſ. c. 2. plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat, ex quibus verbis apertè colligitur, Paradiſum fuiſſe intra hos ſex dies factum, tum quia hoc ad minimum ſignificat illa particula, *à principio*, tum etiam, quia cùm homo creatus fuit, iam Deus Paradiſum plantauerat, vt patet in ſupracitatis verbis ſacræ ſcripturæ. Homo autem fuit creatus ſexto die; ergò ante illum, fuit factus Paradiſus. Sed nulla eſt ratio cogitandi fuiſſe plantatum in die quarto, vel quinto; ergo in tertio fuit plantatus. Eſt communis ſententia. Nec deſignari poteſt aliud tempus magis opportunum. Nam ſicut hodie omnes alias partes terræ Deus aptè diſpoſuit, ad eas plantas producendas, quas in vno quoque loco facere decreuerat. Ita etiam partem illam terrę, in

qua

qua Paradiſum plantare volebat ſimul peculiari modo diſpoſuit,& fæcundauit.

Petes decimotertio, in quo ſtatu augmento, ſeu diſpoſitione creauerit Deus ſingulas plantas, ideſt an creauerit arbores perfectas, vel tantum inchoatas, & an cum fructibus, vel folijs, aut floribus. Item an produxerit ſegetes recenter natas, vel perfectas, & aptas ad meſſem, vel in aliquo ſtatu medio, & ſimili modo de cæteris.

Suarez. REſpondetur ex communi Theologorum ſent. teſte Suarez l. cit. cap. 7. num. 15. in omni loco terræ fuiſſe plantas productas in ſtatu perfecto ſingulis regionibus accomodato pro illo tempore anni, in quo talis regio terræ facta eſt, atque eſſe incepit, atque ita vbi erat hiems, plantæ habuerunt illam perfectionem, quam in hiemenaturaliter habere poſſunt, & ſimili modo de cæteris tribus temporibus anni, quod ſi velimus etiam in ſingulis diſtinguere principium, medium, & finem, eadem proportio ſeruanda eſt. Nam v. g. in principio veris ſolent arbores florere, poſtea frondere, deinde fructus emittere, & ſic conſequenter in diuerſis ergo Regionibus, vel Prouincijs, prout hãc temporum varietatem participare cæperunt; cũ ſimili varietate arbores, & plantæ perfectionẽ habuerunt.

Vnde fit, vt illam perfectionem, quam arbores

res in qualibet parte anni in eadem terra conseruant, simul habuerint hoc die omnes arbores, vbique productæ.

Neq; obstat, quod in Paradiso terrestri constat c. 3. Genes. 5. statim in principio habuisse fructus, nam de vno illorum tulit Eua, & comedit, & dedit viro suo, qui comedit, itemque fuisse tunc folia ficus, ex quibus Adam, & Eua fecerunt sibi perizomata, nam in ea regione, seu loco Paradisi fuit tempus idoneum, vt in eo arbores, & folia, & fructus maturos, & omnem aliam similem perfectionem connaturaliter habere possent,

Petes decimoquarto, an mineralia, seu metalla, quæ in visceribus terræ inueniuntur fuerint hoc tertio die facta.

Respondetur ex Molina p. p. disp. 11. quem sequitur Pererius fuisse facta hoc tertio die addit Molina ante plantas, quando Deus terram eleuabat, vt aquæ in vnum locum confluerent. Neque obstat, quod Moyses illorum mentionem non faciat, quia Moyses non omnia expresse narrauit, sed ea, quæ præcipua sunt, & conspicua hominibus: metalla autem sunt occulta, & præterea adeo sunt terræ admixta, vt ab illa difficulter distingnuntur. *Molina.* *Pererius.*

Metalla fiunt ex materia elementari, seu mistione elementorum cum Solis, & Astrorum efficientia;

Petes decimoquinto, quo mense, & die fuit cōditus mundus.

Lyran. *Rabbi.* *Oleaster.* *Molina.* Respondent Lyranus, Rabbi, Oleaster, & alij apud Molinam disp. 12. fuisse productum mundum in Æquinoctio Autunnali, sole existente in principio Libræ, id probant, quoniam tunc fructus sunt maturi; Deus autē produxit plātas cum fructibus iam maturis, ad hominum, cæterumque animalium substentationem. Vnde dicitur Genes. 2. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semē super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escā, & cunctis animantibus terræ, ergo mundus nō in æquinoctio vernali, quando fructus nō sunt maturi, sed in autunnali fuit productus.

Ambros. *Athan.* *Gregor.* Damascenus, Ambros. Athanasius, Gregor. Nazianzenus, & alij cita. à Molina disp. 13. docent mundum fuisse conditum in æquinoctio vernali sole in principio Arietis existēte. Tum quia in Synodo Palestina de mādato Victoris Papæ congregata à Theohpylo Cæsariensi Episcopo, consensu omnium, pronunciatum est mundum in æquinoctio vernali fuisse conditum. Tum quia sicut elegit Deus mensem Martium tamquam accomodatissimum, vt filios Israel de terra Ægypti educeret, vt carnē in vtero Virginis assumeret, vt morte sua sacratissima mundum redimeret; sic etiam cum vide-

detur elegisse, vt in eo mundum ædificaret; tú denique quoniam ab æquinoctio verno incipiunt maiores, & iucundiores dies; & incipiũt flores, frondes, & fructus, in æquinoctio autunnali incipiunt res marcescere, itaque mense Martij concludit Molina fuisse conditum mundum, & die Dominico. *Molina.*

Ad fundamentum primæ opinionis.

Respondetur ex Molina loc. cit. quod nec necessitas, nec decor naturæ postulabat, vt Deus produxisset plãtas cum omnibus fructibus, sed satis erant, vt pauci fructus produxissent ad necessitatem paucorum viuentium, qui erant postea condendi, vt probabile est. *Molina.*

DISPVTATIO IV.

De opere quarti diei.

Quæstio prima, quodnam fuit opus quarti diei.

Respondetur fuisse productionem Solis, & Lunæ, & aliarum Planetarum, vt Genes. 1. narratur. Dixit autem Deus, fiat luminaria in firmamento Cæli, & diuidant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, vt


luceant in firmamento Cæli, & illuminent terram, & infra, Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præessent diei, & luminare minus, vt præesset nocti.

Sed dices, ergo falsum est, quod supradictum est, nimirum quod corpora simplicia fuerunt producta in primo istanti creationis, quod fuit intra sphæram primi diei. Ratio videtur esse, quia in quarto die loquitnr de productioue Planetarum, Solis, Lunæ, &c.

D.Tho. RƎspondetur ex D.Thom. p.p. q.70. art.2, ad 3, cum communi Theologorum sententia quarto die cęlos stellatos, cælos, seu planetarum motus proprios accepisse à Deo, nec fuit violentum cælis prædictis aliquo tempore huiusmodi motu carere, quia talis motus, non est naturalis cęlis ab intrinseco principio actiuo, sed ab extrinseco motore, seu intelligentia fit. Sunt ergo cælis naturales illi motus respectu ordinis totius vniuersi, & consentanei vniuersali inclinationi, quam cæli habent ad influendum, ergo verba Genes. intelliguntur non quoad prodnctionem substantialem, sed ad productionem peculiarem cuiuslibet planetæ, nempe Solis, Lunæ, &c. vt rectè probat Sua-

Suarez loc. cit. cap. 8.

Sed aduertendum est. Primo, ex D. Thom. p.p.q.70.art.2. ad 3. aliter factam esse diuisionem diei, & noctis primo, & quarto die. Nam in primo facta est communi modo, secundum distinctionem solam inter lucem, & tenebras, & illo modo verum est fieri distinctionem illam per motum diurnum cum quadam æqualitate, & vniformitate. Alio vero modo specialiori fit distinctio inter diem, & noctem cum quadã varietate, & inæqualitate, quatenus aliquando dies sunt maiores noctibus, aliquando minores, quod ex proprijs motibus astrorum prouenit. Dici etiam potest, quod indicauit Caietanus; in primo die distinctionem diei, & noctis factam esse tamquam inter lucem, & tenebras. hoc autem die quarto factam esse tamquã inter lucem, & lucem, quia lux diei est solis immediatè, lux autem noctis est lumen lunæ, & stellarum, vt patet ex verbis Genes. cap. 1. fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas. Nam illud præesse optimè intelligitur quoad illuminationem. *D. Tho.*



Sed petes primo, quid significent illa verba Genes. 1. fiant luminaria in firmamento Cæli, & diuidant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento Cæli, & illuminent terram, & infra, & posuit eas in firmamento Cæli.

August. *Chrys.* *Basil.* *Hugo*

RESpondetur ex August. lib.2.Gen. contra Manich.c.14.& lib.1.contra Manic.c.13. & 14.Chrysost.hom.4.Basil.hom.6. in Gen.& Hugo de S.Victore annotationib.in Gen.c.7. & alijs, quod illa verba sint in signa,& tempora intelligi debere, non solum quoad moras; sed etiam quoad qualitates eorum,nam signant tempus æstatis, hiemis, &c. quandoquidem astra facta sunt in signa diuersorum temporum.

Petes Secundo, quid significet verba Genes. 1. posuit eas, scilicet, stellas, in firmamento, nam videtur significare, prius fuisse firmamentum, & postea Deum stellas in illo posuisse, quod est contrarium, quod dictum est supra, nempè corpora simplicia in instãti primi diei omnia simul à Dei producta esse.

Suarez

RESpondetur ex Suarex lib. 2. de operibus sex dierum cap.10. num.12. Deum dici po-

potuisse stellas quarto die in firmamento, non simpliciter, sed vt lucerent super terram, vt patet ex alijs verbis Gen. Nam antea super aquas lucebant: hoc autem die, cum iam terra aquis esset discooperta, super illam cæperunt lucere, non vtcumque, sed determinato modo, & cum certa varietate, & influentia.

Petes Tertio, quo sensu Sol, & Luna in Gen. 1. dicantur duo luminaria magna.

RESpondetur ex communi opinione Astrologorum Solem inter Astra omnia fortasse esse absolutè maximum; Lunam verò absolutè non habere secundum locum magnitudinis, vt patet ex Philosophis, & ideo solum respectu nostri dicitur secundum luminare magnum, vtique formaliter, vt ita dicam, seu in lucendo, quia per diem neque Luna, neq; aliæ stellæ lucent, propter Solis eminentiam, in nocte verò Luna magis, quam aliæ stellæ nobis lucet, vel propter maiorem propinquitatem, vel propter maiorem densitatem, & aptitudinem, quam ad lucendum habet, ita sensit Basil. homil.6. in Exam. Chrysost. homil.6. in Genes. sicq; intelligendus est August. lib.2. de Genes. ad lit. c.16. *Basilius. Chrysost. August.*

Addi potest, Lunam etiam eminere in illis muneribus, ad quæ luminaria hoc die facta esse dicuntur. Nam vel propter maiorem vim illuminandi terram, vel propter alias etiam

qualitates sibi cõnaturales maiorem habet influentiam in omnium mistorum generationem, & in corpora humana, quàm cæteri planetæ, præter Solem, & ideo inter signa Cælestia horum naturalium effectuum, post solem principatum habet, & ob eandam rationem, magis est in tempora, & dies, & annos, quàm reliqui planetæ vtique post solem. Vnde secundum illam etiam menses, & anni à multis nationibus connumerantur, & ad distinguenda tempora in ordine ad plures actiones humanas, præsertim ad opera medicinæ, vel agriculturę, aut nauigationis, augmenta, vel diminutiones lunæ plurimum considerantur.

Petes Quarto, in quo statu augmenti, vel detrimenti Luna creata fuit.

D.Tho. RESpondetur ex D.Thom. p.p. q.70. art.2. ad 5. probabile esse, factam esse plenam, quia illa est perfecta eius dispositio, præsertim *Beda.* ad lucendum in nocte, ita etiam sensijt Beda *Damasc.* in Exameron, & lib. de ratione tamporum, *August.* Damasc. 1. de fide orthod. c.7. & Abul. Gen. 1.q.25. Sed August. lib.2. Genes. ad lit. c. 15. probabile censet, factam esse initio sui luminis, quia debuit incipere in principio sui mensis, seu conuersionis suæ, secundum motum proprium, & respectu nostri.

DISPVTATIO V.

De opere quinti diei.

Quæritur quodnam fuit opus quinti diei.

Respondetur fuisse productionem omnium animalium vsu rationis carentium, vt patet ex sequentibus verbis Genes. 1. Dixit etiam Deus Producantur aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram, sub firmamento cæli. Creauitq; Deus cete, grandia, & omnẽ animã viuentem, atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secũdum genus suum. Et vidit Deus, quod esset bonum, benedixitque eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auesq; multiplicentur super terram, & infra. Dixit quoque Deus: Reptile dicitur animal quod mouetur sine pedibus cete dicuntur pisces marini, qui sunt maiores omnibus alijs piscibus marinis, qui præsertim pariunt animal non ouum. Cuiusmodi sunt Balenæ, Orcæ, Pistræ, Thinni, & similes.

Petes primo, an hæc animantia sint à Deo producta in virtute, vel semine, an in actu, & inseipsis.

Suarez

RESpondetur ex Suarez lib.2.cap.10.num.2. actu, & in seipsis facta fuisse his diebus pdicta animantia, vt patet ex proprietate verborum, producat terra animam viuentem &c. quę in rigore eius rei, quæ fieri dicitur, actualem productionem significant.

Præterea, quia tota species non potest incipere per naturalem generationem, quia vnumquodq; indiuiduum ab alio simili procreatur: & ideo necessariò sistendum in aliquo primo indiuiduo ab alio simili non genito. Neque illud primum ex solo semine generari potuit, quia neque illud semen naturaliter fieri potest, nisi ab animale decisum, neque etiam conseruari potest, vel ad fœtum formandum perduci, nisi in vtero alicuius animalis generantis.

Petes secundo, an productio istorum animalium dicatur propriè creatio.

Suarez.

RESpondetur ex Suarez loc.cit. sed num.3. & 4. non esse factam productionem dictorum animalium per rigorosam creationem, quia hęc animalia facta sunt ex præiacente materia, aqua nimirùm, vel terra. Sed facta sunt ex præiacente materia; modo tamen proprio

Au-

Auctoris Naturæ subito, nec per moras, vt naturaliter fieri solet, & idcirco lato modo appellatur creatio, vt ab ordinaria generatione distinguatur, sed in rigore dicitur eductio nō creatio, quia formæ animantium quamuis perfectorum, citra hominem, ex potentia materię, educuntur.

Sed dices an terra, vel aqua fuerit eorum concursus in productione animalium prædictorum in genere causæ efficientis, an materialis.

REspondetur ex Suarex loc. cit. fuisse in genere causæ materialis, Caietanus vero ab eodem Suarex cit. dixit fuisse in genere causæ efficientis propter vim verbi producat. *Suarez.*

Petes tertio, an hæc animalia his diebus producta, sint producta in singulis indiuiduis, seu speciebus suis, iuxta vniuscuiusque naturam.

REspondetur ex Suarex de operibus sex dierum lib. 2. cap. 10. num. 5. producta esse in statu perfecto in singulis indiuiduis iuxta naturam vniuscuiusque. Est communis DD. sententia, & fundatur in illo principio, quod opera Dei perfecta sunt. *Suarez.*

Itaque fuerunt omnia creata integra, & omnibus suis membris perfecta. Item in quantita-

te, & magnitudine corporis, ad quam solent huiusmodi animalia in termino augmenti peruenire.

Non oportet autem, vt omnia fuerint æqualis magnitudinis, etiam indiuidua eiusdem speciei, de distinctis res est manifesta. De prioribus verò licèt potuerit Deus ea producere æqualia, vel æquæ fortia, aut æquæ pulchra, tamen non videtur necessarium, nam vniuersi pulchritudo varietatem aliquam requirit.

Petes quarto quot indiuidua creauerit Deus in vnaquaque specie

Suarez. Respondetur ex Suarez l. cit. ad minimum duo facta esse, an fuerint plura facta hoc est incertũ ait idẽ Suarez, an produxerit Deus hæc animalia tantum in vno loco terræ, vel per totum orbem, res est incerta.

Verum quod est certum, nempè quod Deus produxit omnia hæc animalia cum virtute generandi sibi similia in generibus, seu speciebus suis, vt patet ex illis verbis Genes. Crescite, & multiplicamini.

Nec refert quod animantibus terrestribus, præter hominem; non legatur data huiusmodi benedictio, quia cum fuit data piscibus, & volatilibus, virtute cæteris etiam brutis data censetur, cùm eadem ratio, & necessitas in eis inueniatur.

Pe-

Petes Quinto, an hæc animalia ratione carentia in magna varietate generum, & specierum, simul à Deo fuerintproducta.

RESpondetur ex communi ſententia Patrum, teſte Suarez l. cit. ſed num. 7. affirmatiuè, ſcilicet tria genera illorum fuiſſe à Deo ſimul producta nempè piſces volatilia, & terreſtria, vt patet ex Gen. quæ ſine dubio eſſentialé differẽtiam genericam inter ſe habent, vt motus, naturalia loca, figuræ, & aliæ actiones,& propietates euidenter oſtendunt. *Suarez.*

Petes ſexto, an piſces ſint in gradu ſuperiori reſpectu volatilium, idem quæritur de uolatilibus reſpectu terreſtrium.

REſpondetur ex Suarez l. cit. ſed num. 7. infimum gradum habere piſces, medium aues, & ſuperiorem animantia terreſtria, ita docent Philoſophi. *Suarez.*

Colligitur ex Geneſi 1. Nam Deus proceſſit producendo mixta ab imperfectis ad perfectiora; quandoquidem prius produxit plantas, quam animalia, & inter animalia prius produxit piſces, poſtea vero volatilia; deindè terreſtria, & vltimo loco hominem.

Itaque Deus non omnia Deus ſimul produxit, ſed in vnoquoque ordine ſimul omnia pro

duxit,

duxit, nam vnico imperio dixit, producant aquæ reptile &c. & producat terra animam viuentem.

De volatilibus, & piscibus dubitari potest, an inter se creata fuerint prius tempore, & quidem si intercessit successio, non est dubium, quin piscium productio præcessit, quia primo loco ponitur.

Sed quod certum est, quod pisces, & volatilia præcesserint genus brutorum, quia pisces, & volatilia sunt producta in quinto die, bruta vero in sexto die.

Suarez. Tenet vero Suarez loc. cit. quod etiam inter volatitia, & pisces re ipsa non intercessit realis successio, & fundatur in verbis Genes. Dixit etiam Deus, producant aquæ reptile, & volatile, in quo significatur quasi vnico imperio simul vtrumque genus fuisse productum, sic cũ dicitur, Creauit Deus cælum, & terram.

Deinde sub vtroque istorum generum, seu ordinum quamplurimæ species procreatę sunt, quia post illos sex dies non fecit Deus se solo & tamquam Auctor naturæ nouas specierum productiones, & ideo omnes species animaliũ quæ naturaliter fieri non possunt à causis secũdis, nisi per seminalem generationem, & propagationem ab alijs similibus in eadem specie, *Suarez.* fuerunt à Deo creatæ, vt bene notat Suarez loc. cit.

Petes septimo, an pisces ex suo genere excedāt in magnitudine, & multitudine cætera animalia.

RESpondetur affirmatiuè nempè pisces excedere in magnitudine cætera animalia, nam de piscibus dicitur Genes. 1. creauit Deus cete grandia, &c. & probabile est in gradu isto animantium in aquis degentium maiorem esse multitudinem, & varietatem, quam in volatilibus, vel terrestribus inueniatur, vt patet ex psal. 103. hoc mare magnum, & spatiosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis; vocat enim scriptura pisces nomine reptilium, quia omnes natando quasi reptant super aquas, & per exagerationem dicit, eorum non esse numerum, quia est eorum maxima multitudo, & vt denotetur diuersitas non tantum in numero, sed etiam in specie, adduntur illa verba, animalia pusilla cum magnis, nam in his extremis media subintelliguntur.

Sub genere autem terrestrium animalium tria proxima genera in illis verbis indicantur, iumenta, reptilia, & bestiæ terræ, & in omnibus varias esse species, vt adiuncta verba declarāt, secundum species suas.

Vnde sub iumentis comprehenduntur omnes species, quæ ab hominibus domantur, vt illis vtétur ad suam commoditatem: sub bestijs ter-

terræ comprehenduntur animalia agreſtia, reptilia verò dicuntur ſerpentes, & alia, quæ ſuper pectus ſuum gradiuntur, quia pedibus carent, ad quæ capita reuocantur omnia animalia perfecta, quæ ſuper terram ambulant. De volatilibus autem nihil ſpecialiter diſtinguitur ſed abſolutè dicitur omne volatile ſecundum genus ſuum, & iterum, aues multiplicentur ſuper terram, in quo fortaſſe ſignificatum eſt, in auibus, nec tantam multitudinem, nec tantam varietatem, ſicut in cæteris animantium ordinibus factam eſſe.

Petes octauo, an his diebus facta fuerint etiã animalia imperfecta, quæ per influentiã Cælorum ex putrida materia terræ, aut aquæ generari ſolent.

Baſil. Aug. Reſpondet Baſilius Hom. 7. in Geneſ. affirmatiuè Auguſtinus lib. 3. Gen. c. 14. ſub diſtinctione reſpondet. Nam quædam ex his animalibus generantur ex cadaueribus mortuorum, alia verò ex aquis, vel terra procreantur; & priora negat fuiſſe tunc creata, quia nondum erant mortuorum corpora; de alijs verò affirmat, quia ſuo modo pertinent ad decorem vniuerſi. D. Th. Idem videtur ſentire D. Th. 1. p. q. 72 ad 5.

Suarez. Suarez verò ait lib. 2. de opere ſex dierum cap. 10. num. 11. huiuſmodi imperfecta animalia non eſſe facta à Deo immediatè, & in actu

his

his diebus, saltem per se loquendo, quia huiusmodi imperfecta viuentia non sunt per se requisita ad perfectionem vniuersi, sed quasi per accidens ex concursu variarum causarum; citat Pereyram, & Torniel. *Pereyran.* *Torniel.*

Cōcedit autem Suarez ea animalia his diebus fuisse producta, quæ solent deseruire in cibum animalium perfectorum, vt pisces maiores ex minimis aluntur, & similiter passeres, vermicula terræ habent in cibum, quia in principio creauit Deus omnes species perfectas animalium, etiam eorum, quæ carnibus, & piscibus aluntur; & consequenter credibile est, ait Suarez, tunc fuisse producta, ne animalia perfecta cibo carerent. *Suarez.* *Suarez.*

Petes nono, an his diebus fuerint producta animalia, quæ ex coniunctione maris, & fæminæ diuersarum specierum generantur præter naturam, & per generationem quasi adulterinam nasci videntur, vt mulus, leopardus, & similia.

Respondetur ex doctrina Augustini videtur fuisse producta his diebus, quia hæc animalia in se spectata perfecta sunt, & multum vtilia, ac subinde videntur per se ad perfectionem vniuersi spectantia. *Aug.*

Nihilominus Rupertus Abbas lib. 1. in Genes. *Rupert.*

Ystella *Torniel* nef.cap.57. & fequuntur Yftella, & Torniel in Genef. oppofitum tenent,quia huiufmodi fpecies animalium fufficienter continebantur potentialiter in illis indiuiduis diuerfarum fpecierum, ex quorum commiftione generantur: & ideo non fuit neceffarium aliqua eorum indiuidua ab Auctore naturæ produci.

Accedit, quod huiufmodi generationes non fiunt fine interuentu alicuius induftriæ humanæ, vt ex Leuit. 19. fumi poteft addita doctrina D.Thom.1.2.q.102.art.6.ad 8. *D. Th.* Conftat autem non feciffe Deum omnes fpecies rerum, quæ interueniente induftria humana ex varijs commixtionibus rerum diuerfarum fpecierum difcurfu temporum ortæ funt. idem ergo dicendum eft de ijs animalibus, quæ ex prædictis commixtionibus generantur.

Petes decimo, ex qua materia volatilia facta sunt,

Caietan. *Catherin.* *Hieron.* *Vuelm.* *Perer.* Refpondent Caietanus, Catherinus in Genef. Hieronym. Vvelmius lect. 22. in Exam. quos fequitur Pererius in opere quinti diei volatilia ex terra fuiffe creata. Fundatur in verbis Moyfes Gen.2. formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerfis volatilibus Cæli adduxit ea ad Adam. Nam in illis æqualiter dicit Moyfes, animalia terreftria, & volatilia ex humo, ideft terra, fuiffe formata,& ratione confirmari

ri poteſt, quia aues ex terra nutriuntur, & in ea principaliter habitant, & viuunt; ergo ſignũ eſt ex terra fuiſſe formatas.

Sed Baſilius ſuper Gen. Ambroſius, D. Hieronymus, & alij dicunt, volatilia ex aqua fuiſſe producta; hæc opinio eſt verior, ac probabilior, & fundatur in verbis Geneſ. 1. Dixit Deus producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento Cæli. vbi expreſſe vtrorumque animantium productio aquis tribuitur, vtique in ſuo genere materialis cauſæ, vt ſupra dictum eſt. *Baſil.* *Ambroſ.* *Hieron.*

Confirmatur etiam ex hinno quem canit Eccleſia feria v. ad Veſp.

Magnæ Deus potentiæ
Qui ex aquis ortum genus,
Partim remiſſis gurgiti,
Partim leuas in aera.

Petes vltimo, cur ex elemento ignis nulla animalia producta ſint.

RESpondet Suarez loc. cit. ſed num. 28. quia ignis non poterat eſſe apta materia proxima viuentium, neque locus in quo naturaliter viuerent propter nimiam ignis caliditatem, & actiuitatem. Nam quod de Salamandra refert Ariſt. lib. 5. de hiſt. anim. c 19. quod in igne diu viuat, refellitur à Gal. lib. 3. de tẽperam. & alijs quos refert in opere ſexti diei. *Suarez* *Ariſt.*

DISPVTATIO VI.
De opere sexti diei.

Quaeritur quodnam fuit opus sexti diei.

RESpondetur in sexto die fuerũt producta iumenta, reptilia, & bestiæ terræ, & fuit homo creatus, vt patet ex sequentibus verbis Genes. 1. producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ, & infra, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinẽ nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs vniuersæq; terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra, & creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam: ad imaginem Dei creauit illum, masculum, & fœminam creauit eos, benedixitque illis Deus, & ait; crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam. & infra. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum, & factum est ita. & infra

fra c.2. Genes. igitur perfecti sunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum; compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat.

Petes primo, quo tempore primi homines creati fuerint quantum ad corpora.

RESpodetur Adam fuisse sexto die creatus post brutorum animalium productionem, vt patet ex Genes. c. 1. Nam postquam dictum fuerat, fecit Deus bestias terræ, additur, faciamus hominem. ex quo contextu manifestè constat pro aliquo tempore, vel instanti extitisse cætera animalia, quando nondum erat homo; fuerunt ergo prius tempore producta; quod verò illa antecessio tantum fuerit intra eundem diem sextum; Probatur, quia eodem die, quo Deus vidit creata cætera animantia, dixit, faciamus hominem, & creauit illum.

Petes secundo, cur Deus hominis productionem in vltimum locum reseruauerit, cum homo cæteris animantibus perfectior sit.

REspondetur, & ratio est, quia homo compositus est ex corpore, & spiritu, & ideo conueniens fuit prius creaturas purè spirituales, & purè corporeas, & deinde humanam ex vtraque

compositam fieri, quæ ratio insinuatur in cap. firmiter de summa Trinit. cum dicitur Deus ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem, & deinde humanam quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam: eam expressius nobis ex-
Naziãz. posuit Nazianzenus orat. 38. de Christi natiuitate, vbi cum de rerum visibilium, & inuisibilium creatione verba fecisset, subiungit. Enimuerò mens iam, & sensus sic inter se discreta, finibus suis se continebant, effectoresque verbi maiestatem in seipsis ferebant: non dum aut vtriusque temperatio vlla erat, aut contrariorũ mistura, quæ sublimioris sapientiæ, ac circa naturarum creationem varietatis, & excellentiæ specimen exhiberet, neque omnes bonitatis diuinæ notæ, atque spectatæ erant, hoc igitur cum Artifici verbo ostendere placuisset animal vnum ex vtroque, hoc est ex inuisibili, ac visibili natura hominem fabricatur. & hanc
Naziãz. rationem referendo Nazianzenum commendat
Damasc. Damasc. lib. 2. de fide c. 12. addit verò idem
Gregor. Greg. aliam rationem dum ait, creasse Deum hominem, alterum quemdam mundum. in paruo magnum in terra collocando. Tertiam rationem etiam indicat Nazianzenus, dum ait,
Naziãz. creasse Deũm hominem, eorum quæ in terra sunt Regem, oportebat autem, vt idem Nazianzen. orat. 43. dicit, vt Regis palatium prius cõstrueretur, in quo postea Rex introduceretur.
Nissen. Quippè, ait Nissen. lib. de homin. c. 2. consentaneum

neum non erat Imperatorem existere prius, quã eos, quibus erat cum potestate præfuturus. Preparato nimirum ante omnia imperio, tum deinde proximum erat Regem designari.

Nemesius lib. de natura hominis cap. 1. Deũ voluisse inchoare creationem ab imperfecto ad perfectum, nam prius produxit res inanimes, deinde plantas vitam sine sensu habentes, postea sentientia bruta; tum imperfecta, tum etiam in suo gradu perfecta, tandem verò animal rationis compos procreauit. Itaque homo est ligamen, vinculum, & quasi nexum totius vniuersi. *Nemes.*

Denique Chrisostam. Homil. 8. in Genes. id declarat exemplo Regis Ciuitatem ingressuri, quem satellites præcedunt, nã ita, inquit, Deus hominem quasi Regem rebus terrenis præfecturus, prius omnem hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiẽdum hominem produxit, declarans factis istis, quanto honore hoc animal prosequatur. *Chrisost.*

Peter tertio, cur Deus eodem die hominem cum animalibus brutis creare voluerit.

Respondetur, & ratio mihi est, quia homo est animal rationale, & conuenit cum brutis, quo ad animalitatem, & idcirco conueniẽs fuit, vt eodem die sexto fuisset cum brutis productus. Addit verò Suarez l. cit. sed num. 6. vt ex oppositis rationalibus, scilicet, & irrationa- *Suarez.*

libus, iuxta se posita clarius hominis excellentia demostraretur, ideo sine maiori mora eodé die cum cæteris animantibus creatus est.

Sed difficultas est de creatione Euæ nempè quo tempore creata fuerit in sexto, an in septimo die; ratio dubitandi est, quia Eua fuit creata post Adam, qui Adam fuit creatus versus finem diei sexti nam fuit creatus post bruta.

Caietan. Respondetur esse Euam nullo modo fuisse creatam simul tempore cum Adam, vt putauit Caietan. fundamentum Caietani est, q Genes. 1. dicitur: Creauit Deus hominem, vbi per hominem, non Adam, sed speciem hominis in vtroque sexu intelligit; quia statim additur masculum, & fæminam creauit eos.

Suarez. Sed hæc sententia reijcitur à Suarez lib. 3. de operibus sex dierum c. 4. num. 7. ex eo quod in manifestis scripturæ locis constat Euam fuisse post Adam, & præsertim patet ex Genes. c. 2. vnde dicitur, quod Adæ nō inueniebatur adiutor similis eius, & proinde Deus immisit soporem in Adam: & cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & edificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem: & adduxit eam ad Adā.

Alij antiqui Iudei crediderunt masculum, & fæ-

fæminam simul fuisse creatos in specie humana; sed hanc opinionem refellit Suarez tamquam erroneam. Suarez.

Alij dixerunt, Adam habuisse duas vxores, vt refert Petrus Comestor in historia Scholastica. Sed hoc repugnat testimonijs sacræ Scripturæ, in quibus dicitur, Adam prius fuisse solum, & primum creatũ, & ex tribus capit. Gen. tantum fit mentio vnius vxoris Adæ, & eadem dicitur formata de costa Adæ. Petr. Comestor.

Alij Hebrei dixerunt, Euam non solum fuisse creatam simul cum Adam, sed etiam fuisse illi vnitam, & lateri eius indiuise coniunctam, quem errorem refutat August. lib. 3. gen. 22. & facile refutatur, tum ratione, quia fingit monstrosam creationem sine fundamento; tum ex littera Genes. vbi dicitur tulit vnam de costis eius, & ædificauit in mulierem. Ex quo euidẽter constat Euam fuisse creatam diuisam; & separatam ab Adam; nam constam, quam tulerat Deus de Adam, idest diuiserat, & separauerat ab illo, & ædificauit in mulierem, vt c. 2. dicitur. Ergo creata est Eua diuisa, & separata ab Adam. Item dicitur, tulit costam, & repleuit carnem pro ea; si autem sola diuisio inter duo corpora prius continua fuisset facta, nulla necessitas fuisset replendi carnes latus Adæ. August.

Alij dixerunt Euam creatam fuisse die septimo; ita Cather. quem sequitur Carthus. in Genes. Carthus.

Sed

Sed

Bonauen. *Lippom.* *Pererius* *Molina.* *Castro* *Valentia* *Caietan.* *Beda* *Theodor.* *Ambros.* *August.*

COmmunior sententia Patrum est, Euam sexto diem creatam esse. Ita Bonauentura in 2.dist. 18.art.1.q.2.ad 1.Lippom. sup. Gen. c. 2. Pererius l.4.in id faciamus ei adiutorium Molin. in Opusc.disp. 22.Castro verbo Adam, hæres.6.Valentia in 1.tom.disp.7.q.1.p.2.ad 1. Caietani, Beda in examer.Theodor.q.21.Ambros.lib.6.examer. c.1.& August. lib.6. Gen. c.5.& 6. quatenus dicunt, Deum in sex diebus omnia opera sua consumasse.

Probatur primo, quia Genes. 7.cum dicitur post cætera animantia creasse Deum hominem ad imaginem, & similitudinem suam, statim additur, masculum, & fæminam creauit eos, quæ verba non minus Euam, quàm Adam cõprehendunt, neque est vlla ratio, cur magis illud sit dictum per anticipationem de Eua, quam de Adam. Neq; est etiam verisimilis expositio, quòd masculum creauerit in actu, fæminam verò in potentia, cùm de vtroque pariter, ac subinde in eandem significationem dicatur.

Probatur secundo ex Genes. 2. perfecti sunt Cæli, & terra, & omnis ornatus eorum, quod de sex primis diebus intelligitur. Ergo etiam creatio Euæ sexto die facta est; quia post sextũ diem, nihil omnino nouum creauit.

D. Th. Sed responderi potest ex D. Thoma 1. p. q. 73. Deum post sex dies nihil creasse totaliter nouum: Euam autem non fuisse aliquid totaliter nouum, quia materialiter præexistebat in

costa Adæ, & consequenter Euam fuisse creatam septimo die.

Respondetur ex Suarez l. cit. sed num. 14. quod productio Euæ licet fuerit ex præiacente materia, fuit tamen per modum creationis lato modo sumptæ, nec continebatur sufficienter in virtutibus seminalibus causarum secundarum. ergo à die septimo ideſt in illo, & in sequentibus à tali opere cessauit Deus. Ergo Eua creata est die sexto; vnde etiam fit pertinuisse ad perfectionem vniuersi, & completum ornatum eius, quia ad plenam naturæ institutionem pertinent omnes causæ necessariæ ad conseruationem, & propagationem specierum corruptibilium, præsertim perfectarum, sed huiusmodi causæ in animalibus perfectis non sunt perfectæ, & sufficientes sine masculo, & fæmina, & ideo cætera animantia sunt intra illos dies producta. Ergo multo magis humana natura, ita creari debuit, & in illa etiam vtriusq; sexus productio ad complementum vniuersi pertinuit. Ita D. Thom. 1. p. q. 92. art. 1. ad 1. *Suarez.* *D. Tho.*

Vbi hæc formalia verba ait, quod fæmina per respectum ad naturam particularem est aliquid deficiens, & occasionatum: quia virtus actiua, quæ est in semine maris, intendit producere sibi simile perfectum secundum masculinũ sexum; sed quod fæmina generetur, hoc est propter virtutis actiuæ debilitatem: vel propter aliquam materiæ indispositionem: vel etiam propter aliquam transmutationem ab extrinseco

co: puta à ventis auſtralibus, qui ſunt humidi: vt dicitur in libro de generat. animalium. Sed per comparationem ad naturam vniuerſalem, fæmina non eſt aliquid occaſionatum, ſed eſt de intentione naturæ ad opus generationis ordinata. Intentio autem naturæ vniuerſalis dependet à Deo, qui eſt vniuerſalis Auctor naturæ. Et ideo in inſtituendo naturam, non ſolum marem, ſed etiam fæminam produxit hæc D. Th.

D. Tho.

Petes quarto, an die ſeptimo aliquod nouum creauerit.

D. Tho. RESpondetur ex D. Th. 1. p. q. 73. art. 1. ad 3. quod nihil poſtmodum, ideſt ſeptimo die à Deo totaliter factum eſt, quin aliqualiter in operibus ſex dierum præceſſerit, nam quædam in operibus ſex dierum præextiterunt, non ſolum materialiter, ſed etiam cauſaliter. Sicut indiuidua, quæ nunc generantur, præceſſerunt in primis indiuiduis ſuarum ſpecierum. Species etiam nouæ ſi apparent ſi quæ apparent præxtiterunt, in quibuſdam acquiſitis virtutibus ſicut & animalia ex putrefactione generata producuntur ex virtutibus ſtellarum, & elementorũ: quam à principio acceperunt, etiam ſi nouæ ſpecies talium animalium producantur. Animalia etiam quædam ſecundum nouam ſpeciem aliquando oriuntur ex commixtione animalium diuerſorum ſecundum ſpeciem, ſicut cum ex aſino, & equa generatur mulus, & hæc etiam præ-

præcesserunt in operibus sex dierum.

Quædam verò præcesserunt secundum similitudinem, sicut animæ, quæ nunc creantur. Et similiter incarnationis opus, quia, vt dicitur Phil. 1. Filius Dei est in similitudinem hominum factus. Gloria etiam spiritualis secundũ similitudinem præcessit in Angelis; corporalis verò in Cælo, præcipuè Empyreo. Vnde dicitur Eccles. 1. Nihil sub sole nouum. Iam enim præcessit in sęculis, quæ fuerunt ante nos.

Petes quinto, cur ante formationem Euæ Deus voluerit, vt animalia omnia prius ad Adam adducerentur.

Abulen.

RESpondetur ex Abul. c. 13. q. 330. voluisse Deum, vt Adam ante creatam Euam omnia animalia distinctè cognosceret, & in omnibus speciebus marem, & fæminam esse videret, vt & desiderio habendi sociam similem sibi attenderetur, eamque postea commendatiorem haberet, quod inspectis cæteris viuentibus omnibus adiutorium simile sibi in eis non reperisset. Sic ferè Ambrosius lib. de Paradiso c. 1. ait.

Ambros.

Simul accipe, qua causa omnia deducta sint ad Adam, vt in omnibus videret vtroque sexu substantiam constare natura, idest ex masculo, & fæmina: vt ipse vsu exemploque cognosceret necessarium sibi consortium mulieris adiectum.

Pe-

Petes Sexto, vtrum primi hominis in Paradiso terrestri, vel extra illum creati fuerint.

Respondetur ex communi sententia Theol. Adamum extra Paradisum, Euam verò intra Paradisum fuisse conditam, vt dictum est supra, cum egi de productione primorum parentum.

Petes Septimo, an animalia fuerint adducta, ad Adam tempore, quo commorabatur Adam in Paradiso, ad hoc, vt eis nomina poneret.

Respondetur affirmatiuè. Immo probabilius videtur, durante statu innocentiæ, & etiã in illo principio, non fuisse cohibenda animalia, ne in loco Paradisi ingrederentur, vt Patres testantur, præsertim Basil. Homil. de Paradiso, August. lib. 1. de Ciuit. cap. 11. & videtur satis colligi ex Gen. c. 3. Nam si animalia bruta non inuenirentur, non fuisset ausus demon in specie serpentis mulieri apparere, vt rectè August. & Basil. ponderarunt. Immo etiam Damasc. lib. 2. de fide c. 10. sic ait serpens quoque familiaris ipsi erat. Idest homini, vt qui præceteris animalibus ad eum accederet, blandisque motibus ad eum veluti colloqueretur. Vbi clarè sensit habitasse alia animalia in Paradiso ãte peccatũ.

Basilius *August.* *Aug.* *Basil.* *Damasc.*

Vn-

Vnde ne ſibi contrarius ſit, cum in ſequenti capite dicit, quod in Paradiſo nullum animal rationis expers verſabatur, intelligi poteſt homine inuito, vel quod nullum ibi erat, quod homini non obediret, ac ſi non eſſet rationis expers.

Vnde etiam fieret, vt animalia ibi exiſtentia nullum incommodum, aut tedium homini afferrent, imo voluptati eſſe poſſet, volatilia videre, & audire, & ſimilia, quæ ad laudem etiã Creatoris excitare poſſent.

Denique non fruſtra Deus dedit imperium homini ſuper omnia animalia, & fecit, vt eis nomina imponeret. ergo non eſt veriſimile omnino fuiſſe à loco Paradiſi ablegandа, & ab omni hominum conſortio, & vſu ſeparanda.

Petès octauo, an præceptum primi hominis, vt de ligno ſcientiæ boni, & mali non comederent, datum fuerit poſt Euam productam, vel antea?

Reſpondet Rupertus cit. à Suarez l. cit. ſed num. 11. fuiſſe datum præceptum iam exiſtẽte Eua, quia vtrunque obligauit, & ideo vtriq; imponi debuit. *Ruper. Suarez.*

Sed probabilior, ac communior Theologorũ ſentẽtia docet oppoſitum, nimirum præceptum illud impoſitum fuiſſe Adamo, quamprimum in Paradiſum introductus eſt, antequam, vel animalia fuiſſent ad ipſum adducta, vel Eua ex

ipso formata; quia verba præcepti ad vnam personam in singulari diriguntur. Præcipitque ei dicens: ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem boni, & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo morte morieris.

Præterea oportuit præceptum statim in ipso ingressu Paradisi Adæ imponi, quoniam alias potuisset prius de arbore scientiæ sine peccato comedere. Vnde veresimillimum est, hoc dictum fuisse Adæ ante formationem Euæ.

Denique præceptum illud longè aliter Adamo, quam Euæ datum est, nam Adamo fuit impositum nō solum, vt priuatæ personæ, sed etiã, vt capiti totius generis humani. Euæ autem solum, vt singulari personæ; ergo maximè conueniens fuit, vt Adamo soli prius intimaretur.

Aug. *Suarez.* Addit verò August. cit. à Suarex lib. 3. c. 6. num. 14. quod ordinatissimè ita fuit datum præceptum, vt per virum ad fæminam perueniret, iuxta disciplinam Apostoli docentis ad Cor. 14. fæminæ, vt domi vires suos interrogent.

Petes nono, quis, vel qualis locus fuerit, vel sit Paradisus terrestris.

Respondetur Paradisum, quem Deus in principio plantauit, fuisse locum terrestrem, & ea, quæ de illius creatione dicũtur cum propietate, & ad litteram esse intelligenda. Hæc as-

aſſertio eſt de fide ait Suarez lib.3.c.6. num.5. vt patet ex Gen. 2. plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat. Aliqui verò dixerunt Paradiſum non fuiſſe in terra, ſed in Cælo, vel non eſſe rem corpoream, ſed ſpiritualem, quod falſum eſt. Nam, vt optime dixit D.Th.1.p.q.102.art.1. quæ de hoc Paradiſo in Scriptura dicuntur, per modum hiſtoricæ narrationis proponuntur, ſed in his, quę Scriptura ſic tradit eſt pro fundamento tenenda veritas hiſtoriæ, alias nihil eſſet in Scriptura certum, ergo ita eſt accipienda narratio Geneſ.de Paradiſo. *Suarez.* *D. Tho.*

Reſpondetur ſecundo Paradiſum terreſtrem eſſe locum ampliſſimum, arboribus pulcherrimis, & fructuoſis conſitum, & magno fonte fæcundum, vt habetur ex Gen. 2. plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem, quē formauerat. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue: lignum etiam vitæ in medio Paradiſi, lignumque ſcientiæ boni, & mali, & fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phiſon: ipſe eſt, qui circuit omnem terram heuilat, vbi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimum eſt: ibi inuenitur Dellius, & lapis Onychinus, & nomen fluuij ſecundi Geon: ipſe eſt, qui cir-

cuit omnem terram Æthiopæ, nomen verò fluminis tertij, Tygris: ipse vadit contra assyrios. fluuius autem quartus ipse est Euphrates. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eũ in Paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum &c.

Petes Decimo, an Paradisus terrestris fuerit certus terræ locus, vel potius vniuersa terra suis floribus, & arboribus ornata.

Respondetur ex D.Th.1.p.q. 102. art. 1. & prius August. lib.8.Genes.c.7.& alijs Paradisum terrestrem fuisse locum particularem situm in regione determinata orbis, & nõ fuisse vniuersam terram, vt aliqui putarunt, vt refert Hugo de S.Vict.annot. in Gen. c.2. probatur manifestè ex Scriptura nam Gen.2, prius dicitur, formasse Deum hominem ex terra, & postea illũ transtulisse in Paradisum; ergo euidenter distinguit illa duo tamquam distincta loca terræ. Hoc autem locum non haberet, si Paradisus non esset definita, ac limitata pars terræ, alioquin eo ipso quod homo fuisset creatus in terra, fuisset etiam creatus in Paradiso. Deinde post generalem terræ plantationem, seu germinationem tertio die factam, & 1.cap. narratam, aliquid speciale nobis referre voluit Moyses in fine c. 3. Deum emisisse Adam post peccatum de Paradiso, non expulit autem de vni-

D.Tho. *August.* *Hugo*

vniuersa terra; ergo Paradisus non est vniuersa terra, sed pars eius.

Dicit Scriptura eiecto Adamo è Paradiso prohibitos esse homines ab ingressu Paradisi, & ideo collocasse Deum Cherubin ad custodiendum Paradisum; ergo est euidens iuxta Scripturæ historiam, Paradisum peculiarem terræ locum fuisse.

Petes Vndecimo, quid significant illa verba Gen. 2. posuit Deus Adam in Paradiso, vt operaretur, & custodiret illum.

RESpondetur ex D. Th. 1. p. q. 103. art. 3. quod operatio in primis non erat laboriosa in illo statu, sicut nunc post peccatum: sed fuisset iucunda propter experientiam virtutis naturæ, idest ad experiendas vires terræ, aut seminum, aut plantarum, vt ait Suarez lib. 3. c. 6. num. 18. August. sup. Gen. c. 18. dicit, quod illa operatio tunc non fuisset quasi coacta, ob indigentiam cibi, sicut nunc est post peccatũ, sed esset ad quandam maiorem perfectionem, ac fertilitatem. D.Th. *Suarez* *Aug.*

Custodia autem non esset contra inuasorem: sed esset ad hoc, quod homo sibi Paradisum custodiret ne ipsum peccando amitteret, & hoc totum in bonum hominis cedebat, vt ait D.Thom. D.Th.

Pètes Duodecimo, quomodo in statu innocentiæ in Paradiso terrestri omnes homines potuissent habitare.

RESpondent aliqui, non esse necessarium, vt statu innocentiæ perseuerante, omnes homines intra Paradisum habitarét. Quod videtur per se verisimile, vt Isai. 45. dicitur, Dominus fecit terram, ipse plastes eius, non in vanum creauit eam, vt habitaretur formauit eam; ergo etiam si homo non peccaret tota terra ab hominibus habitaretur, alioquin esset otiosa, & præterea esset inculta, syluestris, & indecora, atque ita opinatur Pererius lib. 3. in Gen. disp. de Paradiso q. 3. additq; coniecturam, quia si primi homines post peccatum ferè ad mille annos viuebant, si non intercessisset peccatum, multo longiori tempore in hoc mũdo viuerent, ac subinde in maiori numero multiplicarentur homines, ideoque non potuissent simul in Paradiso viuere.

Perer.

Suarez lib. 3. c. 6. num. 21. 22. & 23. ait resolutionem huius puncti pendere ex illa quæstione vtrum Adamo non peccante omnes homines impeccabiles, seu confirmati in gratia nascerentur, & consequenter an omnes tunc nati ex Adamo futuri essent electi, & prædestinati, ac demum in qua ætate essent in gloriam transferendi, quantoue tempore in hoc mundo essent victuri.

Suarez.

Nam

Nam si homines statu innocétiæ durante futuri fuissent à conceptione confirmati in gratia, ac proinde prędestinati duo consequenter dicenda videntur. Vnum est, verisimile esse tunc numerum hominum multo minorem futurum fuisse, quam tunc sit, quia nunc ingens est reproborum numerus, & non est credibile, tot futuros fuisse tunc homines prædestinatos, quot nunc sunt prędestinati, & reprobi simul sumpti, fuisset ergo minor hominum multiplicatio, ac denique in vno quoque tempore signato, non esset simul tanta multitudo hominũ viatorum, quanta nunc est. Quia nunc non est magnus numerus prędestinatorum simul viuentium in hoc mundo in quolibet signato tẽpore; ergo etiam tunc numerus hominum viatorum simul existentium in quolibet tempore non esset nimis magnus, quia non est cur credamus, maiorem fuisse futurum excessum inter viatores prędestinatos simul existentes, quã in tota collectione prędestinatorum futurorũ in termino post totam temporum successioné. Accedit, quod homines tunc non essent mortales, sed viui à via tranferentur ad patriam post certum ætatis terminum à Deo pręfixum. Vnde nõ fuisset tunc necessarium viam hominum per mille annos, nedum per plures prolongari. Nam in illo statu perfectissimo homines à principio iusti, & in gratia confirmati breuiori tempore possent sua merita confirmare ad quamdam imitationem Angelorum, ser-

uata proportione. Et id credi poteſt, quod paulo poſt conſumatum corporis augmentum competenti numero generationum, ſeu filiorũ, homines ad terminum peruenirent. His ergo, vel ſimilibus modis non difficilè intelligitur, quomodo poſſent tunc homines intra Paradisũ commodè habitare maximè, quia tunnc non indigerent magnis ędificijs, quibus ab iniurijs temporum protegerentur, nec alijs rebus, quibus ad delicias, vel defenſionem, vel corporũ iuuamen vterentur, vt Abul. notat in cap. 13. Gen. q. 6

Abul.

Vt autem hoc non obſtante poſſent homines aliquem vſum reliquarum regionum mũdi habere, addi poteſt, quòd licèt homines in Paradiſo habituri eſſent quaſi ſtabilem, & permanẽtem habitationem, nihilominus potuiſſent interdum per mundum diſcurere, vt eo aliquo modo vterentur. Quanta verò futura fuiſſet hæc diſcurſio, & quam facilis, & quomodo factum eſſet ſine labore corporum, maximè ſi per longos terrarum tractus eſſet futura, cogitari varijs modis poteſt; ſed quia nihil certum, vel ſufficienti fundamento dici poteſt, ideo lectoribus meditandum relinquo: facilius autem vtrumque expeditur, ſi dicamus, quod ſi Adã non peccaſſet, potuiſſe filius eius peccare; vt communior ſententia Theologorum docet, teſte Suarez lib. 5. c. 9. n. 3. & præſertim docet D. Thom. 1. p. q. 100. art. 2. & quodlib. 5. num. 8. & in 2. diſt. 20. q. 2. art. 3. ad. 5.

Suarez
D. Tho.

Scio

Scio vero D.Greg.lib.4. moralium cap. 36.& alias 28. oppositum tenere, vt patet ex sequétibus verbis, si parentem primum nulla peccati putredo corrumperet, nequaquam ex se filios gehennę generaret, sed soli electi ab illo nascerentur. *Greg.*

Sed non est recedendum à cõmuniori sententia, & ratio à priori est, quia homo viator ab intrinseco est mutabilis ad peccandum, sed filij Adę in illo statu nascerētur viatores; ergo ex vi status possent peccare, & gratiam amictere, nec constat ex scriptura donum perseuerantię ad bonum extrinsecus fuisse collatum nempè à Deo.

Nec constat quod si Adam vicisset primam tentationem serpentis, statim mansisset in gratia confirmatus, sed posset peccare quamdiù viueret in animali corpore. Ergo idem cum proportione de filijs dicendum est, vt ait D. Th. cit. à Suarez lib. 1. de Operibus Sex dierũ c.9.num.6. **D.Th.**

Confirmatur ex verbis Genes.2. in quocunque die comederis ex eo morte morieris; nam illis significatur non tantum statim in prima tentatione, sed postea quocunque tempore potuisse hominem ex cibo vetito comedere, & penare, ac subinde potuisse prius tentationem vincere; & postea ab alia simili, vel maiori superari.

Ergo hoc posito dici posset homines tunc peccantes in statu innocentiæ eijciendos fuisse

è Paradiſo terreſtri; nam ſi Adam ſtatim ac peccauerit eiectus eſt, cur non etiam illi? Quocirca ſicut Adam fuit è Paradiſo eiectus propter peccatum; vt nec poſt pęnitentiam eſſet ad illum locum reſtituendus, ita eius poſteri ſemel propter peccatum inde eiecti, etiam ſi fortaſſe pęnitentiam agerent, & iuſtificarentur, numquam illuc reuocarentur. Ad hunc ergo modum poſſet habitari mundus ab hominibus extra Paradiſum, & illi homines, qui in innocentia ſemper perſeuerarent, intra Paradiſum ſemper manerent, & ita etiam poſſet facile Paradiſus illos capere, quia in vnoquoq; tempore multitudo illorum ſimul exiſtentium nimis magna non eſſet.

Petes Decimotertio, in quo ſitu, vel diſpoſitione terræ Paradiſus fuerit plantatus, ideſt an in alicuius terræ planitie, vel in aliquibus excelſis montibus & quanta fuerit eius altitudo, & conſequenter in quãta diſtãtia à Cælo, à terra, & polis mũdi ſitus fuerit.

Reſpondetur primo in hoc varias eſſe Doctorum ſententias, nam multi Patres affirmant Paradiſum fuiſſe conditum in loco terræ valdè excelſo, & Beda relatus à D.Th.1.p.
D.Tho. q.102.arg.1.dixit Paradisũ pertingere vſq; ad

lu-

lunarem circulum. Alij dixerunt, teste D. Th. 1.p.q.102.art.1.ꝙ Paradisus terrestris pertingebat vsque ad lunarem globum, idest vsque ad medium aeris interstitium. *Alen.*

Alensis 2.p.q.84.vers.3. Bonau. Durand.& alij in 2. dist. 17. dicunt quod locus Paradisi non solum orbem Lunę non attingebat, verum etiam neque vsque ad secundam regionem aeris ascendit, & probatur hoc ex verbis Gen. 3.collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubin ad custodiendam viam ligni vitę, ergo uerba supponunt potuisse homines à Paradiso eiectos, ad illum per aliquam uiam terrestrem, & pedibus calcabilem redire nisi diuinitus impedirentur, alioqui nec necessaria fuisset custodia, nec ulla esset via, quæ custodienda foret. *Bonau.*

Respondetur secundo uerisimilius credi Paradisum in loco montuoso, & satis sublimi esse collocatum, itaut propè ad secundam regionē aeris accedat. Hanc sententiam indicant Scholastici, & sequitur Abulensis Gen. 2. q. 9. & Gen.13.q.107. *Abul.*

Ratio esse potest, quia superior pars huius infimæ regionis aeris libera est à perturbationibus, & nimia frigiditate, humiditatis secundę regionis aeris, & propter vicinitatem, temperiem illius participat, & aliunde etiam libera est à nimio calore, qui ex reflexione radiorū Solis à terra ascendentium solet prouenire, nā illum non attingunt, neque etiam uenti nimiū uiolenti, uel nimium calidi, aut frigidi possent

illi esse infesti,ac deniq;locus ille lucē Solis,& Stellarū,ac Cęli influētiā melius recipere, ac participare posset. Hę aūt, & his similes sunt ꝓpietates,quas SS.Patres locó Paradisi tribuūt. Dicūt.n.in Paradiso nō fuisse frigus,aut estus, vel nubes,pluias,niues,aut similia,sed ꝑpetuū, ac temperatum ver, cum sufficienti vtique calore, qui ad terrę fęcunditatem, & maturitatē fructuum esset sufficiens, & cum eo temperamento, in quo humanis corporibus non esset molestus. Ad hęc autem omnia situs prędictę altitudinis aptissimus est, ergo verisimile est illum habuisse.Et hunc discursum confirmant, quę de Paradisi tempore Patres scribunt.

Hoc deniq; confirmat coniectura sumpta ex fluminibus, quę ex vno fonte Paradisi oriebatur, quá vtitur Moyses Barcepha cap.9.dicens. Asserimus eam terram,in qua est Paradisus,altiorem multo, sublimioremque existere hac, quam nos colimus: id enim ita se habere,indicio sunt quatuor illa grandia flumina, quę orta in Paradisi terra per hanc nostram ab illa diuersam feruntur.

Denique verisimile est, intra Paradisum non totam terram fuisse vniformem, sed in illius amplitudine fuisse quasdam partes eminentiores alijs,ac subinde fuisse colles,& campos.Nā hęc varietas, & ad corporum voluptatem, & ad loci pulchritudinem, & vbertatem vtilis est, ideoque non est verisimile in horto illo diuino defuisse.

Pe-

Petes Decimoquarto, versus, quam mundi partem Paradisus fuerit collocatus.

REspondetur ex communi sententia Patrum Paradisum fuisse creatum versus orientem. Ita Basilius, & Ambrosius de Paradiso, Hiero. de quęst.hebr.sup.Gen.August.lib.8. c.3. Eucherius, Rupertus, & alij.fundamentum huius sententię est sumptum ex Gen.2.iuxta hebraicam lectionem,nam vbi vulgata habet,plantauerat autem Deus Paradisum voluptatis a principio; hebraicè legitur, plantauit Deus hortum in Edon ab oriente,vt vertit pagninus, vel ad orientem,vt vertunt septuaginta. Hoc autem fundamentum incertum redditur ex lectione vulgata, quę loco orientis, legit principium,& ita etiam vertit Paraphrasis Caldaica. Nihilominus Patres greci sequuti sũt versionem septuaginta, qui verbum principium, ad locum retulerunt, & ideo dixerunt Paradisum ad orientem creatum fuisse. Credibile autem est, vtrumq; voluisse Spiritum sanctum in illo verbo comprehendere. *Basil.* *Ambros.* *Hieron.* *August.* *Eubher.* *Ruper.*

Et pręterea hęc sententia de Paradiso ad oriẽtem condito ex translatione septuaginta magnã habet autoritatem; & pręterea multum est traditione firmata, nam,& antiqui Hebrei ita locum Gen.exposuerunt,& postea Patres Gręci & Latini in eandem conspirarunt;& aliqui eorum aduertunt, inde ortam fuisse consuetudinem

néorandi ad orientem, nimirum, quia versus eam partem Paradisus terrestris, per quem spiritualis significabatur, conditus fuit, vt attingit D.Th.2.2.q.84.art.3. ad 3.

D.Th.

Petes Decimoquinto, an situs Paradisi sit sub æquinoctiali.

D.Th.

RESpondent aliqui, quos refert D. Th.1.p. q.102.art.2.ad 4.Paradisum sub ęquinoctiali esse, & asserunt esse locum temperatissimum propter ęqualitatem dierum, & noctium omni tempore, & quia Sol numquam multum ab eis elongatur, vt sit apud eos superabundãtia frigoris: nec iterum est apud eos superabũdantia caloris; quia etsi Sol pertranseat super eorum capita, non tamen dici moratur ibi in hac dispositione.

Aristotalis tamẽ lib.2.meteor. c.5.existimat regionem illam esse inhabitabilem propter nimium calorem, quod D.Th.l.cit.dicit esse ꝓbabilius, quod asserit Arist.

Arist.
D.Th.

Idem D.Th. l. cit. sic asserit quidquid autẽ de hoc sit, credendum est Paradisum in loco temperatissimo constitutũ esse, vel sub ęquinoctiali, vel alibi.

Bonauentura in 2.dist.17.dub.3. affirmat, Paradisum terrestrem esse in oriente, iuxta ęquinoctialem, & quodammodo vergere ad merediem. Hanc sententiam sequitur Durandus in dist.17.q.3.num.8.

Durand.
Bonau.

Pe-

Petes Decimosexto, an Paradisus terrestris iã destructus sit, vel duret, & consequenter duraturus sit, usq; ad mundi finem.

Respondetur graues Authores tenere teste Suarez lib.3.de operibus sex dierum c.6. num. 37. Paradisum non existere; & ducuntur presertim, quia per aquas diluuij destructum fuisse credunt, quia non potuit non inundari, cum aquę supra omnes montes quindecim cubitos ascenderint, ergo per inundationem tam grandem, tamque diuturnum naturaliter destrui debuit. *Suarez.*

Denique addunt experientiam tum negatiuam quia cum vniuersus orbis notus fuerit hominibus, & per omnes partes eius aliqui discurerint, à nemine inuentus est, nec in historijs humanis aliqua eius memoria inuenitur. Tum etiam positiuam conjecturam addunt, qą Paradisus in hac nostra terra situs fuit, & probabile creditur fuisse circa Mesopotamiam, vel Armeniam, quę sunt Prouincię; vndique notę, & habitatę, & tamen in illis non inuenitur.

Denique quod magis vrget, Scriptura iuxta septuaginta dicit, Paradisum fuisse plantatum ad orientem in Eden idest in quandam regione orientali uocata Eden, nam illa particula in hoc plenè indicare videtur. Constat autem

in illa regione sic nominata Paradisum non inueniri.

Iren. *Iustin.* *Athan.* *Aug.* *Hieron.* *Isidor.* *Bellarm.* *August.*

Sed communis sententia Patrum docet Paradisum adhuc conseruari in eo statu, & cum ea uoluptate, & pulchritudine, in qua creatus est. ita Iren. Iustin. Athan. August. Hieronym. & Isidor. cit. à Suarez lib. 3. de operibus sex dierum cap. 6. num. 38. & alij, quos refert, & sequitur Bellarm. tom. 4. lib. unico de gratia primi hominis c. 14. & Aug. lib. 2. de peccato origin. c. 2?. absolutè dixit, fidem christianam non dubitare Paradisum esse; vbi licèt principaliter intendat docere, creatum esse à Deo verum Paradisum terrestrem, & ad fidem pertinere, nihilominus de illo tamquam de actu existente cum eadem securitate loquitur, qua illum tamquam communiter receptum supponit.

Argumentum sufficiens esse debet, quia nobis de fide constat, Paradisum aliquando fuisse, & non constat distructum esse, imo Scriptura indicat, intentionis Dei fuisse illum conseruare, quia patet Gen. 3. Deum collocasse Cherubin ad custodiendam viam igni vitę, ex quo colligimus noluisse Deum destruere Paradisum, & inde iudicium sumitur, voluisse semper conseruare illum, quia si post nonnullos annos illum destructurus fuisset per diluuium, facilius fuisset statim illum destruere, vel saltem lignum vitę eradicare in pęnam primi peccati, quam specialem custo-

diam

diam adhibere ; ergo quantum Scriptura indicat, credibilius eſt adhuc durare Paradiſum.

Neq; obſtat de aquis diluuij, quia fortaſſe aquas diluuij non aſcendiſſe ad altitudinem loci Paradiſi, quia Scriptura loquens de diluuio ſolum loquitur de terra habitabili ab hominibus mortalibus, vel fortaſse de ſola illa, quę tunc habitabatur.

Deinde etiam ſi aquę ſupra locum Paradiſi aſcendiſsent, poterat Deus ſpeciali prouidentia conſeruare Paradiſum, ſicut conſeruauit Enoch, ac denique etiam ſi aquę diluuij inundaſsent locum illum, non potuiſsent tam breui tempore arbores, & omnia, quę in illo erant, prorſus deſtruere. Nam etiam in alijs terrę partibus, non omnes arbores deſtruxerũt, alioquin non potuiſset columba tam cito inuenire ramum oliuę virentibus folijs, quę in ore ſuo ad Noè portaret. igitur ad ſummum potuiſsent aquę locum Paradiſi aliquantulum damnificare, potuit tamen diuina virtute facilè raparari. Nam certa etiam ante diluuium non potuiſset in ſua pulchritudine, & integritate abſq; hominum habitatione, cuſtodia, & opera conſeruari ſine peculiari Dei prouidentia. Ergo eadem potuit facilè reparari. Neque id fruſtra factum fuiſset, tum, vt eſset perpetuum memoriale benignitatis Dei erga homines, & rei, quam homines peccando amiſerunt. Tum etiam propter habitationem Enoch, & Elię, vt dixit D. Thom.

D.Th. D. Thom. 1. p. q. 102. art. 2. ad 2.

Neq; obstat, quod Paradisus à nemine inuentus sit, quia sicut Paradisus est factus occulto opere Dei, vt dixit August. lib. 8. Genes. c. 1. ita peculiari cura, & prouidentia eiusdem Dei est occultatus, vt Genes. 3. significatur. Vnde idem August. lib. 8. c. 7. dixit, locum Paradisi à cognitione hominum esse remotissimũ & causam explicat D. Th. 1. p. q. 102. art. 1. ad 3. quia locus ille seclusus est à nostra habitatione aliquibus impedimentis, vel montium, vel marium, vel alicuius ęstuosę regionis, quę pertransiri non potest, & ideo Scriptores locorum mentionem non fecerunt.

Aug.

D.Th.

D.Th. Idem D. Th. in 2. 2. q. 164. art. 2. ad 5. dicit ꝙ Paradisus terrestris est inaccessibilis propter vehementiam ęstus in locis intermedijs; imò hoc significatum putat per gladium flammeum quid dicitur Genes. 3. quod Deus collocauit Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitę; vnde dicit D. Th. quod ille calor causatur ex motu circularis Solis, qui per Angelum fit, & gladium illum appellari versatilem ex eo, quod gladius ille oburet, & permutet omnes vias, quę illuc fuerunt.

D.Th.

Aug. Vnde August. lib. 11. Gen. c. 40. hęc inquit, per cęlestes potestates in Paradiso uisibili factam esse credendum est, ut per Angelicum ministerium esset illi ignea quędam custodia.

Neque est verum, fuisse Paradisum situm in Me-

Mesopotania, Arabia, uel in aliqua alia prouincia ex his, quę nunc habitantur ab hominibus.

Neque denique obstat, quod Paradisus sic creatus in Eden, quia in nostra uulgata nomẽ Eden non sumitur, ut propium alicuius regionis, uel prouincię; sed ut delitias, aut uoluptatem significat.

Nam re uera hoc significat primaria uox ipsa hebraica Eden, ut ait Suarez l.cit.& licèt admictamus nomen Eden, posse etiam ibi significare regionem terrę ad orientem, quę ita nominata à Moyse fuerit, quia delitijs, & uoluptate abundabat, tamen hoc non obstat, quia illa regio, sic nominata ęquè ignota nobis est, ac locus paradisi. Suarez

Petes 17. utrum formatis corporibus primorum hominum in eodem instanti Deus animas illorum creauerit, corporibusq; counixerit; Dubium versatur circa illa uerba Gen.2. formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam uiuenté, quæ quidem uerba de solo Adamo scripta sunt, tamen quantum ad animam spectant eandem rationem habent in Euæproductione.

Respondetur primo spiraculum illud non fuisse ipsam Dei substantiam, uel aliquid eius, sed fuisse rem creatam, & à substãtia Dei

distinctam .hoc dico ad excludendum antiquū errorem dicentium animam esse ipsam Dei substantiam,vel aliquid substantiæ Dei,& cōsequenter illud spiraculum fuisse de substantia Dei,quia fuit ipsa anima,quem errorem castro verbo anima hæres.4.&Prat.Gnosticis, & Manicheis tribuunt,& sumitur ex Theodoret.lib.

Theodor. 5.diuin.decret.cap.de materia,& cap. de homine, vbi Cerdoni, & Marcioni hunc errorem tribuit, sicut Manicheis August. lib. de hæres. in 46.& in priscillianistis damnant illum con-

August. silium Bracar.1.c.5.& Leo Papa Epist.91.alias 93 c.5.qui addit hunc errorem ex Philosophorum quorumdam, & Manicheorum opinione manasse.

Hic autem error non solum fidei, sed etiam rationi naturali euidenter repugnat, quia est euidens, non posse animam esse de substantia

August. Dei, vt optimè demonstrat August. lib.1.de anima, & eius origine c.3. & alijs locis. Idem

D.Th. affirmat D.Th.1.p.q.90.art.1.& ratio est, quia duobus modis cogitari potest, animam esse de substantia Dei, primo ꝙ est ipsa essentia Dei in se,& sua substantia permanens,& formaliter hominem viuificans. Secundo quod anima sit facta de substantia Dei.

Vterque autem sensus manifestissimè erroneus est.

De priori probatur, quia Scriptura alijs locis dicit,animam esse factam,& primo patet ex Zachar.12.Dominus extendens Cœlum,& fundans

dans terram, & fingens spiritum hominis in eo; spiritus autem hominis nihil aliud est, quā anima hominis, iuxta illud Paul. 1. ad Cor. 2. Nemo scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Secundo patet ex Eccles. 12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis; & infra, & reuertatur puluis in terram suam, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Secundo probatur ratione, tum quia repugnat perfectioni diuinæ substantiæ informare corpus, tum quia si Deus esset forma hominis deificaret illum, & substantialiter sanctificaret, & impeccabilem redderet, ac modo diuino cognoscenté; quæ omnia cum imperfectionibus hominis repugnant.

Præterea si anima fuisset facta de substantia Dei mutationem substãtialem passa fuisset substantia Dei, quod eius perfectioni repugnat.

Item vel anima esset facta de tota substantia Dei, vel de parte eius; at substantia Dei non habet partes; non ergo ex parte: tota verò substantia non potuit seipsam destruere, & in aliud conuertere. Ergo

Neq; ponderatio verbi inspirauit, vel vt alia litera habet, insufflauit, est alicuius momenti, qa potius August. lib. 7. Genes. c. 3. ex eodem verbo contrariũ colligit, dicens: imò verò ex verbo satis apparet, ita non esse, cum enim homo sufflat, anima ipsa subiacentem sibi naturam corporis mouet, & de illa, nõ de se ipsa flatum *Aug.*

facit. Sic ergò licèt Deus insufflasse dicatur, nō oportet, vt aliquid de sua substantia inspirauerit. Vlterius verò, quia omnipotens est non indiguit circumstante materia, sed ex nihilo fecit, quod insufflauit. Vnde Theod. q. 23. in Gen. cùm idem argumentum proposuisset, si ex insufflatione Dei creata est anima erit vtique anima ex substantia Dei. Respondet extremæ impietatis est, & blasphemiæ sententia huiusmodi: Nam per hoc Scriptura diuina facilitatē creandi demonstrauit, & ipsius animæ naturā obscurè declarauit, nempè esse ipsam spiritum creabilem, inuisibilem, & intellectiuum, expertem crassitudinis corporeæ, & hinc soluitur alia ratio; nam licèt spiritus ille, quem Deus inspirauit, diuinas aliquas propietates aliquo modo participet, non est argumentum, quòd sit factus de substantia Dei, sed quod sit factus ad imaginem, & similitudinem Dei, vt eadem Scriptura dicit, & postea explicabimus.

Theod.

Respondetur secundo Deum creasse animā rationalem, eamque corpori hominis vniuisse, cùm inspirauit in faciem eius spiraculum vitę. Hæc sentēia est communis Theologorum, & Patrum, teste Suarez l. cit. sed c. 7. num. 6. & præsertim Hugo Victorin. annot. in Genes. c. 8. & Alcuinus q. 8. in Genes. sic dicit quid est, quod Deus inspirauit, in faciem Adæ spiraculum vitæ? Respondet, inspiratio Dei in faciē hominis traditio est animæ rationalis, & idem habet Theodoret. q. 23. in Genes. q. 8. & patet ex

Suarez
Hugo
Alcuin.
Theod.

ex Genes. 2. formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciē eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem; idest, & cæpit homo viuere ergo corpus illud ex terra factum per illam insufflationem Dei cæpit viuere; ergo spiraculum illud fuit ipsa anima, qua homo naturaliter viuit.

Respondetur tertio in eodem instanti, in quo Adam productus est, & factus est in animam viuentem; fuisse animam eius, & corpori vnitam, & creatam, ac non antea, vt falsò alij putarunt dicentes omnes animas hominum fuisse in principio simul creatas, vt putauit etiam orig. Nam veritas Catholica est animas hominum non fuisse in principio creatas simul, sed creari in eodem instanti, in quo cum corporibus vniuntur, quia forma corporis est anima, forma autem naturaliter non est ante cōpositum teste Arist. 12. Met. text. 17. & in hac conueniunt Doctores, & Patres. *Arist.*

Sed de anima Adæ est peculiaris dubitatio an creata fuerit antequam uniretur corpori.

Respondet Philastrius lib. de hæresi in 49. sub titul de Catal. hæres. post Apostolos, animam Adæ creatam esse sexto die, carnem autem septimo die factam esse. Idemque censet de anima, & corpore Euæ. Fundatur hæc sen- *Philastr.*

tentia in illo ordine litteræ cap. 1. & 2. Genes. nam in primo dicitur creauit Deus hominem, ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum, in secundo autem Genes. dicitur formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ.

D. Thô. Sed communis Theologorum, & Patrum sententia est, & præsertim D. Th. 1. p. q. 90. art. 4. docet animas Adæ, & Euæ non fuisse creatas prius tempore, quàm corporibus vnirētur, sed solùm prius natura, & in eodem instanti tēporis: Ratio est, quia anima est forma corporis, & naturaliter non potest existere sine corpore, & ante compositum.

Neque obstat, quod dicatur Gen. 1. ad imaginem Dei creauit illum, & cap. 2. additur formauit Deus hominē nā nō duo facta narrantur, nec duo tempore indicantur, sed vnum, & idē opus, quod sexto die factum dicitur, compendiosè postea quomodo factum sit, eodem vtique sexto die, per recapitulationem describitur; ergo corpus, & anima, quæ ibi narrantur facta, eodem tempore, ac simul perfecta sunt. Nam cum primo dicitur: dixit autem Deus faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, &c. certè non loquitur de sola anima, sed de toto homine. Nō enim anima separata præest piscibus, & volatilibus &c. Sed totus homo per animam corpori coniunctam, & sensibus simul cum ratione vtentem: ergo cum statim subiungitur, & creā-

creauit Deus hominem, etiam est sermo non de anima sola, sed homine, & hoc etiam conuincit, quod statim additur masculum,& fœminam creauit eos.

Petes 18. an primus homo fuerit secundum animam creatus ad imaginem & similitudinem Dei.

RESpondetur affirmatiuè, & patet, ex Gen. 1. faciamus hominem ad imaginem,& similitudinem nostram, idest rationem imaginis animæ esse impressam, ac subinde in illa fuisse fūdamentum relationis imaginis ad Deum, veritas catholica est; quod homo secundum animā factus est ad imaginem Dei; ita docent Basil. Chrysost.& August.cit.à Suarex lib.3.c.8.nu. 14.& præterea Ambros.Psal.118.octon. 10. in illa verba manus tuç fecerunt me,& Greg. lib. 9.moral.c.27.alias 36.& Greg.Nissen. orat. in illa verba; faciamus hominem, & Damascen. lib. 2.c. 12. & D. Th.1.p.q.93.art.6 & q.35. anima enim à Deo habet originem, vt est de fidem certum; nam per solam creationem fit; deinde ratione animæ homo habet propiam quamdā similitudinē cum Deo in eo gradu, in quo propiè, & formaliter Deus existit, nempè in gradu vitæ intellectualis; ergo ratione animæ habet homo, quod sit ad imaginem Dei, quia de ratione imaginis est similitudo, vel secundum speciem, vel secundum gradum, qni

Basil. *Crysost.* *Aug.* *Ambros.* *Greg.* *Nissen.* *Damasce.* D.Th.

proxime ad ſpeciem accedat, vel ſecundum ſpeciem, aut figuram, quæ ſpeciem rei referat, vt ſumitur ex Auguſt.& D.Th. l. cit. & coſtat ex ipſo vſu, & appellatione imaginis. Animal enim brutum licèt interdum ex homine generetur, & cum illo in ratione animalis aliquam ſimilitudinem habeat, nihilominus, quia gradũ rationalem nullo modo attingit, quia in homine præcipuus eſt, ideo non eſt imago eius, & ob eamdem cauſam bruta non dicuntur eſſe ad imaginem Dei etiam ſi in vita, & cognitione maiorem cum eo ſimilitudinem habeant, quàm inanimata, quia intellectualem gradum, in quo Deus formaliter exiſtit non participãt. At verò homo ideo eſt ad imaginem Dei, quia in gradu intellectuali cum eo conuenit, & ideo cętera omnia infra hominem dicuntur veſtigia Dei propinquiora quidem, vel remotiora, prout magis, vel minus participant aliquid de perfectione Dei; repreſentare per modum veſtigij, eſt repreſentare per modum effectus, ſicut cinis dicitur veſtigium ignis, & deſolatio terræ, veſtigium hoſtilis exercitus, vt rectè ait D. Th. 1. p. q. 93. art. 6. vbi ait quod in creaturis rationalibus repreſentatur ſimilitudo Trinitatis increatæ, cùm increata Trinitas diſtinguatur ſecundum proceſſionem Verbi à dicente, & amoris ab vtroque; in creatura autem rationali inuenitur proceſſio Verbi ſecundum intellectum, & proceſſio amoris ſecundum voluntatem, ergo poteſt dici imago Trinitatis increatę per quamdam

Aug. D.Th. D.Th.

dam repræſentationem ſpeciei. In alijs verò creaturis irrationalibus non inuenitur principium verbi, & verbum,& amor: ſed apparet in eis quoddam veſtigium, quod hæc inueniatur in cauſa producéte. Nam hoc ipſum,quod creatura habet ſubſtantiam modificatam,& finitam, demonſtrat quod ſit à quodam principio. Species vero eius demonſtrat verbum facientis, ſicut forma domus demonſtrat conceptionem artificis. Ordo verò demonſtrat amorem producentis, quo effectus ordinatur ad bonum: ſicut vſus ædificij demonſtrat artificis voluntatẽ Sic igitur in homine inuenitur Dei ſimilitudo per modum imaginis ſecundum mentem, ſed ſecundum alias partes eius per modum veſtigij.

Neque obſtat, quod Epiphanius lib.2.hęreſ. 70. dicat animam non eſſe id ſecundum quod homo eſt ad imaginem Dei, quia in aliquibus ꝓpietatibus videatur Deo eſſe diſſimilis;quandoquidem licèt ſit hoc verum, tamen hoc non obſtat quominus anima ſit vera, & propia imago *Dei*, licèt imperfecta, quia ad propietatem imaginis ſatis eſt formalis conuenientia, & ſimilitudo in ſupremo gradu,& propio *Dei*, quę in anima inuenitur.

Perfecta imago Patris eſt ſolus *Dei* filius naturalis; homo autem eſt imago *Dei* deficiens, propter quod dicitur ad imaginem.

Angelus eſt etiam ad imaginem *Dei*; immo perfectiori modo, quam homo ſimpliciter

lo-

Dionyſ. loquendo, vt ait Dionyſ.c. 7. & idem affirmat
Iſidor. Iſidor.lib.1.de ſummo bono cap.10. & pleriq;
Tertull. alij, & præcipuæ Tertull.lib.2.contra Marcionem cap.10.vbi ſic exponit: Tu es ſignaculum ſimilitudinis, q ſcilicèt integritatē imaginis, et ſimilitudinis reſignaueris: Non ergo eſt dubiū quin Angelus natura ſua ſit ad imaginem Dei tanto perfectius, quam home, quanto gradum naturæ intellectualis perfectius participat.

Neque obſtat; quod in ſcriptura ſolus homo dicitur factus ad imaginem Dei, tum quia in ſcriptura non diſtinctè narratur creatio Angelorum, ſicut hominis. Tum etiam, quia in loco Ezechielis 28. tu ſignaculum ſimilitudinis ſatis ſignificatur. Tum denique, quia ſufficeret argumentum, quod à fortiori ab homine ſumitur, nam ex eo etiam, quod Lucifer vocatur ſignaculum Dei, optimè colligere poſſumus, quemlibet Angelū in ſuo gradu ſignaculū Dei eſſe.

Theodoretus q.20.in Geneſ. videtur velle
Thodor. nec in anima, nec in corpore eſſe imaginem, ſed in toto coniuncto, ſeu compoſito, quod ex corpore, & animo reſultat. Et ideo rationem imaginis explicare conatur per quaſdam proprietates, quæ in anima ſine corpore nō inueniūtur, vt ſunt regnare, iudicare, & nominari piſcibus maris, fabricare artificialia, vl domus, naues, imagines, & ſimilia, in quo, vt ait, homo Auctorem naturę imitatur, & infra addit opera virtutis, & præſertim miſericordiæ.

Sed non eſt recedendum à cōmuni opinione.

Ad-

Addit præterea idem Theodor. Angelum nō esse ad imaginem Dei, nam hoc falsum est, vt patet ex Dionys. cap. 7. de diuinis nominibus, hæc sunt formalia verba Angelos ea scire, quæ in terra sunt, scriptura testatur, nō ea sensu hautientes, quæ quidem sunt sensibilia, sed propia ad Dei imaginem effictæ mentis virtute, atque natura. Idem docuit Greg. Homil. 34. in Euāg. quem sequitur D. Th. 1. p. q. 93. art. 3. & omnes Scholastici id confirmant ex illo Exechiel. 28. Tu signaculum similitudinis. Vnde Isidor. lib. 1. de summo bono c. 10. sic inquit distat conditio Angeli à cōditione hominis, homo enim ad Dei similitudinem conditus est: Archangelus vero, qui lapsus est, signaculum Dei similitudinis appellatus est, & infra, quanto enim subtilior est eius natura, tanto plenius extitit ad similitudinem diuinæ veritatis expressa: est communis sententia Patrum, sed admissa opinione Theodoreti, quod homo est ad imaginem Dei putā, quia conuenit ei regnare, iudicare, dominari, fabricare artificialia, etiam hoc imperiū est commune Angelis, quia habent facultatem dominandi, vt patet ex Paulo, qui Angelos vocat, Dominationes, Principatus, & Potestates, & rectores tenebrarum harum, ad col. 1. & ad Eph. 36. & ex Daniel. 10. vbi Michael vocatur Princeps Hebræorum, & alius Princes Persarum, & alius Græcorum. Deinde si homo est imago, quia autorem suum imitari potest fabricando artificialia, multo facilius, & excellentius

Theodor. Dionys. Greg. D. Th. Isidor. Theod.

tius

tius potest id Angelus præstare.

Theod. Addit denique Theodoretus fęminam non esse factam ad imaginem Dei,& fundamentum potest sumi huius sententiæ ex Paul.1. ad Cor. 11.vbi dicuntur formalia verba. Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago, & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est.

August. *Basil.* *Greg.* *Nissen.* *D.Tho.* Sed communis Theologorum sententia docet tam virum, quam fæminam esse creatos ad imaginem Dei, ita August. 12. de Trinit.c.7. Basil.Homil.10.exam.Greg.Nissen.lib. de Opific. D.Th.1.p.q.93.art.4.ad 1.hominis,& probatur ex illo Gen.1.Faciamus hominē ad imaginem, & similitudinem nostram,& infra creauit Deus hominem ad imaginem suam: quia ibi per hominem non significatur solus vir, sed significatur simpliciter humana natura, quatenus apta est in suis indiuiduis creari,siue vir,siue fęmina, quod subiuncta verba Gen.manifestè declarant: ad imaginem Dei creauit illum, *Aug.* masculum,& fæminam creauit eos, quæ verba ponderauit August. dicens ad imaginem Dei naturam ipsam humanam factam dicit, quæ sexum vtrumque complectitur,nec ab intelligenda imagine Dei separat fęminam.Potestq;confirmari ex illis verbis c.5.Gen.hic est liber generationis Adam in die, qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit eum: masculum, & fęminam creauit eos &c.quibus euidenter explicatur de vtroque sexu.

Denique omnia illa, in quibus Theodor.ponit

ait rationem imaginis, in muliere inueniuntur, quia etiam fæmina eſt capax dominij, & principatus, & artificialia operari nouit, & quod caput eſt, habet facultatem rationalem, & intellectualem, ſecundum quam præcipuè ratio imaginis attenditur, ergo etiam ipſa eſt ad imaginem Dei.

Neque obſtat, quod Theodoret. obijcit ex Paul. 1. ad Cor. 11. ſpecialiter dicente de viro, quod ſit imago, & gloria Dei, nam per hoc non excludit à fæmina eſſe ad imaginem, ſed indicat, in hoc habere virum ſpecialem excellentiam, quia ipſe fuit aliquo modo principiũ fæminæ, & eſt caput eius, ac finis, in quo peculiari modo Deo aſſimilatur. Ita D. Th. 1. p. q. 93 art. 4. ad 1. nam ait vir eſt principium mulieris, & finis, ſicut Deus eſt principium, & finis totius creaturę; vnde cum Apoſtolus dixiſſet, quod vir imago, & gloria Dei eſt, mulier autem eſt gloria viri ſubdit, Apoſt. 1. ad Cor. 11. non .n. vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro, etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. D. Tho.

Petes 19. an anima ſit ad imaginem Dei ſecundum naturam, uel ſecundum gratiam.

RESpondetur primo ex omnium ſententia hominem eſſe à Deo creatum ad imaginẽ ſuam ſecundum naturam; quia homo eſt ad ima-

ginem Dei in quantum in intellectuali gradu cum illo conuenit, sed hoc habet anima rationalis per naturam, sicut, & Angeli, ergo secundum esse naturale animæ conuenit homini ratio imaginis, quamuis gratiam non habeat, Vnde

Aug. August. serm.27.de verb.Apost.c.2, sic ait habemus aliquid amplius, quàm bestiæ, mentem, rationem, consilium, quod non habent bestiæ, in eo facti sumus ad imaginem Dei. Denique vbi scriptura narrat, quod facti sumus, ibi subiungit, vt nos pecoribus non solum anteponat, sed etiam præponat.

Confirmari etiam potest ex Paulo ad Coloss. 3. induite nouum hominem, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum. Nam ex his verbis sic possumus argumentari; homo renouatur per fidem, & gra-

Aug. tiam, vt docet August. lib. 2. de peccat. merit. c. 2. sed quando sic renouatur per fidem, & gratiã, non fit imago Dei, sed perficitur secundum imaginem Dei; ergo ante gratiam supponitur homo imago Dei; ergo per naturam habet, quod sit ad imaginem.

Respondetur secundo multos Patres tenere illa duo verba, imaginis, & similitudinis nempè faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram distingui; itaut imago referatur ad naturam, similitudo ad gratiam, vt si dictum esset; faciamus hominem ad nostram imaginem secundum suam naturam, & nobis similem in

Ambros. gratia, ita refert Ambrosius de dignit. condit. hum.

hum.c.& 5.& lib.6.exam.c.7.origin.lib. 3. Periarch.1.6.Chryloft.Homil.9. in Genef. Basil. Homil.10.Greg. Nissen. Hom.de creat. hom. Theodoret. q. 20. in Gen. & alij. Idem indicat Iren:lib.5.contra hæref.c. 6. dicens propter effusionem spiritus spiritualis,perfectus homo factus est, & hic est, qui secundum imaginem, & similitudinem factus est Dei, & hoc declarans subdit. Si defuerit animæ spiritus animalis est, verè imaginem habens in plasmate, similitudinem verò non assumens per spiritum. *Chrysoft.* *Basil.* *Greg.* *Nissen.* *Theod.* *Iren.*

Fundamentum huius sententiæ esse potest,qa non est credendum, illa verba esse addita distincta sine aliquo mysterio, & peculiari vtriusque vocis significatione. Vnde etiam Damasc. lib.2.c.12. dixit imaginem vim intelligendi, & arbitrij, libertatem significare; similitudinem verò virtutis,quo ad eius fieri potest,perfectionem significare. *Damasc.*

Et confirmari etiam potest, quia cum homo iustificatur, dicitur renouari secundum imaginem eius, qui creauit illum, vt significat Paulus ad Coloss.3. Nolite mentiri inuicem expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum, in quibus verbis significatur hominem esse ad imaginem, etiam si non sit renouatus p gratiam,per quam renouatur ad similitudinem. Hæc sententia est valdè probabilis.

Sequitur ex hac sententia hominem peccando

non

non amisisse, nec amictere illam imaginem naturalem Dei, quam ex vi creationis accepit, qa verò hæc imago ita perficitur per gratiam, vt nouam, & singularem Dei similitudinem recipiat, ideo dicunt interdum Patres amisisse hominem peccando, imaginem Dei, & ita exposuit seipsum August.lib.2 retract.c.24. exponés quod dixerat lib.6.Genes.c.24.27. & 28. scilicet Adam peccando amisisse imaginem Dei, nó sic accipiendum est, inquit, tamquam in eo nulla remanserit, sed quod tam deformis, vt reformatione opus haberet, & sic etiam dixerũt Cyprian. in serm. de bono patientiæ, & Bernard. serm.1.de Annunt. hominem peccando, retenta imagine, similitudinem Dei perdidisse, gratiam enim per similitudinem intelligunt, sed alia sententia dicit, quod ratio imaginis, & similitudinis non differunt inter se, ac proinde verba ad imaginem, & similitudinem non significant res diuersas; sed eamdem magis declarant, itaut particula ad similitudinem, solum denotet illam iginem Dei esse valde perfectam, nam vt rectè dixit D.Th.1.p.q.93.art.vlt. licèt similitudo sit de ratione imaginis, nihilominus, quia similitudo ipsa potest esse magis, & minus, ideo ad denotandam perfectinnem imaginis dici solet habere similitudiné, ac proinde quãuis illæ duę voces coniugantur, idem magis perfectũ significãt.

Aug. *Cyprian.* *Bernard.* D.Th.

Confirmari potest ex illo Gen.5.vbi solum dicitur, creauit Deus hominem ad similitudiné suam, sicut in alijs locis solum dicitur homo ad ima-

imaginem factus, vt Gen. 9. & Ecclesiast. 17. quibus indicatur idē per singulas voces, quod per vtramque simul, significari; imò sap. 2. dicitur Deus creasse hominem ad imaginem similitudinis suæ.

Denique Genes.5. Adam dicitur genuisse filium ad imaginem,& similitudinē suam, quæ verba non videntur posse in alio sensu declarari; ergo in eodem, similia de homine dicta accipi possunt.

Confirmari etiam potest auctoritate Iacobi 3. dicentis in ipsa,vtique lingua, benedicimus Deum, & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt, & similia ferè habet August.q.4.in Deuter. *Suarez.*

Ait Suarez lib.3. de operibus sex dierū cap. 9. num.31.hanc secundam sententiam continere primarium sensum litteralem, primam verò sententiam continere magis sensum spiritualē.

Petes Vigesimo, vtrum in homine sit imago Dei quantum ad trinitatem personarum.

REspondetur ex communi Theologorum sētentia, hominem factum esse ad imaginem Trinitatis, ac proinde etiam Deum Trinum esse terminum huius imaginis,vt docet D.Th. 1.p.q.93.art.5. & reliqui Scholastici in 1.dist. 3. & est sententia Augustini, Ambrosij, & aliorum Patrum exponentium verba illa, facia- *D.Tho.*

mus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Exponunt enim Trinitatem esse, quæ loquitur, vnde cum dicit nostram, indicare ad imaginem ipsius Trinitatis hominem esse factum.

Deinde solet hoc explicari duobus modis, prior est, quia tres potentiæ, scilicet intellectus, memoria, & voluntas in vna anima existentes, tres personas in vna essentia aliquo modo repræsentant. Ita Magister in 1. dist. 3. & sumitur ex Ambros. lib. de dignit. homin. nat. c. 2. & ex August. lib. 10. de Trinit. c. 1.

Ambros.
Aug.

Alter modus, quem magis probat D. Th. 1. 1. p. q. 93. art. 7. ad 3. est, vt hæc imago consideretur in anima, vt actu intelligente, & amante, quia Trinitas personarum in Deo per processiones intellectus, & voluntatis consurgit, ideo per quamdam participationem illarum processionum completur in anima imago Trinitatis, quatenus intelligendo producit verbum, & diligendo amorem.

D. Th.

Concludit denique D. Th. 1. p. q. 93. art. 7. quod imago Trinitatis in anima rationali attenditur, primariò secundum actus verbi, & amoris, & secundariò secundum potentias, & præcipuè habitus, quia principia actuum sunt habitus, & potentiæ, vnumquodque autem virtualiter est in suo principio secundario, & quasi ex consequenti imago Trinitatis potest attendi in anima secundum potentias, & præcipuè secundũ habitus, put in eis, .s. actus virtualiter existũt.

Pe-

Petes 21. vtrum in Adamo appetitus ita fuerit subiectus voluntati, & rationi, vt numquam, aut eam præueniret, aut illi imperanti repugnaret.

Antequam respondeam.

SVppono, naturam hominis secundum se consideratam, etiam si potentias habeat naturalibus virtutibus perfectas, & ornatas, pugnæ, & rebellioni carnis contra spiritum obnoxiam esse, quia habet duplex genus cognitionis, sensitiuæ, & intellectualis, & duos appetitos elicitiuos, sensitiuum, alium rationalem. inter quas facultates naturalis ordo est, vt cognitio incipiat à sensu, & ideo possit rationem immutare, priusquam voluntas operetur, atq; eadem ratione, vt prius etiam excitet appetitum sensitiuum, quam voluntas. Ex hoc igitur genere cōpositionis humanæ naturæ ex carne, & spiritu, & appetitu inferiori, ac superiori oritur pugna, quam in nobis experimur, & quam deplorat Paulus ad Rom. 7. dicens, sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mētis meæ.

Suppono secundo rebellionem carnis cum spiritu posse habere hominem, etiam si sit in gratia, vt nunc experimur, nam per gratiam, quam nos adipiscimur medio Sacramento pænitentiæ, etiam rebellionem carnis sentimus, vt patet ex l. cit. Paul. sentio aliam legem in mem-

bris meis repugnantem legi mentis meæ.

Patet etiam ex Trid.seſſ.5. can. 5. vbi dicit manere in baptizatis concupiſcentiam, & fomitem, quæ per ſe ſumpta peccatum non eſt.

His poſitis.

Suarez Reſpondetur ex communi Theologorum ſententia, teſte Suarez lib.3.c.12.num.9. hominem ex intrinſeca conditione, & compoſitione habere hanc pugnam inter inferiorem, & ſuperiorem appetitum, quatenus per appetitum ad ſenſibilia, & corporalia; per voluntatē autem ad ſpiritualia, & rationi conſentaneā inclinatur; inde habet, vt ex conſideratione ſuę naturæ in ſe purè ſpectatæ nimis debilis, & fragilis ſit ad operandum honeſtum; ac proinde in ſtatu naturę integrę, ſeu in ſtatu innocentiæ, Deus volens ſubuenire huic fragilitati hominis, peculiari dono eum præuenit, vt eam pugnam, quamdiû in iuſtitia perſeueraret, non ſentiret.

Cuius diuinæ prouidentiæ optimæ coniecturæ ſunt. Prima, vt propium Dei opus perfectū eſſet, & pro capacitate hominis viatoris conſumatum.

Secunda, vt facili negotio poſſet homo vitare omnia peccata, ſi vellet.

Tertiò, vt in quodam felici ſtatu viueret, nā ſine dubio ex huiuſmodi pugna, & inordinatis motibus, appetitus ſenſitientis, multum minueretur illius ſtatus felicitas, & perfectio, vt latè *Aug.* proſequitur Aug. lib. 14. de Ciuit. Dei, & alibi.

Sed

Sed dices quomodo facta fuerit hæc pax, & concordia in homine primo, seu integra subiectio inferioris appetitus, ad superiorem, idest quod, vel quale fuerit donum, per quod hic effectus formaliter in homine fiebat.

RAtio dubitandi est, quia appetitus sensitiuus naturaliter mouetur præsentato obiecto sibi conueniente, vel discõueniente, voluntas autem non potest semper præuenire, ne obiectum occurrat sensibus, & postquam offertur non potest ipsa mouere, vel continere appetitum, nisi prius ab intellectu moueatur, cũ autem intellectus per sensus excitetur, prius etiam immutatio sensus, & appetitus præcedit; ergo non est semper in potestate naturali voluntatis humanæ, sicut dixit August. Quin ipsi tangatur, & similiter non est tanta efficacia naturalis voluntatis in appetitum, vt possit omnẽ eius motum cohibere, quamdiù obiectum eius, vel illius cognitio non remouetur, quia ipse appetitus non obedit voluntati despoticè, vt ait Aristot. seu seruiliter, sed ciuili, & politico modo media cognitione, seu phantasia, quã nõ semper põt corrigere volũtas, per solã naturalẽ efficaciã. Propter hæc conueniunt Theologi, ad hunc effectum necessariũ fuisse aliquod peculiare donum humanæ naturæ additum. *Aug.* *Arist.*

His positis.

RESpondet Durandus in 2.dist.29.q.2. hoc factum esse per donum infusum appetitui sensitiuo, quo omnino ad vnum determinabatur, & sensit fuisse distinctum à virtutibus, quatenus in appetitu sensitiuo esse possunt, in quo tamen nō satis definitè loquitur, nam sub disiūctione ait, tale donum includere illas virtutes formaliter, vel virtualiter.

Scotus

Scotus in 2.dist.29. illum effectum factum esse per habitum voluntati infusum, & etiam in appetitu sensitiuo fuisse huiusmodi donum, vt vterque appetitus posset modo præternaturali operari; Scotus l.cit. assignat rationem, & ratio est, quia ad hoc, vt aliquis sit præditus virtute non solùm oportet facilè operari, sed etiam delectabiliter, ac proinde ad hoc, vt potentia inferior ex parte sui delectabiliter obediat rationi necesse est aliquid ponere in potentia inferiori, quo sic delectabiliter feratur in delectabile voluntatis. Non enim videtur, quod ex natura illius potentiæ esset delectabiliter auelli à suo delectabili: nec etiam erat ex natura sua in quantum est inferior voluntate delectabiliter auelli à suo delectabili ab ipsa voluntate, quia iste ordo essentialis manet nunc, & tamen nunc non est talis delectatio; ergo oportet ponere in singulis potentijs appetitiuis inferioribus singula dona: ita quod quælibet per suum donum delectabiliter moueatur à voluntate, & ipsa voluntas per donum suum delectabi-

biliter moueat se ad potentias inferiores. per hoc donum voluntas quasdã delectationes appetitus sensitiui præuenisset, nec vmquam illæ inessent: puta adulterandi cũ puella aliena &c. Quasdã imperasset,& bene eius vsus fuisset homo,puta cognoscendo suã obediẽdo præcepto diuino, illi scilicet crescite,& multiplicamini.

Suarez l.cit. sed nu. 19. ait huiusmodi donũ non solum ponendum esse in voluntate, sed etiam in intellectu, quod est contra Scotum, conuenit verò cum Scoto circa appetitum inferiorem, nam concedit in omnibus potentijs appetitiuis sensitiuis ponendum esse huiusmodi donum. *Suarez* *Scoto*

Addit denique Suarez l.cit.sed num.20.etiã in singulis potentijs non fuisse sufficientem vnum habitum, seu donum, nam in intellectu requirebatur in primis prudentia, sine qua nihil ordinatè fieri potest, prudentia autem supponit moralem scientiam,vt perfecta sit,& hãc non parum confert scientia naturalis, quæ sępè necessaria est ad rectè iudicandum de agendis, etiam in ordine ad bonos mores. potest etiam esse valdè vtilis ad moderatum vsum rerum corporalium, & ad vtendum medijs accomodatis ad moderandum effectus. *Suarez*

Similiter in voluntate perfecta dispositio virtutis tam in materia Religionis,& iustitiæ,quã in materia fortitudinis, & temperantiæ quatenus in voluntate esse possunt, necessaria erat, vt & ipsa esset perfecta inclinata ad honestatẽ

in tota illa materia,& facilè mobilis à recta ratione,& simul esset fortis ad continendum appetitum. Hæc autem dispositio voluntatis non fit per vnum simplicem habitum ergo &c.

Eadem est ratio de appetito sensitiuo quatenus est capax similium habituum, qui augẽdo inclinationem eius ad obediendum rationi in omnibus materijs, quæ ad ipsum pertinent, passiones moderantur suo modo formaliter, quantum per habitum fieri potest, nimirum in actu primo dando appetitui facilitatem, & promptitudinem obediendi quando à superiori imperatur. Non tamen omnino impediendo, ne promoueatur.

Petes 22. an in primo homine ante peccatum fuerint passiones animæ.

Respondetur affirmatiuè, & ratio est, quia homo ante peccatum habuit appetitum sensitiuum; ergo etiam habere debuit actus eiusmodi potentiæ, qui sunt passiones, nec est necesse, vt omnes actus appetitus sensitiui in eo statu locum habuerint, nam aliqui inuoluũt imperfectionem illi statui repugnantem. Vnde D.Th.cit.à Suarez l.cit.sed num 27.distinguit inter passiones, quæ inter bonum, & malum, vel circa præsens, aut futurum versatur, & generaliter ait, passiones circa malum in illo statu non fuisse, huiusmodi sunt tristitia, vel dolor, quæ supponunt malum præsens, quod in

D.Th. Suarez

co

eo ſtatu nullum erat, vt tradit Auguſt. 14. de Ciuit. Dei c. 10. quia omnes iſti actus pertinent ad huius vitæ pœnalitates, iſtæ autem ex peccato originem habuerunt; timor ſenſibilis, verò etiam in illo ſtatu abfuit, quia nullum erat periculum alicuius imminentis mali corporalis, neque aliud huiuſmodi tamquam poſſibiliter futurum apprehendebatur, & ita etiam docuit D. Th. Auguſt. D.Th.

De odio autem nihil dicit, ſed non videtur repugnare illi ſtatui actus odij ſaltem abominationis, ſeu conſequentis ad amorem concupiſcentiæ alicuius boni ſenſibilis; quia tale odiũ nullam imperfectionem ſupponit, quia non eſt de malo, vt præſenti: vel futuro, ſed abſolutè, & ſecundum ſe ſpectato, vt v. g. ſicut poterat Adam amare vitam, ita, & mortem odio habere, quia eadem eſt ratio vtriuſq; imò tale odium mali, eſt virtualis amor contrarij boni. ira autem, & deſperatio illi ſtatui repugnabãt, eadem ratione, quæ triſtitia, vel timor.

At verò in paſſionibus, quæ verſantur circa bonum, amor, & delectatio non ſolum in eo ſtatu eſſe poterant, ſed etiam erant illi maximè conſentaneæ, & ad eius perfectionem neceſſariæ, quia ſine amore, vel voluptate nullum bonum poteſt eſſe perfectum. Fuiſſent autem iſti affectus in illo ſtatu ſolum circa obiecta naturæ conuenientia, & recta ratione regulata. D.Th.

Similiter admittit D.Thom. in illo ſtatu eas paſſiones, quæ circa bonum abſens, vt futurum

ver-

vesantur, vt sunt desiderium, & spes, quia in illo statu non essent omnia bona corporalia præsentia, & discursu temporis comparari possent, & ideo aliqua desiderari, vel sperari possent; cum moderatione tamen, quia nec desideriũ posset transire in concupiscentiam æstuantem, neque spes ita differretur, vt animam affligeret. Alio verò modo solent isti actus quasi per antonomasiam vocari passiones, quatenus in nobis præueniunt rationem, & hoc modo prædictos actus non habuisse in Adamo statũ passionum, sed propassionum iuxta modum loquendi Hieronymi Epist. 22. ad Eustoch. & hæc doctrina applicari potest ad similes actus, prout esse in voluntate, & circa bona, & mala versari possunt. Nam posset ibi esse amor Dei, & odium peccati, & desiderium beatitudinis, et spes eius. timor autem peccati esse posset quoad simplicem fugam peccati, non tamen quoad sollicitudinem, & anxietatem animi; quia non apprehenderetur, vt malum imminens, sed tãtum possibile, quod facilè uitari possit, & sic de cæteris.

Petes 23. vtrum Adam in statu innocentiæ per propios actus sanctificatus fuerit, & consequẽter meritũ gloriæ habuerit.

Sotus REspondet Sotus 1. de natura, & gratia c. 5. negatiuè, & rationẽ assignat, quia Adam in instanti suæ creationis accepit gratiam, & iustitiam

tiam non tamquam beneficium personale, sed pro tota natura; ergo non est data per propium actum, & dispositionem liberam, quia illa, quę dantur quasi per modum naturæ, non dantur dependenter à dispositione libera, suaderi hoc potest, quia non potest homo naturaliter subito, & in primo instanti sufficienter attendere, vt libere possit in vltimum finem statim conuerti, neque aliquid miraculosum sine sufficiēti fundamento asserere debemus.

Præterea *Deus* tunc erat simul condens naturam, & largiens gratiam, ergo concreauit gratiam per modum naturæ; ergo non mediāte actu liberi arbitrij.

His non obstantibus.

RESpondeo Adamum in primo instanti suæ creationis fuisse sanctificatum non tantùm per habitus, sed etiam per propios actus, vt expresè docet D.Th.1.p.q.95.art.1. ad 5. & sequitur Suarez lib.3.c.19.num.3. quia Adam sanctificatus fuit, vt adultus in primo instanti suæ creationis, & consequenter requirebatur consensus ex parte recipientis vtique propius. *D. Tho.* *Suarez*

Respondere potest Scotus, cum motus voluntatis fiat in instanti, potuisse primum hominem in eodem instanti, in quo creatus est per propium motum gratiæ consentire. *Scotus*

Respondetur ex D.Th.3.p.q.34.art.3 quod actus est perfectior, quam habitus, & consequenter sanctificatio Adam cum fuerit sanctificatio more adultorum fuit facta perfectó mo- D.Th.

do

do, ergo per propium actum Adæ. Adam .n. in adulta ætate creatus fuit, & sufficienter dispositus ad vtendum ratione ergo vt adultus sanctificari debuit, & non vt infans. Vnde aliqui DD. teste Perer. in Gen. lib. 4. q. 3.c.2. num. 97. dixerunt Adamum fuisse creatum inter trigesimum, & quadrigesimum annum.

Petes 24. an primus actus Adæ, ad quem se disposuit ad gratiam fuerit elicitus ab habitu, vel totus ab auxilio.

RESpondetur non fuisse elicitum ad habitu, quia repugnat effectum esse causam veram, & realem in quocunque genere sui efficientis principij, vnde fit fuisse talem actum elicitum à voluntate mota, & adiuta diuinis auxilijs operante, & cooperante, seu excitante, & adiuuante: nam si hæc interdum auxilia semper necessaria sunt, ita interdum, & præsertim ad primos actus sufficiunt.

Petes 25. an per illum actum elicitum in primo instanti creationis Adam aliquid meruerit apud Deum.

REspondetur affirmatiuè, nam meruit de congruo primam gratiam habitualem, & de condigno primam gloriam, quia omnes conditiones ad illud meritum necessariæ in persona Adæ, & in actibus eius concurrebant, vt pa-

patet ex Theologis, qui de merito tractant.

Petes 26. an prima gratia collata Adæ in primo instanti suæ creationis fuerit data ex meritis Christi? Ratio dubitandi est, quia Adam in primo instanti suæ creationis, per propium actum fuit sanctificatus, ergo debuit habere fidem Christi, nam sine fide impossibile est placere Deo, eo magis cum omnis gratia dependeat à meritis Christi ex alia parte, videtur Adam ante peccatum non potuisse habere eiusmodi fidem, quia non potuit esse præscius sui peccati, & consequenter incarnationis Christi.

RESpondetur, quod primam gratiam Adam adeptus est ex meritis Christi, & habuisse explicitam fidem incarnationis Christi, prout ordinabatur ad consumationem gloriæ, non autem prout ordinabatur ad liberationem à peccato per passionem, & resurrectionem, vt recte docet D.Th.2.2.q.2.art. 7. & reddit rationem, quia homo non fuit præscius peccati futuri. *D. Th.*

Addit præterea idem D.Thom. l. cit. quod Adam fuit præscius incarnationis Christi per hoc, quod dixit propter hoc relinquet homo Patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, vt habetur Genes.2. & hoc Apost. ad Ephes.5. dicit Sacramentum magnum esse in Christo, & in Ecclesia quod quidem Sacramentum, ait D.

Th.

Th. non est credibile, primum hominem ignorasse. post peccatum autem, addit idem D. Th. fuisse explicitè creditum ab Adam mysterium incarnationis Christi, non solum quantū ad incarnationem, sed etiam quantum ad passionem, & resurrectionem, quibus humanum genus à peccato, & morte liberatur.

D.Th.

Petes 27. an Adam ante peccatū toto tempore potuerit in gratia crescere, eiusque augmentum, & gloriam de condigno mereri.

Suarez. Respondetur ex Suarez lib.3.de operibus sex dierum c.19.num.12.affirmatiuè, & credibile est id sæpius fecisse, quia Adàm toto illo tempore viator fuit, & iustus, & libertatem benè operandi habuit, ordinatusque erat ad vitam æternam; ergo habuit omnes conditiones necessarias ad eius meritum, & augmenti gratiæ.

Hac tamen differentia, quod in primo instanti non potuit Adam mereri gratiam de cōdigno, quia tunc subiectum non erat dignum, nam ad meritum de condigno, inter alias conditiones requiritur dignitas personæ, ergo tantùm potuit mereri de congruo primam gratiā, postea verò potuit per gratiam, quam iam gratis acceperat, tàm gratiæ, quam gloriæ augmētum de condigno mereri, & hanc partem supponunt omnes, qui de illo statu loquuntur, & præ-

præsertim videri possunt Aug. lib de corrept. & gratia c.10.11.& 12.& lib.13.de Ciuit.c.1. 14.& 15.&c.& Gregor. lib. 4. moral c. 26.& aliùs 27. & Damsc. lib.2.de fide c.12.dicens, Deum creasse Adamum liberum, vt cum diuinæ gratiæ adiumento nouos subinde in virtute progressus facere, & rursus ob libertatem, à virtute recedere posset. *August.* *Greg.* *Damasc.*

Quod de facto meruit Adam, quamuis hoc non sit reuelatum, nihilominus supposita potestate per se satis credibile est. Nam Adam non fuit otiosus toto illo tempore, quo in Paradiso vixit, quia nec hoc humanum est, vel morale, præsertim in homine sapiente, & prædito perfectis virtutibus, nec sine aliquo peccato fieri posset. At verò quamdiù mortaliter non peccauit Adam, venialiter peccare non potuit, vt supra ostendi: ergo operatus est rectè,& honestè;ergò meruit, & in gratia credit.

Præterea quando Adam recepit à Deo præceptum non comedendi de ligno scientiæ boni, & mali, credendum est voluntariè illud acceptasse, & propositum habuisse implendi illud, quod sine dubio meritorium fuit.

Insuper quãdo Adam imposuit nominã omnibus animalibus meritorium in ipso fuit: tum quia ex diuina ordinatione id fecit, tum etiam quia fuit valde rationi consentaneum, & ad commoditatem humani generis necessarium. *Greg.*

Addit præterea Gregor. lib. 4. dialog.cap. 1. quod Adam ante peccatum cælestis patriæ gau-

gaudia contéplabatur. In Paradiso quippe, inquit, assueuerat homo verbis Dei perfrui, beatorum Angelorum spiritibus cordis munditia, & celsitudine visionis interesse : sed postquàm huc cecidit ab illo, quo implebatur, mentis lumine recessit, & infra dicit, ita fuisse Adam comparatum, vt animo, atq; intelligentia sua Angelis esset familiaris.

Huiusmodi ergo vitam ducturus erat Adam in Paradiso, eandemque inchoauit, priusquam peccaret.

Petes 28. quale fuerit datum præceptum Adæ in Paradiso.

REspondetur fuisse præceptum non comedendi de ligno scientiæ boni, & mali, vt patet ex Genes. 2. Ex omni ligno Paradisi comedes, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas: in quocumq; enim die comederis ex eo morte morieris.

Petes 29. cuius speciei fuerit illa arbor ligni scientiæ boni, & mali.

RE spondetur ex antiquis aliqui dixerunt fuisse ficulneam repræsentatam in illa, quam Dominus maledicendo exsiccauit, & cuius folijs Adam sua nuditatem operuit. Vnde Isidor. Pelusiot. lib. 1. epist. in si, sic inquit, in hac re arcanus sermo adnexus est à senibus sapientibus ad nos grassatus : nempè hanc transgres-

Isidor.

greſſionis arborem eſſe, cuius etiam folijs ad corpus tegendum, ij qui mandatum violarunt vſi ſunt; & pro eadem ſententia refertur Theodor. Antioch. ab Anaſt. Synaita lib. 8. in examer. Theodoretus quæſt. 28. in Geneſ. idem affirmat, & ſequitur Nicephor. lib. 1. hiſtor. c. 27. & Moyſes Barcepha lib. 1. de Paradiſo. Vbi refert alios dixiſſe fructum ligni ſcientiæ boni, & mali, eſſe frumentum, vel vitem; ſed hoc eſt improbabile. Nam frumentum non eſt fructus, qui ſumptus ex ſegete ſtatim comedi poſſit, neq; ita ſumptus eſt delectabilis: neq; eſt fructus alicuius arboris, ſed herbæ, aut ſegetes. Vitis etiam non eſt propiè arbor, neq; de vite eſt vlla veriſimilis coniectura. *Theodor. Antioch. Niceph. Moyſ. Barceph.*

Alij dixerunt arborem illam eſſe malum propter verba Cant. 8. ſub arbore malo excitaui te.

Suarez loc. cit. ſed c. 21. num. 3. ſimul cum Anaſt. Synaita docet rem eſſe abſtruſam, & ab Eccleſiæ cognitione remotam, & communiter Patres in Geneſ. nihil de ſpecie illius arboris dicere, & non minus ignotam eſſe cenſent, quā arborem vitæ. *Suarez Anaſt. Synaita.*

Neq; eſt etiam veriſimile dicit Suarez fuiſſe ficum, quia ficus non eſt tam pulchra viſui, vt illa deſcribitur Gen. c. 3. Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuq; delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit.

Neque est verisimile assumpsisse primos parentes folia arboris in qua peccauerunt: quibus se tegerent, nam potius tantum malum experti ad illam accedere perhorrescerent, vt recte coniectat Abul, in c. 13. Gen. q. 164.

Abulens. *Iren.* Assignat rationem Iren. lib. 3. cap. 37. cur folia ficus nostri primi parentes acceperunt, quibus se tegerẽt, puta quia erant asperiora, & ex affectũ penitentiæ, ea folia ficus acceperũt.

Petes 30, an Adam tulerit fructum cum propijs suis manibus.

Respondetur negatiuè, sed ex manibus Euæ tulit fructum, & comedit, vt patet ex Gen. c. 3. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectuq; delectabile, & tulit de fructu illius: deditque viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi eorum.

Petes 31. an arbor illa dicta scientiæ boni, & mali fuerit in aliquo noxia, & cur ita sit appellata?

August. Respondetur negatiuè, vt habetur ex Augu. lib. 8. Genes. c. 6. hæc sunt formalia verba. Qui fecerat omnia bona valde in Paradiso, non instituerat aliquid mali. Neque etiam dicta est scientia boni, & mali, quia fructus eius virtutem haberet dandi huiusmodi scientiam;

vel

vel quia Adam prius hanc ſcientiam non haberet, & comedendo fructum illius arboris illam acquirere poſſet: vt quidam finxerunt; manifeſtum eſt autem, & Adam prius ſciuiſſe, quid bonum, vel malum ſit, & materialem fructum arboris non potuiſſe illam efficacitatem naturalem habere; dicere verò à Deo eſſe datam per miraculum fictitium eſt. Gregor. Niſſen. lib. de opificio hominis cap. 20. hanc reddit rationem, nempè quod fructus ille ſub ſpecie boni oblatus, mali experientiam induxit. *Greg.*

Ratio verò frequentius recepta eſt, quia nomen illud fuit impoſitum ab euentu, quia comedendo Adam de illa arbore experimento cognouit bonum, quod amiſit, & malum in quod incidit, vt ait Chryſoſt. homil. 16. in Geneſ. vel per illud nouit malum, vt ait Theodoret. q. 62. in Geneſ. vel quia oſtenſum eſt inobedientiæ malum, & quantum fuiſſet obedientiæ bonum, vt ait Auguſt. 14. de Ciuit. Dei c. 17. & lib. 8. geneſ. c. 6. & 13. D. Tho. 1. p. q. 102. art. 1. ad 4. dicit quod lignum ſcientiæ boni, & mali materialis arbor fuit, ſic nominata propter euentum futurum: quia poſt eius eſum homo per experimentum pœnæ didicit, quid intereſſet inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum. Damaſcen. cap. 11. ſic cit. à Suarez cap. 21. ait arborem illam eſſe ſic dictam, quia poſita eſt, vt obedientiæ, & inobedientiæ eſſet periculum. *Chryſoſt.* *Theodor.* *Auguſt.* *D. Th.* *Damaſc.* *Suarez*

Petes 32. an fuerit corporalis actio comedendi transgressio præcepti commissa ab Adamo.

RESpondetur affirmatiuè, quia id clarè dicit scriptura Gen. 3. Ne comedas.

Petes 33. cur fuit impositum à Deo Adam huiusmodi præceptum.

RESpondetur totam rationem illius præcepti fuisse Dei obedientiam, & diuini præcepti recognitionem, sic Chrysost. homil. 14. in Gen. sic ait. Hæc faciebat, scilicet Deus, quasi Dominus aliquis liberalis domum magnam alicui concredens, vt dominium sibi saluum maneat, paruam tantum pecuniam dandam ab illo præscribat.

Chrysost.

August. lib. 8. Gen. c. 6. sic inquit, Oportebat autem, vt homo sub Domino Deo positus aliunde prohiberetur, vt ei promerendi Dominum suum virtus esset obedientia; & infra. Non esset ergo unde se homo Dominum habere cogitaret, atq; sentiret, nisi aliquid ei iuberetur. Sequitur Rupert. lib. 2. Genes. c. 30. & 31. addit etiam Rupert. etiam ad exercitium fidei, spei, & charitatis præceptum illud impositum est. Abulens. super Gen. c. 13. q. 207. ait, conuenientissimum fuisse illud præceptum nempè ad peculiarem modum subiectionis, & obedientiæ, quia in alijs præceptis aliqua ratio mali,

August.

Rupert.

Abulens.

mali, vel incommodi præter Dei prohibitionem inuenitur, & ideo, vt ait August. dicto c. 13. Genes. talis prohibitio facta est, quod ex sola transgressione voluntatis Dei mala esset, vt inde ostenderetur inobedientiæ malitia, quia ex sola ratione obedientiæ abstinere bonum fuit, & comedere malum, quod aliàs, seclusa prohibitione malum non esset: & similiter D. Th. in opusc. dixit eius ligni esus non ideo prohibitus est, quia secundum se malus esset, sed vt homo saltem in hoc modico aliquid obseruaret ea sola ratione, quia esset à Deo preceptum. Vnde prædicti ligni esus factus est malus, quia prohibitus. *August.* *D. Tho.*

Petes 34. an præceptum datum Adamo ne comederet de ligno scientiæ boni, & mali, fuerit impositum à Deo sub peccato mortali. Ratio dubitandi est, quia materia, videtur esse leuis, & communiter docent Doctores non posse imponi pœnam grauem, nisi transgressio illius præcepti sit grauis.

RESpondetur affirmatiuè, nempè fuisse impositum à Deo huiusmodi præceptum sub peccato mortali: hoc est de fide docet Suarez lib. 3. c. 21. num. 10. quia de facto fides docet, Adam., & Euam præceptum illud violando, mortaliter peccasse: vt patet ex comminatione pœnæ quæ fuit grauis, nempè mors; nam si intelligatur de morte animæ, vt voluit Philo, & *Suarez.* *Phil.*

Greg. senſerunt Gregor. & Eucherius, formaliter
Eucher. continetur prædicta mortalis grauitas. Si verò intelligatur de morte corporis, vt ad litteram intelligi debet, iuxta Paulum, & Concilium Trid. ex comminatione tam grauis pænæ, ita colligitur, præceptum illud obligaſſe ſub graui culpa.

Ad rationem dubitandi.

Reſpondetur, quod quamuis materia illius præcepti ſecundum ſe non ſit grauis, nihilominus vt ſubſtabat diuino præcepto, & voluntati, per quam abſtinentia illa fuit impoſita quaſi peculiare tributum in ſignum ſubiectionis, & obedientiæ, materia erat grauiſſima, & ad obligationem præcepti ſub mortali culpa
August. ſufficientiſſima. Vnde Auguſt. 14. de Ciuit. Dei inquit. Non ideo aliquis debet exiſtimare leue, àut paruum fuiſſe illud commiſſum, quia in eſca factum eſt, non mala quidem, neque noxia, ſed quia prohibita eſt, nam obedientia commendata eſt in præcepto, quæ virtus in rationali creatura mater quodammodo eſt omnium cuſtoſq; virtutum.

Petes 35. an præceptum non comedendi de ligno ſcientiæ boni, & mali obligauerit tantũ ex virtute obedientiæ, vel etiam ex alia ſpecialiori virtute morali.

D.Th. Reſpondetur D. Th. Auguſt. & alijs tenere
Auguſt. obligauiſſe huiuſmodi præceptum tantum

ex

ex virtute obedientiæ. Suarez verò lib.3.c.21. num. 12. probabile tenet non solum ex virtute obedientiæ, sed etiam ex virtute temperantiæ obligauisse, quia ad temperantiam spectat moderatio, seu abstinentia in vsu ciborum. *Suarez*

Petes 36. an transgressio illius præcepti potuerit esse culpa venialis ex leuitate materiæ.

Respondetur ex sententia Suarez l. cit. sed num.13. nullum genus peccati venialis potuit esse in statu innocentiæ. In sententia Scoti etiam in statu innocentiæ potuit esse peccatum veniale. Verum ex leuitate materiæ ex hoc capite transgressionem illam non potuisse esse leuem, seu venialem: quia videtur satis probari ab effectu, quia comestio Adæ in materia satis parua fuisse videtur. Vnde scriptura ad explicandam transgressionem grauem, tam viri, quàm fæminæ solum dixit, tulit de fructu eius, & comedit, deditque viro suo, & comedit, indicans quancumq; comestionem ad grauem transgressionem suffecisse. Intelligendum tamen hoc est, quando actus prohibitus circa talem materiam esset completus, sub ea ratione, sub qua prohibitus fuerat, nimirum sub ratione comestionis, iuxta verbum Dei dicentis; De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. Vnde licèt aliquis aspectus, vel tactus aliquo modo inordinatus fieret circa *Suarez* *Scotus*

fructum illius arboris, illud non esset peccatum mortale, saltem ex vi actionis exterioris, quamuis esse posset ex intentione operantis. Neq; obstant verba Euæ respondentis serpenti, Præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud Genes. 3. nam verbum illud ne tangeremus, secundum probabiliorem sententiam, per exagerationem additum est, vel ab Adamo, quando præceptum Dei Euæ declarauit, vt eam cautionem ad seruandum Dei præceptum redderet, vt ex alijs refert, & probare videtur Ambros. lib. de Paradiso c. 12. vt alij volunt, ab ipsamet Eua additum est, ad rigorem pręcepti exagerandum. Igitur tactus, vel aspectus sibi prohibiti de se non esset peccatum mortale; immo si bona intentione fieret, nullum esset peccatum, quia non erat prohibitum, nec per se malum, sed indifferens. Et ideo si absq; fine honesto fieret ad summum esset veniale peccatum, vel actus otiosus; hoc autem genus venialis peccati in statu innocentiæ esse non posset in opinione Suarez, secus est in opinioni Scoti.

Ambros.

Petes 37. an masticatio cibi prohibiti sine traietione illius ad stomachum, & sine intentione declutiendi cibum esset peccaminosa, & in quo gradu.

Respondetur qui putant, masticationem non esse intrinsecam comestioni, sed præuiam ad

ad illam, consequenter dicere possent non esse prohibitam ex vi verbi ne comedas, & consequenter nullum esse peccatum.

Suarez verò l. cit. sed num. 15. tenet probabilius fore talem actionem peccaminosam suppositа tali prohibitione. Nam licèt sola masticatio cibi, dicit Suarez, non sit comestio, nec semper sit ad illam necessaria, quia potest interdum cibus deuorando comedi, sine diuisione, vel attritione ipsius; nihilominus quando sit, est quædam inchoatio manducationis, & ideo aliquale fuisse peccatum. Non tamen consumatum, & perfectum, ac subinde neque mortale, si non transmicteretur in stomachum, nec ea intentione masticaretur, quia iuxta communem sensum, & doctrinam de ratione comestionis est traiectio cibi in stomachum, per illud autem præceptum sola comestio prohibita est. *Suarez.*

Petes 38. an præceptum illud fuerit impositum soli Adæ, vel Adæ, & Euæ simul.

RESpondet Rupert. lib. 2. in Genes. c. 32. & sequitur Caiet. & Perer. lib. 6. in Genes. q. 6. Adæ, & Euæ fuisse impositum huiusmodi præceptum. Fundamentum est, quia Eua ipsa dixit, præcepit nobis Deus. Ambrosius verò lib. de Paradiso c. 12. August. Gen. 8. cap. 17. Chrysost. homil. 10. & Anast. Sinaita lib. 9. exam. docent soli Adæ fuisse impositum præceptum. *Rupert.* *Caiet.* *Perer.* *Ambros.* *August.* *Chrysost.* *Anastas. Syna*

ceptum. Suarez lib. 3. c. 21. num. 16. dicit præceptum illud immediatè soli Adamo fuisse à Deo ipso pronunciatum, vel corporali, ac sensibili vocis specie, vel sola intellectuali reuelatione, vtrumq; modum vt possibilé proponit August. lib. 8. Genes. c. vlt. sed neutrum definitè eligit; Ystella Gen. 2. putat latum esse præceptum per solam internam reuelationem, dicit præterea Suarez loc. cit. per Adam fuisse promulgatum præceptum Euæ.

Suarez. *August.* *Ystella.*

Petes 39. an soli primis Parentibus fuerit impositum præceptum à Deo vt non comederent de ligno scientiæ boni, & mali, an etiam posteris Adæ.

Suarez.

Respondetur ex Suarez l. cit. sed num. 17. preceptum illud impositum esse primis Parentibus, non vt personale tantum, idest ad solas ipsorum personas obligandum, sed vt legem perpetuam, & generalem; quæ obligatura erat omnes filios Adæ in statu innocentiæ nascituros si perseuerasset.

Pererius lib. 4. in Genes. q. 2. dicit incertum esse, & inexplicabile, an si status innocentiæ permansisset, posteri Adæ illa lege obligandi essent.

Petes 40. an solo præcepto, an potius ex addito nouo pacto posteri Adami in ipso capite fuerint obligati.

RESpondet Sotus lib. 1. de natura, & gratia c. 10. cum quo sentire videtur Vasquez c. 2. disp. 133. c. 1. non fuisse peculiare pactum, sed ex vi solius præcepti obligationem illam Adamo, & toti eius posteritati in ipso fuisse impositam. Fundamentum Soti est, quia tale pactum videtur fabulosum cum nulla auctoritate nitatur, neq; vlla sit necessitas talis pacti. *Sotus* *Vasquez*

Probatur quia Genes. 3. solum fit mentio præcepti prohibentis esum ligni vitæ, & comminationis pęnæ, in quibus nullum pactum includitur.

Neque etiam fuit necessarium, quia ad præcepti obligationem non erat necessarius Adæ consensus, quod non minus verum est quoad obligationem totius naturæ in Adamo, quàm quoad omnem obligationem singularum personarum in seipsis: & similiter ad incurrendum reatum pęnæ voluntas Dei comminantis illam, etiam si consensus totius naturæ per voluntatem Adæ non præcesserit, satis erat; ergo nullo titulo necessarium fuit tale pactum.

Sed oppositam sententiam defendit Suarez lib. 3. de operibus sex dierum cap. 21. num. 20. nempè obligationem illam ex peculiari pacto inter Deum, & genus humanum prouenisse, *Suarez.*

ita

Cathar. *Salmer.* *Soto.* ita docuit Catherin. opusc. de peccat. origin. c. 8.& latè defendit Salmeron super ad Rom. 5. disp. 45. in fine, vbi refert eundem Soto ad Rom. 5. hoc pactum agnouisse,& in eius probatione adducit illud Ecclesiast. 15. Deus ab initio constituit homine &c. adiecit mandata, & præcepta sua, si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere: quod verbum vltimum, ita exponit si quod spontè placuit promictere, paciscendo seruaueris. Addit etiam illud Ecclesiast. 17. testamentum æternum constituit cum illis, quia nomine testamenti pactum significatur iuxta vsum Scripturæ, & proprietatem vocis Hæbraicæ. Tertio adducit illud Genes. 17. Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit delebitur &c. quia pactum meum irritum fecit, quod de pactô cũ Adamo inito exponit August. lib. 2. de nuptijs c. 11. Quarto exponit illud Oseæ 6. ipsi autem sicut Adam *August.* præuaricati sunt pactum meum, ibi præuaricati sunt in me; Sed duo aduertenda sunt etiã secundum hanc opinionem. Primum quod fuit peculiaris institutio Dei, nempè quod filij non dum geniti ab Adamo, qui transgressus præceptum Dei, censerétur peccasse in Adam Adamo peccante hanc assertionem non negaret Soto, nam expræsè requirit voluntatem *Vasquez* Dei:& illam rectè declarat Vasquez 1.2. disp. 132. cap. 9. quia ex natura rei lex data parentibus etiam si detur vt vera lex, & perpetuò dura-

duratura, non obligat vllo modo filios, donec generentur, & capaces sint præcepti, vt patet in omnibus alijs legibus diuinis, & humanis, hac excepta, ergo vt hæc lex vim haberet necessaria fuit peculiaris institutio, & voluntas Dei: & declaratur hoc amplius in hac eadem lege. Nam si Adam non comedisset de ligno scientiæ, & consequenter status innocentiæ perseuerasset, & postea Cain filius Adæ de illo fructu comedisset, Enoch filius eius nullo modo in eo peccaret, nec propterea iustitia priuaretur; ergo signum est, illam legem ex vi sua non obligasse filios in parentibus, sed tantum in suis personis, & temporibus suis; ergo quando lex illa aliter ligauerit posteros in Adamo, non fuit ex sola legis natura, sed ex peculiari voluntate, & institutione Dei.

Secundum est quo ad prædictum modum obligationis non fuit necessarius consensus Adæ etiam vt capitis continentis in virtute totam posteritatem. Vnde si nomine pacti in rigore, & proprietate significetur illud vinculum, quod ex formali consensu duorum oritur, ac pendet, non intercessit tale pactum, nec ad prædictam obligationem necessarium fuit: quia voluntas Dei per se est sufficiens ad inducendam omnem obligationem possibilem sine consensu eius, cui eam imponere vult. Vnde sicut potuit illo præcepto obligare omnes homines præsentes, & futuros, non postulando ab eis consensum, sed exigendo, ita

etiam

etiam potuit totam naturam in Adamo obligare non expectando consensum, seu voluntariam acceptationem, etiam per voluntatem Adæ, sed exigendo, seu absolutè, & efficaciter obligationem imponendo.

Idem accidit quando Deus fecit pactum cũ Abraam, quandoquidem obligauit Abraam, & suos posteros ad circumcisionem, & non expectauit consensum Abreæ, & suorũ posterorum, sed induxit Deus absolutam obligationem Abreæ, & suis posteris, nullo expectato eorum consensu, vt legem circumcisionis seruarent; vt patet ex verbis scripturæ. Tu Abraam custodies pactum meum, & semen tuum post te. Et iterum hoc est pactum meum, quod obseruabitis, & ita multi Patres exponunt verba illa Genes. 17. quia pactum meum irritum fecit, quod de solo præcepto circumcisionis intelligunt Patres.

Petes 41. an Adam habuerit notitiã, & reuelationem illius pacti, seu decreti diuini, nempè præcepti, scilicet, vt non comederet de ligno scientiæ boni & mali cum pœna amittendi gratiam, & iustitiam originalem, non solum sibi, sed etiam suis posteris.

Suarez RESpondetur ex Suárez loc. cit. sed num. 29. habuisse Adamum notitiam, & reuelationem illius pacti, seu decreti diuini, non propter consensum ab ipso Adamo exigendum,

quia

quia talis reuelatio ad prædictum modum obligationis non esset necessaria, sed propter alias causas; vna est vt Adam magnitudinem beneficij à se Deo sibi collati agnoscere,& extimare posset, nam beneficium de se perpetuum, & pro tota posteritate collatum multo maius est, quàm beneficium personale tantum, etiam si sub aliqua honesta, prudenti consideratione conferatur. Secundò etiam oportuit eandem conditionem, sub qua beneficium fiebat, illi innotescere, vt ipse parens ad custodiendum depositum vigilantior, & cautior redderetur. Tertiò fuit etiam hoc valdè conueniens, vt ipse Adam in propia persona, & voluntate grauius obligaretur ad illud præceptum seruandum, & vt transgressio præcepti, si fieret magis esset voluntaria, minusq; excusabilis.

Petes 42, quod fuerit initium peccandi Euæ.

Respondetur ex August. cit, à Suarez lib.4. de opere sex dierum c. 2. num.5. initium peccandi in Eua fuisse superbiam, & potest confirmari ex Ecclesiast, 10. initium omnis peccati, superbia est. D.Th. 2. 2.q.165.art.2. & alij docent. Primum peccatum superbiæ in Eua fuisse appetitum similitudinis ad Deum, quem appetitum non concepit donec serpens replicauit, & dixit; Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij &c. *August.* *D. Tho.*

Aliqui dixerunt Euam priusquàm à diabolo

lo tentaretur, peccasse per superbiam, & nimiam confidentiam sui. Rupert.lib.3.in Gen. c. 2. sentit aliquod peccatum Euæ totam serpentis tentationem antecessisse, & dicit Euam culpa sua, & inordinatis actionibus tentationi occasionem præbuisse. Sed nostra sententia supra explicata, quæ est August. & D.Th.2. 2.q. 65. art. 2. est probabilior; Nam Eua, nec ante, quam serpenti responderet, nec in verbis, per quæ serpenti respondit, aliquid peccauit.

Rupert.

August.
D. Th.

Petes 43. vtrum initium peccandi in Adamo fuerit superbia.

Scotus

RESpondet Scotus in 2. dist. 21. q. 2. dicit initium peccati Adæ fuisse excessum amoris erga vxorem, nam plusquam Deum, illam dilexisse videtur, quandoquidem ne illi displiceret Dei mandatum transgressus est; quæ sententia suaderi potest ex verbis ipsius Adæ, nam cum à Deo de peccato suo argueretur respondit. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno, & comedi. Per quæ verba se tacitè excusauit, quod amore suæ sociæ ductus petitioni eius consenserit.

August.

Fauet huic sententiæ August.lib.11.Genes. cap. 42. vbi ait, Adamum non carnis victum concupiscentia, sed amicabili quadam beneuolentia erga vxorem Deum offendisse; hæc sunt formalia verba August.Noluit enim eam

con-

contriſtare, quam credebat poſſe ſine ſuo ſolatio contabeſcere, ſi ab eius alienaretur animo,& omnino illa interire diſcordia,& adiungit exemplum de Salomone, qui amore mulierum idola colebat,quamuis non crederet illis eſſe ſeruiendum, quo exemplo vtitur Aug. lib.14.de Ciuitate Dei cap.11.dicens Adam non tamquam verum loquenti credidiſſe Euæ, ſed ſociali neceſſitudini paruiſſe,& inferius addit, quod Adam,ſciens,& prudens peccauit ne vxori diſpliceret. Sed inexpertus diuinæ ſeueritatis, inquit, in eo falli potuit, vt veniale crederet eſſe commiſſum. *Auguſt.*

Addit præterea Scotus, quod primum peccatum Adæ non fuit ſuperbia, quia non fuit ex amore ſui, nam vt ſupponit Scotus appetitus ſuperbiæ eſt nimius amor ſui.

Antecedens probat ex differentia inter Angelum, & hominem, nam primò intelligit ſe, & ideo primò potuit peccare per ſuperbiam, nimium amando ſe: homo autem prius alia obiecta ſenſibilia intelligit, quam ſe, & ideo non potuit primo peccare ex nimio amore ſui. Vnde vlterius concludit Scotus peccaſſe primò ex nimio amore vxoris, quia non habuit aliud obiectum ſenſibile, quod ad peccandum eum excitaret.

Contraria ſententia eſt communis Theologorum, & præſertim eſt D.Th.2.2.q.163.art.2. nempè primi hominis peccatum fuiſſe ſuperbiam, quia inordinatè appetijt diuinam ſi- *D. Th.*

militudinem non modo quoad ſcientiam boni, & mali, quam principaliter appetijt, ſed quo ad operandi poteſtatem ſecundariò appetendo propijs viribus conſequi diuinam felicitatem; nullo autem modo diuinæ naturæ ſimilitudiné appetijt, ſcilicet illam ſimilitudinem, omnimodę æquiparantiæ, quia hanc ſimilitudinem primi parentes non appetierunt, quia talis ſimilitudo ad Deum non cadit in apprehenſionem, præcipuè ſapientis; itaque appetijt ſimilitudinem in Dei per modum imitationis. Nam, vt
D.Tho. docet idem D.Th.l.cit. primus homo peccauit principaliter appetendo ſimilitudinem Dei quantum ad ſcientiam boni, & mali, ſicut ſerpens ei ſuggeſſit, vt ſcilicet per virtutem propiæ naturę determinaret ſibi quid eſſet bonum, & quid malum ad agendum, vel etiam, vt per ſeipſum præcognoſceret quid ſibi boni, vel mali eſſet futurum. Et ſecundariò peccauit, appetendo ſimilitudinem Dei quantum ad propiam poteſtatem operandi, vt ſcilicet virtute propię naturæ operaretur ad beatitudinem conſequẽ-
Auguſt. dam. Vnde Auguſtin. 11. ſuper Geneſ. dicit, ꝙ menti mulieris inheſit amor propiæ poteſtatis.

Suadetur hæc ſententia ex Scriptura, & Patribus. Primò ex verbis Dei ad Adam Geneſ. 3. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum, quæ verba ironicè dicta fuerunt, vt omnes Patres affirmant. Au-
Auguſt. guſt. 11. ſup. Geneſ. c. 39. ait, illa verba fuiſſe Dei inſultantis Adamo, quia non ſolum non

fue-

fuerit factus, qualis fieri voluit, sed neq; illud quòd factus fuerat conseruauit, & Chrysost. Homil. 18. in Genes. latè idem docet, & inter alia ait, vult Deus per hæc verba in memoriã referre, quomodo decepti fuerint à diabolo per serpentem, & quod spe potiendæ diuinitatis cibum hunc sumere ausi sunt; vbi de vtroque loquitur, & postea specialiter applicat verba Dei ad Adamum hoc modo: propter hoc contempsisti mandatum meum? Ecce quod expectasti factus es: imò non quod expectasti, sed qualem te fieri dignum erat. Et Homil. 31. in Matth. ironicè etiam verba illa exponit, & in Homil. 6. in varios Matthei locos prius ait, & his primus homo expectationibus à diabolo inflatus, precipatusque est, sperans enim esset Deus etiam, quod habebat amisit. idem intellexit Theodor. q. 40. in Gen. & Greg. Nissen. in fragmentis, seu in lib. de cognit. Dei tom. 3. biblioth. *Chrysost.*

Petes 44. an Adam fuerit tentatus immediatè à Dæmone, vt comederet de ligno scientiæ boni, & mali.

RESpondetur Euam immediatè tentasse Adamum ad comedendum de arbore vetita, & ipsa induxit mediatè verò fuit dæmon: hoc significauit Scriptura illis breuissimis verbis, dedit viro suo, quæ ita omnes Patres intellexerunt, & est communis sensus Ecclesiæ. Non autem explicat Scriptura, quomodo, aut

quibus verbis Eua maritum ad comedendum induxerit; non videtur autem dubium, quin præter actionem offerendi fructum arboris, verbis, & precibus induxerit virum ad comedendum, vt omnes notant, quia mulier efficaciter desiderabat, habere virum socium in manducatione cibi, sola autem oblatio fructus, vel etiam simplex inuitatio ad comedendum non erat sufficiens inductio, & ideo verisimile est, adhibuisse preces, vel aliquid huiusmodi, & præsertim credibile est, quod omnes auctores declarant, narrasse mulierē viro suo, quòd de fructu illo comedisset, nihilque mali sensisset, imò visum esse optimum, ac delectabilem.

Petes 45. an Eua narrauerit Adamo promissiones serpentis nempè eritis sicut dij scientes bonum, & malum, vt illis auditis potuerit animus Adæ in superbiam eleuari.

Perer. Respondet Pererius lib. 7. in Genes. non esse verisimile, Euam narrasse Adamo dicta, & promissa serpentis, vt illis auditis putauit animus Adæ in superbiam eleuari, nam si ea aperuisset, facilè Adamus animaduertisset fraudes Demonis, sibique cauisset.

Bellarm. Sed contrarium pro comperto habet Bellarmin. lib. 3. de amission. grat c. 5. §. vltimo, vbi ait, illa eadem verba, eritis sicut dij scientes bonum, & malum, fuisse occasionem superbiæ tam

tam viro, quàm fæminæ, nam ficut præceptum non comedendi folus vir à Deo audiuerat, & per illum explicitè, & diftinctè fæminæ promulgatum eft,ita è contrario, tentationis verba promifforia fola mulier à ferpente audiuit, & per illam in notitiam Adæ peruenerunt;hic modus videtur infinuari ab Auguft. lib. 11. Genef.c.30.dum ait de Eua fumpfit de fructu eius, & manducauit, & dedit etiam viro fuo fecum. *August.*

Præterea nulla eft ratio ad credendum,confultò voluiffe mulierem illud fecretum marito celare, cum non celaret factum, & aliquam rationem redditura effet, ob quam aufa fuiffet de ligno vetito comedere. Præfertim cùm iam effet experta ex efu fructus vetiti mortem non fuiffe fecutam, neque aliquod aliud malũ in fe animaduertiffet.

Petes 46. vtrum Adam etiam per infidelitatẽ peccauerit, vel quæ peccata poft fuperbiam commiferit.

RESpondent multi antiqui Patres Adam fuiffe feductum deceptione fidei contraria ita fenfit Ignatius Epift.5. ad Trallianos. idem docuit Tertullianus lib. 2. contra marcionem c. 2. vbi aufus eft dicere. Quis dubitabit ipsũ illud Adæ, delictum hærefim pronunciare? & infra, confeffus eft deceptionem; non occultauit feductricem. idem afferunt Cyrill. Ale- *Ignat.* *Tertull.* *Cyrill.* *Alexand.*

Cyprian. Prosper. xandr. lib.2.in Ioann.& Cyprian.lib.de viuit. Ecclesiæ, & clarius docuit Prosper contra collatoré c.19.vbi de Adam ait, perdidit prius fidem, perdidit charitatem &c.

Alij dicunt Adam dici non fuisse seductum, quia in scriptura non legitur seductio eius sicut de Eua legitur: nam illa deceptionem suam confessa est:non auté vir, sicut ad Hebr. 7.dicit Paulus, Melchisedech fuisse sine patre, & matre, non quia illis caruerit, sed quia in Scriptura non leguntur: ita indicat Theoph.& sequitur Hugo de S.Vict.q.16. in Gen. Theodor. Hugo.

August. Sed sententia August. cæteris præferenda est: nimirum Euam fuisse seductam credendo aliquid contrarium verbis Dei; vtique existimando non fuisse malum edere de ligno scientiæ boni,& mali. Adam autem non fuisse ita seductum, sed sciendo illud esse peccatum ductum, amore fæminæ comedisse. ita Aug. lib. 11. sup. Gen.c.42. & lib.14.de Ciuit.cap.11.

Fundamentum est clarum in scriptura ex Paul.1.ad Tim.2.Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit, nam iuxta hoc Pauli testimonium necessarium videtur dicendum Adam nullam infidelitatem commisisse, quia aliàs nullum esset discrimen, quod inter ipsum, & Euam Paulus constituit, vt benè probat Suarez lib.4.c.4.num.1.

Sed

Sed dices August. in locis citatis docuit Adamum in multis deceptum fuisse. primò, quia veniale esse credidit contra Dei præceptum comedere de ligno vetito propter amorem mulieris, qui error non paruus, sed fidei contrarius est. Secundò quia credidit se nõ moriturum etiam si comederet de ligno, quia viderat vxorem non esse mortuam.

RESpondetur, licèt ista omnia concedantur eo modo, quo proposita sunt, nihilominus simpliciter verum est, quod Apostolus ait Adã non fuisse seductum. Nam seducere propiè est, alium in errorem inducere, & è contrario seduci est arte, & circumuentione alterius à veritate auerti, & decipi, quomodo decepta est Eua, non autem Adam. Nam si illis modis deceptus Adam fuit, non propter serpentis promissionem, nec propter fidem, quam verbis eius, aut vxoris adhiberet; sed propter propiã coniecturam, adiutam partim elatione superbiæ, partim inordinato affectu erga vxorem in eas falsas cogitationes inductus est, quia ergo non circumuentus ab alio, nec per astutiam alterius errauit, si errauit, ideo negatur fuisse seductus. Deinde ad singula respondendum est, & primò, quod dixit August. quia Adam veniale credidit esse cõtra præceptũ Dei comedere de ligno vetito propter amorem mulieris, hoc non est intelligendum de peccato veniale

propiè, & in rigore ſumpto, vt diſtinguitur à mortali, nam fuiſſet craſſiſſimus error, qui non poterat tam facilè cadere in mentem ſapientis viri, vt erat Adam. Vocauit ergo Auguſt. veniale id cuius venia de facili ſperatur; & ita expoſuit Auguſtinum D.Th.2.2.q.163.art.4. ad 3.dicens, Adam inexpertus diuinæ ſeueritatis credidit illud peccatum eſſe veniale, ideſt de facili remiſſibile. Hæc autem credulitas in hoc ſenſu non continet errorem contra fidem, neque deceptionem ex aſtutia alterius, ſed ex nimia paſſione, & facilitate credendi ex illa redundante, & iuxta hoc facilis eſt reſponſio ad ſecundum: nam licèt Adam crediderit ſe non moriturum fuiſſe propter experimentum Euæ: nihilominus non eſt veriſimile, id credidiſſe in ſenſu contrario verbis Dei, ſeu exiſtimando, quod perinde eſt, Deum falſum dixiſſe; nam in primis Adam tantum fuerat expertus Euam non ſtatim fuiſſe mortuam; non verò quod nõ eſſet poſtea moritura, ſeu quod non facta fuiſſet mortalis; ergo ex vi illius experientiæ ſolum inducebatur, vt crederet ſe etiam nõ fuiſſe ſtatim moriturum, quamuis comederet; nihilominus potuit id ſperare, & poſſibile credere ex indulgentia, & remiſſione Dei, quæ etiam non erat contraria verbis, & comminationi Dei, vt per ſe conſtat: ergo etiam hic lapſus mentis Adę non fuit per circumuétionem erroris fidei contrarij, ſed per nimiam, & imprudentem fiduciam ortam ex affectu ad

Auguſt.

D.Tho.

vxorem inordinato.

Ex his ergo.

COncludendum eſt ſecundum *A*dę peccatum non fuiſſe infidelitatem non ſolam propiam, quæ eſt cum pertinacia,& hæreſi,verum etiam nec minus propiam, quæ eſt per errorem, abſque pertinacia, quamuis ſine culpa, per negligentiam, & ignorantiam culpabilem, vel temeritatem in iudicio ferendo de rebus ad fidem pertinentibus.

Nec Euam in eam infidelitatem incidiſſe formaliter,& cum pertinacia,ac propia hæreſi, ſed ſolum materialiter, ideſt ſine pertinacia,ac propia hæreſi, vt probat Suarez lib. 4.c.3.nu. 24.& colligi etiam poteſt ex D. Th. in 2. diſt. 22.q.1.art.1. ad 1. vnde dicit de primis hominibus, quod non crediderunt falſum dixiſſe, ſed crediderunt fortè alio modo intelligendũ fore metaphoricè, vel ad aliquid ſignificandũ dictum eſſe. *Suarez, D.Th.*

Ergo ſecundnm peccatum Adæ fuit inordinatus amor ad vxorem; ita ſumitur ex *A*ug. lib.14 de Ciuit.Dei c.11.& lib.11. Gen.c.42. vbi ait, *A*dam comediſſe de ligno, vt complaceret vxori; ergo præceſſit nimia beneuolentia vxoris antequam de ligno comederet. *Auguſt.*

Tertium peccatum *A*dæ fuit, quod de ligno vetito comedit:in hoc autem peccato plures malitiæ diſtingui ſolent, vt gulæ, furti, ac inobedientiæ, & licèt probabile ſit illam inobedientiam non fuiſſe formalem, ideſt, ex di-

rę-

recta intentione non obediendi Deo, nec ex propio contemptu præcepti eius; nihilominus censet Suarez lib.4.c. 4. num. 25. illam fuisse specialem malitiam distinctam ab alijs, quia ex principali intentione Dei præcipientis illa prohibitio posita fuerat ad subiectionem profitendam, & quasi per modum tributi impositi in recognitionem diuini dominij.

Suarez

August. His addit August. in Enchiridio c. 45. malitiam homicidij, quia homo semetipsum præcipitauit in mortem, & fornicationis spiritualis, quia integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est, & auaritiæ, quia plusquã illi sufficere debuit appetiuit.

Sed hæc sunt partim metaphoricè dicta, partim verò declarant circumstantias, quæ potuerunt peccatum illud notabiliter aggrauare intra eandem speciem, quia sunt generales, quamuis probabile sit illam de homicidio fuisse specialem.

Aliud Adæ peccatum fuisse creditur dubitasse de sensu comminationis Dei, eo quod videret vxorem per esum ligni non fuisse mortuam, & fortasse hoc vocauit sacrilegium

August. August. in Enchiridio c. 45. dum ait, in illo peccato vno fuisse sacrilegium, quia Deo non credidit. Non enim in verbo non credendi propiam infidelitatem intellexisse, quia hoc nõ consonat doctrinę ipsius in alijs locis; ergo sacrilegium vocare videtur, quia noluit verba Dei simpliciter, sed in suo sensu accipere, vt

licen-

licentiam peccandi assumeret.

Tandem additur aliud peccatum ab Adamo commissum quando peccatum suum excusauit, eo quòd Deo imputare voluerit, quod ei dando sociam, occasionem peccandi præbuisset. Vnde Gregor.lib.4.moral. c.28. aliàs 25. & lib. 22. c.9. aliàs indicat illam excusationem ex superbia fuisse, & per illam atrociorem fuisse factam priorem culpam; idem ait August. 14. de Ciuit. Dei c. 14. dicit Adam ex superbia peccasse quando se excusauit, quia voluit culpam suam in mulierem referre. *Greg.* *August.*

Petes 47. quis grauius peccauerit, Adam, an Eua.

RESpondetur ex communiori sententia Theologorum Euam grauiùs peccasse Adamo, & præsertim ita docet D. Thom. 2. 2. q. 163. art.4. vbi dicit, quod si consideratur considitio personæ vtriusque scilicet viri, & mulieris. Peccatum viri fuit grauius, quia erat perfectior muliere, sed quantum ad speciem peccati, scilicet superbiæ grauiùs peccauit mulier triplici ratione. Primò, quia maior fuit elatio mulieris, quàm viri. Mulier enim credidit verum esse, quod serpens suasit: scilicet quod Deus prohibuerit esum ligni ne ad eius similitudinem peruenirent; & ita dum per esum ligni vetiti Dei similitudinem consequi voluit, superbia eius ad hoc se erexit quod *D.Th.*

con-

contra Dei voluntatem aliquid voluit obtinere; ſed vir non credidit hoc eſse verum. Vnde non voluit conſequi diuinam ſimilitudinem contra Dei voluntatem: ſed in hoc ſuperbiuit, quod voluit eam conſequi per ſeipſum. Secundò, quia mulier non ſolum ipſa ſed etiam viro peccatum ſugeſſit: vnde peccauit in Deum, & in proximum. Tertiò, in hoc quod peccatum viri diminutā eſt ex hoc quod in peccatum conſenſit amicabili quadam beneuolentia, qna plerumque fit, vt offendatur Deus ne homo ex amico fiat inimicus: quod eum facere non debuiſſe diuinæ ſententiæ exitus indicauit.

Scotus Scotus in 2. diſt. 22. q. 1. quod peccatum Adæ fuit per accidens maius peccatum illo Euæ; quia Adam fuit circumſpectior, nobilior, & fortior ad reſiſtendum, & ideo per accidens ſuum peccatum fuit maius. Tradita enim fuit Adæ iuſtitia originalis tamquam digniori, ac fortiori: ita quod ſi eam perderet, pro ſe, & tota ſua poſteritate perderet. Non ſic autem fuit tradita mulieri, ideo Adę peccatum accidentaliter fuit grauius peccato Euę, formaliter tamen per ſe merè, & pręcisè in ſe peccatum Euę fuit grauius, nempè quia Eua voluit ſibi vſurpare ęqualitatem diuinitatis; vt dicit Magiſter, & Auguſt. cit. à Scoto l.cit. vnde habens auiditatem ęqualitatis Dei, & ſciētię diuinę fuit ſeducta, vir autē non fuit ſeductus, vt vult Apoſt. ad Tim.cap.2. Caiet.

Magiſt. *Scotus* *Caiet.*

ſuper

ſuper Geneſ. c. 3. dicit fuiſſe maius peccatum Adæ illo Euæ, quam ſententiam videtur ſequi Bellarm. lib. 3. de amiſſione gratiæ c. 9. & mouetur in primis auctoritate Ambroſij lib. de inſtit. Virg. c. 14. vbi multis titulis profert, & exagerat peccatum Adæ. Primò, quia erat fortior fęmina, & ideo minorem excuſationem habet. Secundò, quia mulier ab altiore creatura ſeducta eſt, ſcilicet à demone per ſerpentem, vir autem ab inferiori, ſcilicet à fęmina. Tertiò, quia Adam grauius punitus eſt, nam ei dicitur terra es, & in terram ibis, vxori autem, in dolore paries filios. Quartò, quia Adam immediatè à Deo ipſo præceptum acceperat, vxor verò per virum. Poteſt etiam addi quinta ratio, quia maius damnum apportauit generi humani peccatum Adæ, quàm illud Euæ, nam per illud Adę tota eius poſteritas priuata eſt iuſtitia originali; quod videtur concedere D. Th. 2. 2. q. 163. art. 3. ad. 2. *Bellarm.* *Ambroſ.* *D. Thõ.*

Nihilominus, ait Suarez lib. 4. de operibus ſex dierum c. 6. num. 8. ex hoc inferri non poteſt Euam minus peccaſſe, quia non fuit ipſa ab eadem grauitate immunis. Nam licèt ipſa ſua propia tranſgreſſione comedendo de ligno vetito poſteritati non nocuerit; nihilominus inducendo Adamum, vt comederet, fuit cauſa eiuſdem nocumenti, quia fuit cauſa peccati Adę, & fortaiſe non minus, vel paulo minus quam Adam malitiam illam participauit. Nam licèt Adam efficacius, & propinquius nocumen- *Suarez.*

mentum illud nobis intulerit, nihilominus ipsa prior causa, & sub ea ratione principalior illius nocumenti fuit, propter quod dicitur Ecclesiastic. 25. à muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur.

Concludit deniq; Suarez l. cit, sed num. 25. pensatis omnibus Euam grauius peccasse quã Adam, quia in numero peccatorum plura peccata principalia, vt sic dicam, & omnino distincta commisit Eua, quam Adam. Nam Eua quatuor, vel quinque commisit, scilicèt, superbiam, infidelitatem, saltem materialem, inobedientiam, & scandalum, quibus etiam addi potest excusatio; nam si quę alia numerantur, vel non sunt peccata, vel in prędictis continentur, vt gula, & similia. In Adamo verò iuxta ea, quę diximus circa testimonium Pauli, tantum possunt quatuor numerari peccata, scilicet, superbia, nimius amor vxoris, inobedientia, & excusatio peccati: nam licèt aliqui plura ei imponant immeritò ei tribuũt, & alia non sunt distincta à prędictis, vt curiositas, lęsio proximi, aut quid simile.

Ergo fuit maius peccatum Euę, quam Adę, nam in peccatis similibus specie, vt fuerunt superbię, inobedientię, &c. quoad circumstantias inuenitur, vel ęqualitas, vel parua differentia, in qua plura sunt, quę agrauent peccata Eue saltem quoad superbiam, vt declaratum est; inter peccata verò specie differentia, vt sunt infidelitas, vel excessus in amore vxo-

ris,

ris, multo grauior fuit Euæ culpa: & vltra hęc addit Eua inductionē mariti, quę propium, & grauissimum peccatum fuit; ergo simpliciter Eua grauius peccauit, quàm Adam.

Petes 48. vtrum peccatum primorum hominum fuerit omnibus grauius.

Respondetur ex D. Thom. 2.2. q. 163. art. 3. non simpliciter, sed secundum quid primorum parentum peccatum fuit cæteris grauius, quod videlicèt dedecuit illorum statum innocentiæ, ac perfectæ munditiæ. Dicit ergo D. Thom. quod peccatum primi hominis non fuit grauius omnibus alijs peccatis humanis secundum speciem peccati; etsi enim superbia secundum suum genus habeat quandam excellentiam inter alia peccata, maior tamen est superbia qua quis Deum negat, vel blasphemat, quam superbia, qua quis inordinatè diuinam similitudinem appetit; qualis fuit superbia primorum parentum, vt dictum est. Sed secundum conditionem personarum peccantium peccatum illud habuit maximam grauitatem propter perfectionem status ipsorum; & ideo dicendum est, quod illud peccatum fuit quidem secundum quid grauissimum, non tamen simpliciter. D. Tho.

Neque dicas fuisse grauissimum peccatum Adæ, quia fuit grauissimè punitum, quia magnitudo pænæ, quæ consecuta est primum illud peccatum, non correspōdet ei secundum quan-

quantitatem propiæ speciei, sed in quantum fuit primum: quia ex hoc interrupta est innocentia primi status, qua subtracta deordinata est tota natura humana, vt rectè docet D. Th. l. cit. ad 2.

D.Th.

August. Notat D. August. lib. 14. de Ciuit. Dei c. 12. & 15. & 21. de Ciuit. cap. 12. multas conditiones, quæ aggrauant peccatum in persona Adæ. Primò, ex parte intellectus Adæ, quia erat sapientissimus, & decipi ante peccatum non poterat, cùm tamen considerare, quidquid ad non peccandum necessarium erat, vel vtilè, vel facillimè posset. Secundò ex parte voluntatis, quia magna libertate, & sine passionum perturbatione consensit. Tertiò, ex parte materiæ, quia pręceptum Dei erat de re facili, & quę absque vllo incomodo custodiri posset. Quartò, ex diuinis beneficijs, quibus homo in eo statu fruebatur. Quintò, ex ingratitudine. Sextò, deniq; August. ponderat quandam temeritatem, & nimiam audaciam in peccando.

Suarez. Considerat Suarez l. cit. sed nu. 6. quod peccati grauitas, etiam sumi potest ex parte multæ considerationis, & conatus in ipso affectu peccandi, nam remissus conatus in affectu peccandi multum diminuit peccatum.

Sed dices vtrum peccatum Adæ fuerit grauius, quam peccatum Angelorum.

Suarez. Respondetur ex Suarez loc. cit. sed num. 7. fuisse grauius peccatum Angelorum, quàm homi

hominum, quia in ſpecie ſuperbię conuenerunt, & in eo circunſtatię ferę omnes fuerunt in Angelo grauiores, ſcilicet materia, ex parte excellentiæ concupitæ, ſapientia, & libertas ex parte perſonæ; pręſertim in primo Angelo, qui multo extrinſeco ſuadente peccauit. Item ingratitudo poſt accepta maiora beneficia. Maior conatus in peccando, locus dignior, & quodammodo & tempus, quia Angelus citius peccauit, ac deniq; damnum magis irreparabile. Acceſſit etiam peccatum inuidiæ, quod ex ſuo genere grauiſſimum eſt, & in Angelis, non vero in hominibus inuentum fuit. Deniq; etiam in Angelis peculiaris inobedientia non defuit, & contra præceptum longè grauius.

Petes 49. vtrum fuerit conueniens, vt homo à diabolo tentaretur.

RESpondetur ex D.Thom.2.2.q.165.art.1. affirmatiuè, nempè decuit vt Deus hominem in ſtatu innocentiæ, & tentari per malos angelos permitteret, & per bonos eum iuuari faceret; hoc autem pertinet ad conditionem naturæ humanæ, vt ab alijs creaturis iuuari, vel impediri poſſit. Vnde conueniens fuit, vt Deus hominem in ſtatu innocentiæ, & tentari permitteret per malos angelos, & iuuari eum faceret per bonos: ex ſpeciali enim beneficio gratiæ hoc erat ei collatum, vt nulla creatura exterior ei poſſet nocere contra pro- D. Th.

piam voluntatem, per quam etiam tentationi demonis resistere poterat.

Petes 50. vtrum conueniens fuerit, vt primus homo per serpentis, & Euæ sugestionem tentaretur.

D. Tho. Respondetur ex D. Th. 2.2.q.165.art. 2. affirmatiuè, ex ratio est, quia homo compopositus est ex duplici natura intellectiua scilicet, & sensitiua; & ideo diabolus in tentatione hominis vsus fuit incitaméto ad peccádum dupliciter. Vno modo ex parte intellectus in quantum promisit diuinitatis similitudinem per scientiæ adeptionem, quam homo naturaliter desiderat. Alio modo ex parte sensus: & sic vsus est sensibilibus rebus, quæ maximam habeat affinitatem ad hominem, partim quidem in eadem specie tentans virum per mulierem, partim verò in eodem genere tentans mulierem per serpentem, partim verò ex genere propinquo proponens pomum ligni vetiti ad edendum. Sed aduertendum est, quod in actu tentationis diabolus erat sicut principale agens, sed mulier assumebatur quasi instrumentum tentationis, ad deijciendum virum, tum quia mulier erat infirmior viro, vnde magis seduci poterat, tum etiam propter coniunctionem eius ad virum maximè per eam diabolus poterat virum seducere. Non tamen est eadem ratio principalis agentis, & instrumenti.

menti. Nam principale agens oportet esse potentius, quod non requiritur in agente instrumentali.

Petes 51. quæ pænæ fuerint impositæ à Deo primis parentibus propter eorum peccata.

RESpondetur multas pænas fuisse impositas à Deo primis nostris parentibus, vt patet ex Genes.c.3.in quocunque die comederis ex eo morte morieris; deinde dixit Deus ad serpentem, quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ, super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ; inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiareberis calcaneo eius.

Sed difficultas, an hæc verba dicta sint ad ipsum animal visibile, nempe ad serpentem, itaut de ipso sint ad litteram intelligenda, vel potius de diabolo, ad quem ex intentione Dei loquenti dirigebantur.

Didam. Moyſ. Barceph. Ephrem

RESpondent Didamus apud Lypomanum in cat.Gen.3.& Moyses Barcepha lib.de Paradiso p.1.c.27. & refert Ephrem illa verba pertinere ad verum animal serpentem,& illum fuisse à Deo maledictum in detestationem,

& abominationem peccati, cuius instrumentum suo modo fuerat, licèt ipse non peccasset: sicut etiam Deus maledixit terram propter peccatum Adæ. Pererius lib.6.in Genes.disp. de serpente q.4. in fine ait, maledictionem illam secundum historicum sensum ad verum serpentem pertinuisse; in sensu autem mistico, & à Deo principaliter intento ad diabolum esse referenda.

Alij Theologi docent Deum per illa verba directè, & ex intentione locutum esse ad demonem, quãuis per quandam metaphoram, seu accomodationem ad naturales propietates veri serpentis miserum demonis statum explicauerit; ita August.lib.2. in Genes. contra Manich.c.17.& 18.& lib.2.Genes.c. 36. Beda in exameron. Rupert.lib.3.in Genes.c.18.Hugo de S.Victore in annotat. in Gen.c.3. vbi inter alia ait, Non serpens, sed qui in serpente latebat diabolus maledicitur; vocatur tamen nomine eius, quia eum quasi tunicã induxerat. Idem docet D. Thom. 2.2. q. 165. art. 2. ad 4.

August. *Beda* *Rupert.* *Hugo.* *D.Th.*

Dictus est serpens calidus, siue prudens, propter astutiam diaboli, quæ in illo agebat dolum; sicut dicitur prudens, vel astuta lingua, quã prudẽs, vel astutns mouet ad aliquid prudẽnter, vel astutè suadẽdũ. Nec serpẽs est interrogatus, cur hoc fecerit, q̃a non in sua natura ipse hoc fecerat, sed diabolus in illo qui iã ex peccato suo igni destinatus fuerat sempiterno.

Nec

Nec obſtat quod Eua reſpondit Deo, ſerpens decepit me, quandoquidem non intellexit verum animal ſerpentis ipſam decepiſſe, ſed demonem,& quando dicuntur hæc verba, ait Dominus Deus ad ſerpentem, quia feciſti hoc, Maledictus es &c. in eadem ſignificatione ad ſerpentem locucus eſt. Non enim verus ſerpens, ſe d demon ſub illo fecit illud, quod fuit maledictionis cauſa, vt docet Suarez lib. 4.c.7. nu.6. *Suarez*

Nec obſtat quod ſolum ſit comparatio ad cætera animantia irrationalia, ſic enim dixit Deus, maledictus es inter omnia animantia,& beſtias terræ. Nam hoc pertinuit ad demonis confuſionem, quia ſeruata proportione miſerabilior, & infirmior eſt, quàm beſtiæ terræ, non in dignitate, ſeu poteſtate naturæ ſuæ.

Vnde colligitur per illa maledictionem, nullam nouam pęnam demoni fuiſſe impoſitam, ſed miſerum eius ſtatum in reprehenſionem eius ei fuiſſe obiectum, & commemoratum. Nam cùm ei dicitur, quia feciſti rem hanc, non ſignificatur cauſam damnationis, vel; vt ita dicam,eſſentialis maledictionis demonis fuiſſe, quod Euam deceperit, nam ille actus in ſtatu damnationis commiſſus, non erat meritorius nouæ eſſentialis pęnæ, fuit tamen dignus diuinæ obiurgationis, & oſtenſionis perpetuæ inimicitiæ cum hominibus, quæ pænam accidentalem non parum augere potuit.

Atq; ad eundem modum cætera subsequentia verba interpetranda sunt. Addit enim Deus, super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, quæ verba materialiter ad verum serpentem applicata, satis per se clara sunt, nam vt ait Theodor. q. 34. Serpens nullum damnum accepit, cum hanc motus speciem à natura habeat; idemq; cum proportione est de alimento terræ; neutrum ergo serpēti accessit ex peccato hominis, vt propterea quasi in pœnam ipsius serpentis id dictum fuerit. Dictum est ergo ad significandum per illam metaphoram obiectam conditionem, & miserum statum demonis: dicitur enim super pectus tuum gradieris, quod in colubro animaduertitur, ait August. & ex illo animante visibili ad nostrum inuisibilem inimicum locutio figuratur. Nomine pectoris, dicit August. significari superbiam, quia ibi dominatur impetus animi. Hieronym. verò in quæst. Hebraic. dicit nomine pectoris, significari calliditatem, & versutias demonis. Nam in pectore veluti seruantur fraudes, & doli. Vnde significatum est omnes gressus demonis esse nequitias, & fraudes. Quod verò additur terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, facilem, & quasi patentem habet metaphoram, vel quia demon vitiosis, & terrenis cogitationibus, & prauis actibus, ac peccatis hominum pascitur, vel etiam quia homines peccatores, quasi cibus, & alimentum sunt ipsius demonis: nam,

Theodor. *August.* *Hieron.*

nam, & Petrus dixit, quia aduersarius vester diabolus circuiuit quærens, quem deuoret 2. Petr. 5. homines autem peccando terra, & cinis quodammodo facti sunt. Sic exponit Gregor. in Psal. 4. pœnit. & consequenter de tempore huius vitæ, vsque ad consumationem seculi exponit sequentia verba omnibus diebus vitæ tuæ. Quod etiam August. super Gen. c. 18. ita declarat, idest omnibus diebus, quibus agis hanc potestatem ante vltimam iuditij penam; hoc enim tempore demon quodammodo viuit, quia in hoc aere caliginoso liberè quodammodo agere, & quasi officium serpentis facere permictitur tentando, & spiritualiter occidendo homines, & ita aliqua ex parte non dum consumatam mortem secundam obtinuit, donec post diem iudicij in infernum detrudatur. *Greg.* *August.*

Altera verò pars illorum verborum, inimicitias ponam inter te, & mulierem, varias habet expositiones, & in primis secundum corticem literæ de vero serpente accepta significat, illum esse infestum, & perniciosum hominibus, & insidiari calcaneo, quia cum in altiores partes non se erigat in inferioribus, & terræ propinquioribus mordet: homo autem potens est caput eius pede conterere, aut baculo si animaduertat, qui sensus potuit quidem quasi obiter intendi, vel potius supponi. Tum ad indicandũ hoc etiã genus belli, seu inimicitiarum inter hominem, & nociua animalia ex peccato

esse ortum: nam antea omnia fuissent homini mansueta, & subiecta. Tuu etiam ad fundandam figuratam, seu metaphoricam locutionem: nihilominus tamen alius sensus altior fuit ad literam, & principaliter intentus. Potest autem esse multiplex, vnus est, vt nomine mulieris, ipsa Eua intelligatur. Hunc indicat Hugo in adnotationibus eiusdem loci, dicens ibi insinuari, quòd Eua resipiscens pœnitentiam egerit. Nam Eua per gratiam Dei pœnitentiam agendo, sicut in Dei amicitiam redijt, ita nouas inimicitias cum dæmone contraxit, caputque eius contriuit, idest superbiam, vel prauas suggestiones, & deceptiones eius, licèt dæmon calcaneo eius, idest, omnibus vestigijs, vel finibus actionum illius insidietur.

Hugo.

Suarez.

Dicit Suarez l.cit.sed num.9. quod hic sensus est probabilis, si ad solum Euam non limitetur, sed cum proportione ad quamcunq; sanctam animam extendatur. Nam hoc exigunt illa verba, & inter semen tuum, & semen illius; nam semen diaboli, idest Luciferi dici possunt reliqui dæmones, quot inductione sua, quasi in peccato genuit, vel intelligi possunt homines mali, vel praui conceptus, quos in homines immictit; cum illum tentat; semen autem mulieris dicuntur omnes filij Euæ, ex quibus multi Sancti caput dæmonis conterunt, & licèt ipse semper insidietur illis ab inferiori parte animę, idest appetitu sensitiuo incipiendo, tandem contra illum victoriam reportant, & ita ipso

Luci-

Lucifero, ac socijs eius inuitis homines sedes gloriæ, quas ipsi amiserunt, obtinebunt. Vnde nomine mulieris rectè etiam potest humana natura, seu genus humanum intelligi. Nam ex quo homo peccauit, inimicitiæ, & bellum immane inter dæmonem, & hominem orta sunt, in quo bello nobilior pars hominum de potestate dæmonis triumphat, eiusq; caput cõterit, cũ ipse semper insidietur calcaneo eius. Nomine autem mulieris potius quam viri humana natura significata est, quia homines non tentantur à dæmone, nisi per illam animalem partem, quæ quasi mulieris imaginem in homine ostendit, vt Aug. dixit. Dicitur præterea. Multiplicabo ærumnas tuas, & cõceptus tuos. *August.*

Sed obijcies, quia fœcunditas fœminæ, magis ad Dei beneficium, quam ad pœnas pertinet; cur ergo tamquam specialis pœna a Deo pronunciatur. Item in statu innocentię fœminarum conceptus multiplicarentur; ergo non est pœna peccati. item quia pœnæ illæ prout cõmunes sunt alijs fœminis in omnibus inueniri debent, sed non omnes fęminæ sæpius concipiunt; imo aliquæ numquã patiuntur erumnas fœtus, quia numquam concipiunt.

Respondetur ex D.Th. 2.2. q. 164. art. 2. ad 2. & 3. quod multitudo conceptuum inducitur in pænam mulieris, non propter ipsam *D.Th.*

pro-

procreationem prolis, quæ etiam ante peccatum fuiſſet, ſed propter multitudinem afflictionum, quas mulier patitur ex hoc, quod portat fætum conceptum. Vnde ſignanter coniugitur, multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos; & illæ pęnæ aliqualiter ad omnes pertine nt; quæcunque enim mulier concipit, neceſſe eſt quod erumnas patiatur; & cum dolore pariat, præter Beatam Virginem, quæ ſine corruptione concepit, & ſine dolore peperit, quia eius conceptio non fuit ſecundũ legem naturæ à primis parentibus deriuata. Si autem aliqua non concipit, neque parit, patitur ſterilitatis defectum, qui pæna eſt; & tædium auget; & proponderat pænis prędictis, & ita erumnas patiuntur etiam Virgines, quia licèt actu non concipiant, & ex propia conditione ſexus, & ex materia ad conceptionem à natura ordinata, multa incommoda, & interdum tædia, & dolores, ac ægritudines patiuntur.

Multum verò augentur huiuſmodi ærumnæ in his, quæ concipiunt, & eo amplius, quo ſæpius concipiunt, & ita multiplicatio conceptuum ratione talis modi ſpecialis fęminæ pęna eſſe dicitur; addit denique Rupert. lib. 3. in Gen. c. 22. multiplicationem conceptuum in natura lapſa, quatenus per illos multi reprobi generantur, vel quatenus plures ex eis, ſuis vitijs, & flagitijs parentes affligunt, vel quia ſæpè monſtruoſi naſcuntur, & interdum menſtrui

Rupert.

exeunt;

exeunt; sæpissimè verò sunt immaturi, aut post natiuitatem breui estinguntur: vel denique aliquando plures, quam vti à parentibus sustentari possunt, sicque ad pœnam ex peccato manantem primorum parentum pertinere, in sterilibus ipsa sterilitate compensatur.

In statu verò innocentiæ fuisset eo partus absque dolore, vt docet D. Th. l. cit. ad 1. & prius docuit August. 14. de Ciuit. Dei, sic dicens. Sic ad pariendum non doloris gemitus, sed maturitatis impulsus fœminea viscera relaxaret: sicut ad concipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus naturam vtriusq; coniungeret. Dicitur præterea sub viri potestate eris. *D. Tho. August.*

Sed obijcies August. lib. 11. Gen. cap. 37. dicit quod subiectio vxoris ad virũ bona, & naturalis, ac necessaria fuit, & fuit in statu innocentiæ: nam ante peccatum Eua subiecta fuit Adæ, quia in illis adiutorij creata est, & sine subordinatione, ac debito ordine non poterat inter eos pax, & perfecta societas subsistere, ergo subiectio vxoris ad virum non est inducta in pœnam peccati. *August.*

Respondetur ex eodem August. l. cit. quod in pœnam peccati inducta est subiectio vxoris ad virum, quia in priori statu, scilicèt innocentiæ tantum directiua subiectio in viro erat necessaria respectu vxoris, quia fœmina in *August.*

vi iustitiæ promptissima erat ad parendum, nihilq; inordinatum cõcupiscere posset directioni viri contrarium: & similiter vir propter eãdem rectitudinem, honestè, ac suauiter, & sine vlla perturbatione sua potestate vteretur. Nũc autem subiectio fæminæ pænalis est, aliquando quidem ex parte ipsius, quia immoderatè aliquid concupiscit, propter quod, vel non sine tristitia viro obedit, vel correptione indiget, in qua subest marito quoad vim coerciuã; aliquando ex parte ipsius viri, qui vel inconsideratè, aut etiam iniquè imperat, aut iniustè, vel immoderatè punit, & hoc per illam particulam sub potestate, precisè intellectam indicatum est, & per alteram particulam, & ipse dominabitur tui, magis declaratur, vt notauit Rup. lib.3. in Gen. c.21. quia verbum dominandi, vel maiorem potestatem, vel vsum eius liberiorem, vel vehementiorem indicat. D.Th. 2.2.q.164.art.2.ad.1.dicit nunc subiectionem fæminæ esse pænalem, quia sæpè necessarium illi est contra propiam voluntatem, viri voluntati parere.

D.Tho.

Dicitur præterea maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ.

(***)

Sed

Sed dices qualis maledictio terrę esse potuerit, nã si intelligatur de sterilitate, ita vt Deus reddit sterilem terram propter peccatum hominis, hoc non potest dici, quia Deus non immutauit naturam eius, nec aliquas qualitates, seu dispositiones prauas in illã immisit. Quid ergo contulit terræ illa maledictio, aut quo bono illam priuauit?

REspondetur ex Suarez lib. 4. c. 7. num. 17. sterilitatem terræ posse esse naturalem, seu ex cursu naturalium causarum, nunc autem esse pænam peccati, quia si status innocentiæ duraret, homines non sentirent defectum sterilitatis terræ, quia, vel ad suam substentationem peculiari terræ cultura nõ indigerent, sed ex spontaneis arborum fructibus sufficienter alerentur: vel si aliquid operis in cultura terrę ponerent, & illud sine labore, a ut defatigatione perficerent, & ex illo abundantes fructus sine vllo sterilitatis incõmodo perciperent, quia vel intra Paradisum habitarent, cuius tota terra fæcundissima erat, vel si aliqui extra Paradisum viuerent, ita per diuinam prouidentiam gubernarentur, vt nullibi sterilitatem terræ sẽtirent, at verò post peccatum eiectus est homo de Paradiso, & extra illum priuatus est illo peculiari beneficio specialis prouidentiæ Dei; ideò dicitur terra maledicta, quia propter peccatum suæ naturali conditioni, & sterilitati relicta est, vt licèt homo impensè laboret, vix *Suarez.*

reddat

reddat illi necessarium fructum; vnde quod addit in opere tuo, duobus modis potest intelligi. Primò in opere tuo, idest in peccato tuo, seu propter peccatum, & ita exponit Hieron.
Hieron. in quæst. Hebraica sup. Gen. cum Aquila, &
Theodos. Theodosio, & fauet Paraphrasis Caldaica, quæ vertit maledicta terra propter te. Alter verò sensus est, in opere tuo, non præterito, sed futuro, idest in cultura, & defaticatione tua. Ergo satis verisimile est addendo in opere tuo, voluisse sterilitatem declarare, & exagerare: qui licèt homines multum laborent colendo terram, illam maledictioni, & sterilitati subiectam experiuntur. Quod amplius Deus explicat, dum addit in laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ.

Dicitur præterea spinas, & tribulos germinabit tibi.

Sed Petes vtrum non interueniente peccato, terra spinas, & alias herbas inutiles, vel noxias produceret.

Suarez REspondetur ex Suarez l. cit. sed num. 19. futuras fuisse spinas, & tribulos in terra, etiam si homo non peccasset, sed tunc non essent pænales homini, quia neque illum pungerent, aut dolorem inferrent, neq; terræ fæcunditatem homini conuenientem impedirent. Nunc autem inter pænas primi peccati ponũtur, quia, & mortale corpus pungunt, & affligunt,

gunt, & magna ex parte sterilitatem terræ, & laborem in cultura illius augent, vt notum est, & ideo addit Dominus, & comedes herbam terræ, ac si diceret, vt herbas vtiles habere possis ad vescendum spinas, & tribulos euellere, non sine labore, & dolore tibi necessarium erit.

D. Th. 2.2.q.164.art.2.ad 1.quod si homo non peccasset, spinas, & tribulos germinasset terra, in cibum animalium, non autem in hominis pœnam: quia scilicèt propter eorum exortum nullus labor, aut punitio homini operanti in terra accideret, vt Aug. dicit. Alucinus teste D.Th.l.cit. dicit, quod ante peccatũ, terra omnino spinas, & tribulos non germinasset. *D.Th.*

Dicitur denique in sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es.

Sed dices non omnes homines hanc pœnam sentire, quia sine vllo labore suo panem in delicijs comedũt, de quibus illud accipi potest, in labore hominum non sunt, & cũ hominibus non flagellabuntur Psal. 72.

Respondetur ex D.Th.2.2.q.164.art.2.ad 3.quod in primis satis esse ad huius pœnæ veritatem, vt homines in hoc statu sine labore *D.Th.*

& sudo-

& sudore substentari non possint, etiam si hic labor non ab omnibus indiuiduis specialiter sentiatur, sed ab ijs, qui agriculturam, & alia similia opera exercent. Deinde dici potest etiam alios non comedere panem sine labore, quia, vt laboribus aliorũ fruantur, alios labores pro republica sustinẽt, regẽdo, militando, &c.

Dicitur in vltimis verbis, donec reuertaris, &c. quia Deus declarauit hanc pœnam vsque ad mortem esse duraturam, quia toto tempore vitæ indiget homo alimentis, quibus sine labore non vescitur, & huius occasione iterum renouat, seu prædicit pœnam mortis per peccatum contractum dicens, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, in qua causali locutione notari potest, indicasse Deum ex ipsa hominis natura, & ex materia, ex qua formatus est, quasi intrinseca necessitate consequi, vt homo in puluerem per mortem, & corruptionem reuertatur; nihilominus tamen simul declarat mortem subsecutam esse ex peccato, quia sine illo non fuisset, ac proinde esse pœnam peccati.

Petes 52. an fuerint producti Adam, & Eua clausis oculis; ratio dubij est, quia post peccatum eorum dicitur, aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt se esse nudos.

D.Tho. RESpondetur ex D.Th.2.2.q.164.art. 2.ad ad 9. quod non est credendum, quod primi

mi parentes essent producti clausis oculis, præcipuè cùm de muliere dicatur, quod vidit lignum, quod esset pulchrum, & bonum ad vescendum; aperti sunt ergo oculi amborum ad aliquid intuendum, & cogitandum, quod antea numquam aduerterant, scilicet ad inuicem cócupiscendum, quod antea non fuerat.

Et in corpore assignat idem D.Th. aliam rationem nempè aperti sunt oculi amborum quantum ad confusionem, quàm passi sunt de rebellione carnis ad spiritum.

Petes 53. an vestitus erat necessarius in statu innocentiæ sicut nunc in statu naturæ lapsæ.

Respōdetur ex D.Th. l. cit. art. 2. ad 8. quod vestitus necessarius est homini secundum statum præsentis miseriæ propter duo. Primò quidem propter defectum ab exterioribus nocumentis, puta intemperamenti caloris, & frigoris. Secundò ad tegumentum ignominiæ; ne turpitudo membrorum appareat, in quibus præsipuè manifestatur rebellio carnis ad spiritum; hæc autem duo in primo statu non erant, quia in statu illo corpus hominis non poterat per aliquod extrinsecum lædi, vt in primo dictum est. Nec etiam erat in statu illo aliqua turpitudo in corpore hominis, quæ ad confusionem induceret. Vnde dicitur in Gen. erant autem vterque nudus, Adam scilicet, & vxor *D.Tho.*

eius, & non erubescebant. Alia autem ratio de cibo est, qui est necessarius ad fomentum caloris naturalis, & ad corporis augmentum.

Petes 54. an primi parentes sui peccati veniã consequi potuerint, vel etiam consecuti fuerint, & æternam salutem.

Suarez

RESpondetur ex communi sententia Patrum teste Suarez lib.4. de opere sex dierum, cap.9.num.8. Adamum pænitentiam illius peccati egisse, & veniam obtinuisse colligitur ex Sap.c.10. vbi dicitur hęc, idest sapientia, illum, qui primus formatus est à Deo Pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Idem affirmat Gregor. lib.6. Epist.31. aliàs c. 195. Adam inquit, postmodum per pænitentiam ad vitam rediit. Hilar. can.8. in Matth. in Adami inquit, peccato vniuersis gentibus remictit. August. serm. 104. de tempore sic inquit: Adam, quia interroganti Domino confessus est peccatum, quod commisit, veniæ redditus est, & Iren. lib.3. c. 37. intellectus inquit, transgressionis fecit pænitentiam: pænitentibus autem largitur benignitatem suam Deus; & hanc pænitentiam dicit ostendisse Adamum, faciendo sibi cinctoriũ ex folijs ficus, quę carnem possent affligere. Tertull. etiam in lib. de pęnit. in verbis vltimis ipse quoq. ait, humanę, & offensę in Dominum princeps Adam, exomologisi restitutus in Paradi-

Greg.

Hilar.

Iren.

Tertull.

radiſum ſuum non tacet,& lib.1.contra Marc. c.25 latius expendens locum Gen.3. dicit, vocaſſe Deum Adam, eum ad confeſſionem inuitans; vt ita nobis conderentur exempla confitendorum delictorum, & vt initiaretur Euangelica doctrina; ex ore tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo damnaberis.

Sed difficultas eſt de ſalute æterna Adæ.

REſpondetur ex communi conſenſu totius Eccleſię Adam adeptum fuiſſe ęternam ſalutem. Vnde Auguſt.lib.2.de peccat.mort.cap. 34. de primis hominibus ait: Poſt peccatum iuſtè viuendo, meritò creduntur per Domini ſanguinem ab extremo ſupplicio liberari; Hilar. in Pſal. 119. Adam inquit, venię reſeruatus, & glorificatus in Chriſto eſt. & Hierony. ad Eph. 1. in illa verba; recapitulare omnia in Chriſto dicit, quod Adam è Paradiſus eiectus, per Saluatorem reuocandus erat. Vnde Matth. 20. inter primos Patriarchas illum numerat; & cap. 16. in fine. dicit, Adam primum liberatum eſſe per Adam ſecundum; & Nazianzen.orat.31.circa cap. 19. Matth. de Adamo, & Eua dicit, vtrumq; Serpens decepit; vtrumq; Chriſtus paſſione ſua ſalute donauit, & indicat Tertullian. lib.2. contra Marcion.cap. 10.& Anſelm. lib. 2. Cur Deus homo cap. 16. circa medium. Adam inquit, & Euam ad illam pertinuiſſe redemptionem, du-

Auguſt. *Hilar.* *Hierom.* *Tertull.* *Anſelm.*

bitandum non est. Subdit tamen Anselm. optimam congruentiam dicens: incredibile quoq; videtur, quando Deus illos fecit, & proposuit immutabiliter, facere de illis omnes homines, quos ad Cælestem Ciuitatem assumptus erat, quod illos duos ab hoc excluserit proposito.

Athan. Idem confirmat late Athanas. serm. de passione, cruce Domini ante medium, vbi referens antiquam traditionem, quod Adam fuerit sepultus in Caluarię loco addit, quod si ita res se habet, miror loci proprietatem, congruũ .n. erat Dominum, cum vellet reuocare primum Adam, in eo loco pati, & infra: Necesse enim est, resurgente Saluatore resurgere etiam cum eo, & ipsum Adamum. Vnde omnes Patres, qui dixerunt, Adamum fuisse sepultum in loco caluarię, sensiunt non sine mysterio esse factum; quia Adam efficaciam sanguinis primus experturus erat, vt specialiter explicauit

Epiphan. Epiphan. hęres. 46.

Possunt etiam hic addi Patres, qui scribentes de descensu Domini ad inferos, & reditu eius, primum numerant Adamum inter eos, qui cum Domino surrexerunt.

Ex quibus omnibus.

August. Constat, nunc non solum esse verum, quod August. dicit ferè vniuersam Ecclesiam ita sentire de salute Adę, verum etiam totam Ecclesiam absolutè in hanc sententiam iam conspirasse; dicit Suarez loc. cit. sed num. 16.

quod

quod dicere Adamum fuisse damnatum non sit assertio simpliciter hęretica, ad illam proximè accedit, & erronea censenda est: vt Tatianus putauit, nempe Adamum fuisse damnatum.

Sed maior difficultas de salute æterna Euæ.

Respondetur idem, & ferè cum eadem certitudine esse de Eua sensiendum, quia multi ex dictis Patribus de vtroq; parente expręssè loquuntur, vt August. lib.2. de peccat.m.cap. 34. Tertull. lib.2. contra Marc. c.25. Nazianzen. orat.31. & Anselm.lib.2. Cur Deus homo cap.16. eisq; addi potest Ambros. lib. de Isaac c. 5. vbi specialius de Eua loquitur. Vnde quamuis sapiens de solo Adam expressè loquatur; sub illo Euam comprehendit; quia vnum veluti adæquatum principium generis humani extiterunt. Item ad hoc ponderat Hugo Victor. Genes.3. verba illa Dei ad serpentem: inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipsa conteret caput tuum; ex ijs colligens Euam redijsse in Dei amicitiam, & dęmonem tandem vicisse. *August.* *Nazian.* *Anselm.* *Tertull.* *Hugo.*

Dixi autem ferè, & non simplicitur æquè certam propter locum sapientiæ, & quia Patres frequentius loquuntur de Adamo: Nihilominus valdè temerarium esset salutem solius Euæ in dubium reuocare, cùm nulla sit probabilis ratio dubitandi.

Petes 55. & vltimum. Quomodo Deus opus suum die septimo compleuerit, & ab illo cessauerit, eundemq; diem benedixerit; ratio dubitandi est, quia tunc dicitur compleri opus, quando illi vltima manus imponitur, quod sine additione alicuius operis non fit; ergo si Deus compleuit suum opus in die septimo, aliquid ei addidit in illo die, aliquid nouum in illo operando; ergo non rectè dicitur Deus compleuisse opus suum in die septimo. Propter hoc fortasse Catherinus in Gen. dixit aliquid peculiare creasse Deum in die septimo; ratione cuius dicitur opus suum in eo compleuisse. Illud autem opus, dicit hic Auctor fuisse creatione Euæ.

RESpondetur ex communi sententia Patrum, & consensu Ecclesiæ in scriptura fundato Deum ita perfecisse vniuersum intra sex dies, vt in septimo nullum opus ad complementum illius effecerit, patet ex Exod. 20. & 31. & sumitur etiam ex illo ad Hebræos 4. Relinquitur Sabbatismus populo Dei, qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus. Idem conuincitur ex eodem loco Genes. 2. nam statim post opera sex dierum dicitur, perfecti sunt Cæli, & terra, & omnis ornatus eorum; ergo opus ad perfectionem, vel ornatum mundi pertinens in diem septimum reseruatum est.

Item

Item additur compleuisse Deum opus suum, quod fecerat; ergo non compleuit illud, aliquid é addendo, sed ab omni opere quiescendo. Deniq; nullum opus designari potest, quod Deus vt auctor naturæ in hoc die fecerit. Nam quod de Euæ creatione dicitur, vel non ita est, vel si post sextum diem dicatur Eua creata, dicendum est consequenter creationem eius ad vniuersi perfectionem, & consumationem non pertinuisse; ac deniq; confirmari potest ex illis verbis Genes. 1. vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, nam illa particula, valde, propter perfectionem, & consumationem, quam vniuersum iam habebat, addita est, vt omnes Patres expendunt.

Sed dices qualis fuit illa Dei requies.

RAtio dubitandi est, quia requies, aut propiè, aut metaphoricè dicetur. Propiè significat cessationem ab opere, quod operantem defaticabat, & quasi apprimebat, & hoc modo non habet locum in Deo, vt per se notum est. Metaphoricè autem significat simplicem cessationem ab opere tamen in hoc etiam sensu nō apparet, quomodo requieuerit Deus die septimo, cùm dicat Christus Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Non .n. Deus potuit ab omni opere cessare aliàs omnia eius opera iam facta esse desijssent, quia sine eius opere conseruari non possunt. Quod

si dicatur cessasse à nouis operibus, licèt a conseruatione priorum non cessauerit; contra hoc est, quia post illa opera, sex dierum, multa noua opera sunt in mundo facta, quæ Deo non operante fieri non potuissent; imò Isai.43. ipse promictit se facturum noua, & Apoc. 21. dixit ecce noua facio omnia.

Suarez. RESpondetur ex Suarez de opere sex dierum lib.2.c.2.num.5.sine dubio sermonem esse de requie, vt precisè dicit cessationem ab inchoato opere. Dicitur enim Deus requieuisse ab omni opere, quod patrarat, idest quod facere proposuerat, & ad finem perduxerat, & ita declarauit Moyses, cum addidit benedixisse Deum diem illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus, vt faceret. Per quæ vltima verba proposita dubitatio declaratur.

Nam dicitur Deus cessasse ab omni opere suo non simpliciter, sed quod creauit, vt faceret, idest, quod creando ita perfecerat, vt vniuersũ adesse perduceret, & consumaret, quandoquidem Deus à nouis rerum speciebus condendis cessauit, vt dixit Iunilius Africanus lib. 2. de partibus diuinæ legis c.2.his verbis, significatum est, vtique per verbum requieuit, quod post illos sex dies nullam mundo incognitam substantialem speciem, aut naturam nouam, inexpertamque creauerit; ratio est quia omnes huiusmodi species ad perfetionẽ vniuersi pertinent. Vnde ob eandem rationem debuerunt

in

in singulis produci illa saltem indiuidua, quæ ad naturalem generationem necessaria erunt, vt sunt ad minimum mas, & fæmina.

Non cessauit autem Deus ab opere conseruationis, quia sine illa mundus subsistere non posset. Neque etiam cessauit ab opere propagationis, sed potius cum animantibus illam benedictionem dedit, crescite, & multiplicamini, quasi legem ordinariam statuit cooperandi cũ causis secundis, per quas voluit huiusmodi ꝑpagationem fieri. Simili ratione non cessauit Deus ab opere gubernationis, & prouidentiæ suæ.

Hanc doctrinam insinuauit Eusebius lib. 13. de præparatione Euangelica c. 7. dicens, quod Scriptura dicit, requieuisse Deum in septima die, id non quia Deus nihil postea faciat dictum est, vt nonnulli putant, sed quoniam ordo rerum fixum habuit statum, qui numquam mutatur cessasse Deus dicitur. Ideo enim dicitur in sex diebus Cęlum, & Terram, & omnia, quæ in eis sunt creasse, & vt tempora, & ordo rerum secundum prius, & posterius significetur. Eo enim ordine facta sunt, quo postea gubernantur, & transmutantur latius hoc explicauit August. lib. 4. Gen. c. 12. & 15. 19. & 20. *August.* *Euseb.*

Sed

Sed Petes quo sensu additum fuerit, & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum.

RAtio dubitandi est, quia benedicere Dei, nihil aliud est, quam aliquid boni conferre, aut facere; non enim benedicit Deus desiderando, aut beneprecando, sed efficaciter bene faciendo: non apparet autem, quod peculiare beneficium Deus illi diei septimo contulerit, propter quod illum benedixisse dicatur. Simili modo difficile ad explicandum videtur, quam peculiarem sanctitatem Deus illi diei contulerit, vt propterea illum sanctificasse dicatur.


Suarez. REspondetur ex Suarez lib. 2. c. 2. num. 10. quod attinet ad verbum benedixit, recte intelligi potest Deus multa beneficia in hoc die mundo contulisse, propter quæ merito hunc diem benedixisse dicatur. Nam in hoc die quasi stabiliuit Deus opus suum, quod perfecerat, & quasi fixum statum, & suo modo perpetuum illi contulit. Nam tunc cæpit illud perfectum conseruare ex decreto firmo, & immutabili, & ex eodem auxilium dedit, seu obtulit, vt res iam productæ multiplicari, & conseruari possent, & hunc sensum approbat D. Th. cit. a Suarez. *D. Tho.*

Quod attinet ad sanctificationem dici potest quod dies ille à principio fuit sanctificatus, id est propositus, ac declaratus, vt maximè conueniens,

ueniens, & congruum ad colendum Deum in memoriam beneficij creationis Hoc ergo satis est ad illum sanctificationis modum, cui adiūcta est multiplex sanctificatio sacra, nam per illius diei requiem significata censetur requies Christi Domini in Sepulchro post consumatū opus redemptionis, & requies Beatorum in Patria post consumatos huius vitæ labores, iuxta illud ad Hebr. 4. itaq; relinquitur Sabatismus Populo Dei, qui enim ingressus est in requiem eius, etiam requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus.

FINIS.





Et hæc ad laudem Dei, ac B. V, & D. Caroli.



IN-

INDEX

Rerum notabilium, quæ in hoc opere continentur.

A

Adam

an

 Chri-

co-

Ani-

An-

An-

ter-

Bea-

B

C

Crea-

D

E

Euæ

F


H

Hie-

Ho-

con-

iudi-



næ

Ocu-

O

P

Pa-


R

In

T

V

FINIS.



Imprimatur

Alexander Lucianus Vic. Gen. Neap.

Alexander Ruffus Can.Dep.vidit.

Io; Dominicus Aulisius Can. Dep.vidit.

5-3-7